D N. I A C O B I
MARCHISELLI VTRIUSQVE IVRIS DOCTORIS, AC IVRISCONSVLTI
Arimmensis longe clarissimi

SYLVA

QVÆSTIONVM IVRIS PRACTICARVM IN FORENSI iudicio quotidie occurrentium,

IN QVA VARIARVM MATERIARVM VLtimas voluntates, contractus, iudicia ciuilia, criminalia, feudalia, & materiam fidei respicientium exactissima resolutiones continentur.

OPVS PLANE NOVVM, IVRISCONSVLTIS INCOGNItum, atque omnibus in foro versantibus non minus necessarium, quam vtile ac frugiferum.

NVNC PRIMVM IN GERMANIA DISTINCTIS allegationibus, characterum varietate, limatius & castigatius editum.

SVMMARIIS, RERVMQVE OMNIVM, VERborum ac materiarum indice ornatum & auctum.



FRANCOFVRTI,
Ex officina Typographica Sigismundi Latomi.
M. D. CII.

ILLVSTRISS. AC AMPLISS. CARDINALI FRANCISCO SANGIORGIO TITVLI SANCTI CLEMENTIS DVCATVS FERRARIÆ ATQVE PROVINCIÆ ROMANDIOLÆ EXARCAtusque Rauennæ de latere legato, Domino meo colendissimo Iacobus Marchisellus S. D.

VETeres, quod & recentiores hodie solent, à se aliquid scriptum edere in lucem volentes, sub protectione alicuius præcelsi viri id semper exequi cõsueuerunt, ego vero, regium prophetam sum imitatus, qui psalmodiam suam Deo dicauit, psallẽs, dico ego opera mea regi, lingua mea calamus scribe, velociter scribentis, quod summa certe ratione fieri existimo, Deus enim scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes, quare præuia diuini auxilii inuocatione, diu in agro tenuitatis ingenii mei elaboraui, vt aliquem ex eo caperem fructum, quem tuæ donandum amplitudini pararem: En itaq; eandem meam practicarum iuris quæstionum natam Syluam offero, non munus, non datum, sed dantis animum potius clementia tua suscipere non grauetur Hanc protegas quæso, & à morsibus, & ferarum pene rugitibus tueri, non displiceat, ne quemquam terreant, qui animi causa frondosis sub eiusdem arboribus solis subterfugiens æstum, huic dare operam lectioni velit, ne, fera superueniente bestia, is lædatur, fugamve ad eripiendam saltem cogatur. Quin veluti solers venator solet syluam ingrediens cornu & clamore valido, & venatoriis immissis vndiq; canibus errantes feras nedũ terrer, in fugamq; vertit, verumetiã nullam relinquit intentatam, quo, sic purgatam adire syluam, eiusque dulci & vmbra, & amœnitate frui quisq; possit, sic tua sit syluæ meæ venatoris huius instar amplitudo, vt per eam nulli sit spatiari vetitum, quod illas perhorrescant feras, quę canino prorsus dente omnia despicere, & carpere gaudent, quas tua iam fugauerit auctoritas, hilari ergo humanissimoq; vt soles, animo opus hoc, meq; simul addictissimum tua suscipere, & fouere velit, amplitudo, cui prospera, & felicia omnia permittat Deus, ad sublimioresque, quos iam est promerita dignitatis euehat gradus, ex animo rogans, me tuæ amplitudini humiliter trado, & osculis genua peto. Vale.

(:) 2 IACO-

IACOBI MARCHISELLI IVRISCONSVLTI ARIMINENSIS SYLVA PRACTICARVM IVRIS QVÆSTIONVM IN FORENSI IVDICIO QVOTIDIE OCCVRRENTIVM.

SVMMARIA.

1 *Æquitas à Deo anima rationali infunditur.*
2 *Rigor dicitur excessus, & austeritas iuris ad terrorem.*
3 *Rigorem quandoque lex inducit contra naturalem æquitatem pro bono publico.*
4 *Iustitia medium est inter rigorem, & æquitatem.*
5 *Iustitia alia est ad se ipsum, alia est ad alterum.*
6 *Scientia quæ est ad alterum diffinitur.*
7 *Ius quid sit describitur.*
8 *Ius iustitiæ filium seu ministrum esse.*
9 *Æquitas describitur.*
10 *Iustitia, & æquitas ambæ sunt laudabiles, attamen melior est æquitas.*
11 *Quando neque ius scriptum est nec æquitas, seruatur æquitas.*
12 *Quando ius scriptum est, & æquitas non scripta, ius seruandum est.*
13 *Iudex in arbitrariis seruare debet æquitatem non scriptam.*
14 *Quando videlicet caussa rationabilis extat.*
15 *Et quando æquitas est manifesta.*
16 *Et quando præscriptio iuris est pro æquitate nō scripta.*
17 *Ius, & æquitas quando vtrumque scripta est præualet æquitas.*
18 *Melius est de misericordia rationem reddere quam de seueritate.*

QVÆSTIO I.

OMNIA maudata Dei æquitas, Regius Propheta psallendo cecinit, & Paulus ad Hebræos ait: Virga æquitatis virgam regni tui, nimirum si iurisprudentes superno lumine illustrati æquitatem summopere diligere vi-
1 dentur, diuina quippe † clementia oaturalem æquitatem animę rationali infundit, imprimitque, iuxta illud: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Et alibi: Ipse indicabit orbem terræ in æquitate, & populos in iustitia. Tota sane scripturarum sanctarum series, circa iustitiam, & æquitatem versatnr, pari namque passu vtraque incedit, proinde iudices qui ordinariam delegatamve iurisdictionem exercent, iustitiam ooo sine æquitate, ante oculos semper habere debent: Dum ergo quæritur quid sit æquitas, & quando locum habeat, prius noscere oportet, quid sit rignr qui æquitati opponitur, quoniam oppnsita iuxta se
2 posita, magis elucescunt, quare sciendum quod † rigor est excessus, & austeritas iuris, scripta ad terrorem, qui tamen seruandus oon est, nisi vbi timetur exemplum mali, ponuntur exempla *in cap. sed illud 45. dist.* vbi dicitur: quæ est misericordia, quæ est bonitas, vni parcere, & omnes in discrimen adducere, polluitur ex vno peccatore populus, sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur, & facit *l. aut facta in finalibus verbis ff. de pœnis, & ad idem extat bona glossa in cap. vt constitueretur, 50. distinct. & tenet Speculator tit. de dispensatione in principio. num. 20. & Hostiens. eodem tit. num. 1.* & rigor iste quandoque appellatur subtilitas iuris, quandoq; disciplina, ad quod extat notabilis textus *in cap. disciplina 45. distin.* vbi dicitur disciplina, id est, rigor vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teoeatur. Quandoque rignr idem est qund ordo secuodum regulas iuris, quandoq; vt diuersa à iuris regulis ponuntur, cum enim rigor ponitur, pro excessu ad terrorem, distinguitur ab ordine, & regulis iuris, *Abbas in cap. super literis. de rescrip.*
3 *& melius in cap. finali de transactio.* Aliquando † inducitur etiam contra naturalem æquitatem ex causa, pro bono publico; exemplum in præscriptione sit, quæ contra naturalem æquitatem introducta est, quoniam nemo cum aliena iactura locupletari debet, veruntamen ne domin a rerum sint incerta, & vt temporis longinquitate tollantur lites, quæ temporis diuturnitate insurgere possent, visum est sapientibus bono publico conuenire, præscriptinnem inducere, naturali æquitate reluctante. Quandoque etiam sine causa saltem expressa, locum habet rigor, & tunc sufficit pro ratione quod lex ita scripta est, *l. prospexit ff. qui, & à quibus manumissi, & glossa in cap. ius generale 1. distin. vbi præpositus n. 4.* & quamuis indubio causa subesse præsumitur, vt Bologninus, ad *l. prospexit* tenet, allegans Baldum dicentem ex tacita legis ratione non possumus perimere formam legis, in casib. formaliter dispositis, idcirco rignr vbi scriptus est, seruādus est. Cognito quid sit rignr, cōse-

4 quens eſt inquirere quid ſit iuſtitia, etenim † iu-
ſtitia medium eſt inter rigorem, & æquitatem,
vt ait Philoſophus *in primo moralium cap. 31. & idem
tenet Abbas in cap. 2. de re iudic.* Præmitto igitur
5 quod iuſtitia † alia eſt ad ſe ipſum, alia ad alterum.
Iuſtitia ad ſe ipſum, virtus eſt moralis, vna ex qua-
tuor virtutibus, cardinalibus, differuntque vir-
tus moralis, & iuſtitia, nam etſi vnum ſint in
ſubiecto, quia vtraque intendit bonum, & æ-
quum, diuerſæ tamen ſunt in ratione, quia iuſti-
tia eſt ad alterum, virtus autem moralis ad ſe
ipſum eſt. Habentur hæc ex Ariſtotele *in quinto
Ethicor. cap. primo*, & commentator ibi probat.
6 At vero † iuſtitiam quæ eſt ad alterum, Ariſto-
teles ita diffiuit: Iuſtitia eſt habitus ex quo ad agē-
das res iuſtas homines idonei efficiuntur, ex
qua diffinitione ſequitur quod integralis iuſti-
tia conſtituitur non ſolum in habitu, ſed etiam
in actu, id ipſumque innuit gloſſa *in leg. prima. ff.
de iuſt. & iur.* dum exponit textum ibi dicen-
tem, † ius eſt ars boni, & æqui. Gloſſa dicit, ars,
7 hoc eſt, artificium, vel vt Hotomaunus in com-
mentariis verborū iuris, ait, ars hoc eſt diſcipli-
na iuris, ex bono & æquo diſceptandi, & Sotus
de iuſtitia, & iur. libro 3. quæſtione 1. artic. 1. ſic expo-
nit, ius eſt ars intellectu docente iuſtum operari,
itaque ius reſpicit actum iuſtitiæque exercitium,
& Archid. *in c. vt conſtitueretur 5. diſtinct.* dicit,
quod ius eſt iuſtitiæ executio, iuſtitia vero reſpicit
habitum, qui eſt recta animi diſpoſitio ad ius ſuū
cuique tribuendum, hinc gloſſa, & doctores ibi
8 appellant ius † iuſtitiæ filium, ſeu miniſtrum,
& Ariſtotelis diffinitioni concordat iuriſconſul-
tus *in leg. iuſt. ff. eod.* quem ſic diffinit, iuſtitia eſt
conſtans, & perpetua voluntas, quod refertur ad
habitum mentis, ius ſuum cuique tribuens refer-
tur ad actum, & iuſtitiæ implementum, diffinitio-
nemque iuriſconſulti probat Sanctus Thomas 1.
2. quæſt. 18. art. 1. vbi eam completam appellat, &
quaſi eadem cum diffinitione Ariſtotelis, & quod
dicitur in diffinitione *conſtans, & perpetua volun-
tas*, relationem habet ad propoſitum, & inten-
tionem volendi conſtanter & perpetuo iuſtitiam
miniſtrare, non inſpecto quod contrarium quan-
doq; fit, ſed id ꝙ fieri debet, *Ang. l. penult. ff. eod.* & de-
clarat Sotus vbi ſupra *quæſt. 1. art. 1.* & accedit Ga-
briel: Biel *in 4. diſtin. 46. quæſt. 1.* dicens iuſtitia eſt
habitus virtuoſus, inclinãs hominis voluntatem.
Inhęrendo igitur diffinitioni iuriſconſulti, quam
præmiſſi confirmant, ſequit̄ videre, quid ſit æqui-
tas, ad ꝙ reſpondeo ex ſentētia Gerſonis in regu-
lis moralib. qui ſequitur beatū Cyprianum dicen-
9 tē: æquitas † eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ tem-
perata. Speculator, & Hoſtienſis loco præallegato
dicunt, ꝙ æquitas eſt modus rationabilis, regens
miſericordiam atq; rigorē, Bart. *in leg. 1. in finalibus
verbis C. de legib.* & Abbas *in c. finali vltimo notabili de
tranſactionibus*, inquiunt, ꝙ æquitas eſt conueniens
quoddam, ꝙ Abbas appellat temperamentum, re-
cedens ex cauſa à cõmunibus regulis iuris. Ariſto-
teles vero *in 5. Ethicor. c. 10.* dixit, ęquitas eſt legittimi
iuris correctio, lex etenim ponitur in vniuerſum,
ſecundū id ꝙ vt plurimum accidit, & ſi præter le-
gem quippiā contigerit, ꝙ Legislator omiſit, cor-
rigatur inquit defectus, quem ſi legislator adeſſet
correxiſſet, cui conſentit ꝙ dicitur *in l. nam ad ea ff.
de legib & in l. non poſſunt ff. eodem & gloſſa in l. qui ope-
ras in verbo interpretatione ff. ad Tertullianum*, idemq;
ipſe Ariſtoteles *in 1. Rethoric. c. 13.* ait, iuſtorum duæ
ſunt partes, quædā ſcriptæ, quædam non ſcriptæ.
Cum extant legum ſcriptarum deffectus, æquū
& bonū eſt, id ꝙ præter legem ſcriptam eſt, & ſe-
10 quitur ibidem Auerroes dicens: iuſtitia † & æqui-
tas ambæ ſunt laudabiles, æquitas tamen, & ſi me-
lior ſit iuſtitia, non tamē eſt ſpecies altera, ſed am-
bæ ſunt ex genere vno, in hoc ſolum differunt, ꝙ
æquitas non eſt iuſtitia poſita in lege, ſed eſt recti-
ficatio iuſtitiæ legalis, & idem tenet S. Thomas. *2.
2. quæſt. 120. art.* 1. & ibi Caietanus dicentes: æqui-
tas eſt directio legis vbi deficit, & ideo dicitur vbi
deficit, quia æquitas locum habet cum id quod
vniuerſaliter ſtatutum eſt, aliquo particulari ca-
ſu deficit, pulchræ ponuntur exempla, *in leg. bona
fides. ff. depoſiti* & vnum ponit S. Thomas vbi ſu-
pra dicens, lex ſcripta mandat depoſita reſtitui,
ſi deponens fuerit præuentus, depoſitum repe-
tit, quod ſibi vel aliis nociuum erit, depoſitum
reſtitui non debere æquitas ſuggerit, aliudque
affert exemplum ibi Caietanus. Lex diſponit,
quod capite puniatur qui mœnia ciuitatis tranſ-
ſcendit, ſi hoſtes ciuitatem inuadunt, qui intus
ſunt mœnia, impune tranſcendere poſſunt. Po-
ſtremo videndum eſt, quando ius vel æquitas ſer-
uanda ſit, reſpondetur, quod triplici diſtinctio-
nis membro Doctores hoc declarant dicentes,
11 aut neque † ius ſcriptum eſt neque æquitas, & in-
uicem aduerſantur in aliquo caſu occurrenti iu-
riſque rigor vnum dictat, & æquitas contrarium
ſuadet omiſſo iuris rigore ſeruanda eſt æquitas,
vt habetur *in dict. cap. finali*, ibi, vbi ius non inueni-
tur expreſſum, procedat æquitate ſeruata, in par-
tem benigniorem inclinando, & eſt quoque ca-
ſus, *in leg. in ſummam §. idem Varus. ff. de aqua pluuia
arcenda, & notat gloſſa in dict. cap. finali, & ibi Anto-
nius de Butrio numer.* 13. & facit ad hoc propoſi-
tum notabilis textus *in leg. prima. ff. ſi quis teſta-
mento liber eſſe iuſſus fuerit*, ibi naturalem potius
quam ciuilem habet æquitatem. Secundo aut
12 ius quidem † ſcriptum eſt, ſed illi opponitur æ-
quitas non ſcripta, tunc ſcriptum ius ſeruan-
dum eſt, tunc quia iudex non debet eſſe cle-
mentior lege, *Authen. de iudicibus. §. oportet*, tum et-
iam quia lex quauis dura ſeruanda eſt, *leg. pro-
ſpexit. ff. qui, & à quibus manumiſſi*, & ſequitur Abb.
*in cap. 2. de re iudicata, & in cap. finali de tranſactioni-
bus.* Limitatur autem hoc non procedere, in caſi-
13 bus in quibus iudex † habet liberum arbitrium,
etenim in arbitrariis de iure communi vel muni-
cipali, poteſt, & debet iudex adhęrere æquitati
non ſcriptæ, & recedere à iure ſcripto, ſicuti fir-
marunt Abb. vbi ſupra, & Felin. *in d. c. finali de trāſ-
actionibus*, & Antonius de Butrio *in cap. 1. de con-
ſtit. n. 16. & 17. poſt Bartolum, & alios in l. 1. C. de legibus.*
14 veruutamen limitatio hæc ſublimitatur, † & re-
ſtringi-

ſtringitur vera eſſe ex cauſſa quæ rationabiliter
iudicis arbitrium negat atque moderatur, argu-
mento notatorum, *in Clement. ſæpe de verborum*
ſignificatione,& per Bartolum *in extrauaganti ad re-*
primendum, in verbo videbitur. Secundo ſublimita-
15 tur vera eſſe quando † æquitas eſt manifeſta, ait
enim S.Thomas præallegatus, in caſibus dubiis
non habet locum æquitas, ſed in manifeſtum id-
ipſumque iuriſconſultus dicit, *in leg. non poſſunt. ff.*
de legibus. ibi cum aliquo caſu ſententia eorum
16 manifeſta eſt: Tertio † declaratur quod multo
magis à iure ſcripto iudex declinare poteſt, & æ-
quitatem ſequi, quando præſumptio iuris con-
currit cum æquitate non ſcripta, *gloſſa in verbo æqui-*
tate penſata. in cap. ſuſcitata per illum textum de in inte-
grum reſtitutione, quam ſequitur Fely. in d. c. 2. n. 1. de re
iudicata, in iis enim caſibus æquitas nõ ſcripta præ-
ualet iuri ſcripto, tametſi regulariter in cæteris
17 contrarium ſit verius. Tertio principaliter, aut †
vtrumque ſcriptum eſt, nempe ius atque æquitas,
tunc ſi rigor, & æquitas ſe habent vnum tanquam
genus, & alterum tanquam ſpecies, ſeruatur ꝙ in
ſpecie deciſum eſt, & ſi habent ſe tãquam duo ge-
nera vel tanquam duæ ſpecies, tunc æquitas præ-
ualet, *l. placuit. C. de iudiciis*, & ibi notatur, & plene
confirmat *in l. 1. C. de legibus* Odofred. *n. 6. & 7.* &
plura ponit exempla, & tenent quoque ibi Ci-
nus, & Alberic. qui omnes adducunt iura, & exẽ-
pla, quæ omitto ne prolixitas tædium afferat: ſtu-
deant ergo iudices magis quã fieri poſſit æquita-
tem ſeruare, & ſic diuinæ voluntati ſe conforma-
re, cuius omnia mandata ſunt æquitas, & alibi di-
18 citur † melius eſt de miſericordia rationem red-
dere quã de ſeueritate, *c. allegant 26. quæſt. vlt.* ex quo
textu gloſſa ibi ſumit argumentum ꝙ iudex po-
tius ſeruare debet miſericordiã q̃ rigorem, legitur
in ſapientia: Sumite pro thorace iuſtitiam, & ſcu-
tum inexpugnabile æquitatem; & alibi; Noli eſſe
nimis iuſtus, & ſumma iuſtitia, ſumma iniuſtitia
eſt: nec vnquã exeat memoriam veſtram ꝙ ibidẽ
habetur: Cum eſſetis miniſtri Dei non cuſtodiſtis
legem iuſtitiæ; horrende apparebit vobis, quoniã
iudicium duriſſimum in his qui præſunt fiet.

S V M M A R I A.

1 *Cauſa vſurarum vti ſpiritualis ad forum Eccleſia-ſticum ſpectat.*
2 *Siue in iure, ſiue in facto vſurarum quæſtio conſiſtat.*
3 *Editio actione ex contractu deſcendente peti debet.*
4 *Libellus incertus reiicitur.*
5 *Nouatio eſt imaginaria ſolutio.*
6 *Contractus ex facie inſtrumenti iudicatur.*
7 *Cardinali non creditur, niſi literas commiſſionis oſtendat.*
8 *Vſura eſt omni iure prohibita etiam hebræis.*
9 *Vſura rapina dicitur, & vſurarii pluribus odioſis nominibus nominantur.*
10 *De iis, quæ foris ſunt, Eccleſia non iudicat, in concernentibus animarum ſalutem.*
11 *Conſtitutio antiqui iuris declaratoria trahitur ad præterita.*
12 *Contractus reſcinditur actione de dolo, quando interuenit dolus vnius, & ignorantia alterius.*
13 *Tranſactio reſcinditur quando dolus vnius, & alterius ſolutio ex cauſa putatiua interuenit.*
14 *Errore ſolutum repeti poteſt.*
15 *Ignorantia præſumitur etiam in facto proprio quando quis certat de damno.*
16 *Iuramento aſſerentis ſe ignoraſſe creditur.*
17 *Princeps contractum cum ſubdito initum reuocat ex cauſa publicæ vtilitatis.*
18 *Princeps motu proprio faciens præſumitur ex cauſſa facere.*
19 *Princeps factum ſuum reuocat ob publicam vtilitatem ſi interuenit datio, vel factum contrahentis cũ principe.*
20 *Priuilegium quod ex noua cauſſa concedentem lædit reuocatur.*
21 *Iudex laicus in cauſa vſurarum competens eſt, quando eſt quæſtio ſuper facto.*
22 *Vel ſi quæſtio eſt ſuper Calculo vſurarum.*
23 *Editio iure actionum obtinetur ab iis, qui rationes conficere tenentur.*
24 *Actio ex narratu reſultans deducta cenſetur.*
25 *Maxime ex clauſula in libello poſita ius & iuſtitiam miniſtrari.*
26 *Clauſula omni meliore modo, & deducens, & quid in libello operetur.*
27 *Editio ab vſurario facienda procedit etiam in Iudeo.*
28 *Iudæis aſſerentibus rationes non habere non creditur.*
20 *Iudæi compelluntur codices rationum ſuarum edere, remediis de quibus hic.*
30 *Iuramentum in litem locum habet, ſi difficultas probationis & dolus Aduerſarii adſit.*
31 *Libellus incertus ex facto rei ſuſtinetur.*
32 *Vel etiam ſi ex facto agentis probabili, cenſetur incertitudo.*
33 *Libellus incertus recipitur in cauſis, quæ ſine figura iudicii tractantur.*
34 *Cardinali creditur de mandato Papæ, quando Cardinalis eſt in Curia, vel non remotus ab ea.*
35 *Cardinali mandatum Papæ affirmanti creditur.*
36 *Maxime ſi publice exerceat actus mandatum Papæ requirentes.*
37 *Liberatio errore falſæ cauſæ facta nulla eſt, etiam ſi per aquilianam ſtipulationem fiat.*
38 *Vſura errore ſcienter ue ſoluta repeti poteſt.*
39 *Contractus ſimulatus iuramento non firmatur.*
40 *Neque iurans indiget abſolutione.*
41 *Iuramentum non eſt obligatorium, quando defectus eſt in ſubſtantia ſeu conſenſu iurantis.*
44 *Contractus vſurarum probatur, vt hic habetur.*

QVÆSTIO II.

VIDETVR dicendum, Chriſti fideles voraci-
tare hebræorum pene exanimes audiri non
debere, dũ corã iudice ſeculari vſuras ſupra duo-
decim pro centenario hebræis dudũ ſolutas repe-
tũt in executione Bullę nuper editæ, à D.H.Paulo
1 Papa IV. Quoniam cauſa † vſuraria quæ ſpiritua-
lis eſt, à Iudice laico cognoſci nõ poteſt, ſed ad Iu-
dicẽ & forum Eccleſiaſticũ ſpectat, *c. ſi Iudex laicus,*
de ſent. excom. in 6. c. tuã. de ordine cognit. gloſ. in Clem.
2 *vnica de vſur.* Et ſiue in iure, † ſiue in facto ſit vſura-

rum quæſtio,ſecularis iudex cognoſcere non va-
let,Bal.in l. quoties C. de iudic.contra Bart.ibi &c. l.ſi-
tia.ff.ſolut.matr.& Bald.ſequitur Laurentius de Rodul-
fis tract.de vſur.quæſt.137.Anchar.conſ.336.n.3.& in d.l.
quoties,Iaſ.num.7.Anth.de vignate in repet. c. ſalubriter
de vſur. numer. 125. vbi communis. Secundo male
3 Chriſtiani † agere videntur petẽtes librorum he-
bręorũ editionẽ officio iudicis.Nã æditionis cau-
ſa in iuditium principaliter deducta,ſi contractus
præceſſit,cuius occaſione rationes cõfectæ ſint a-
ctione ex cõtractu deſcendẽte, æditio peti debet,
non officio iudicis,d. Clem.vnica.§. cæterũ in gloſ. ra-
tionem de vſur.q̃ ibi ſequitur Card.Anchar.&Imol.
& tenent Alberic.& Bart.in l.1.§.officio.ff.de tutel.&
rat.diſtr. extraordinario enim remedio principali-
ter intentato locus eſſe non põt, vbi ordinarium
cõpetere poteſt,l.non ſolum.ff. de rei vendic. & ponit
4 Alberic.in loco præcitato. Tertio vſuras ſolutas † re-
petens certã quantitatẽ exprimere tenẽ, libellus
enim incertus parte opponente nõ admittiẽ; glo.in
l.fin.C.de annal.except.Ang.conſ.25.n.2.imo debet Iu-
dex ex officio cogere partem ad declarandũ libel-
lũ, vt certã poſſit ferre ſententiã,Imol.in c.ſignifican-
tib.de libel.oblat.& ibi Marian.Soc.n.32.Bald.& alii in l.
age cum Geminiano.C.de tranſact. vbi & Iaſ.n.15. neq;
reus conuẽtus cogitur reſpondere, niſi eo decla-
5 rato,l.1.ff.de edendo.Quarto ſi per † nouationes cõ-
tractus annulati ſunt, nouatio ſolutionis vim ha-
bet,quia eſt immaginaria ſolutio,l.ſi rem.§. fin.ff.de
donat.Alex.l.ſi diuortio.ff. de verb.oblig. & in l. qui vſufr.
6 eod.tit.Quinto cũ oẽs † hebræorũ contractus ce-
lebrati ſint,in forma depoſiti, mutui, aut in forma
Cam.neq; poſterior eſt ſub cõmemoratione prio-
ris,ſed diuerſi,&nullatenus dependẽtes ex lectura
eorũ apparent,talis iudicari debet cõtractus, qua-
lis ex facie inſtrumenti deprehendiẽ,l.optimã. C.de
cõtrahen.& committen.ſtipul.l.cum precib. C.de probat.
Soc.conſ.264.n.1.vol.2.& in foro cõtentioſo contra-
ctꝰ præſumiẽ iuſtus,& licitus,niſi cõtra probetur,
7 Aym.conſ.145.n.2.vol.1. Sexto nullibi † cõſtat de cõ-
miſſione S.D.N.Papæ mandãtis vſuras hebræis o-
lim ſolutas vltra duodecim pro centenario repeti
poſſe, neq; Card.neq; cuiq; excelſo viro, quauis
dignitate præſulgenti debet fides adbiberi in gra-
ue præiudicium alienũ, niſi literas commiſſionis
exhibeat,glo.fin.in c.ſicut nobis,de ſent. excom. l. vnica.
C.de mandat.Princ.Ang.conſ 182.late Iaſ. repetitio. l.ad-
monendi.ff.de iureiur.n.175. Bellencinus tract. de ſubſidio
charitatiuo q.100.Capell. Tolloſan.deciſ. 463. Contrariã
8 ſententiã † pro Chriſtianis contra hebræos vti ve-
riorẽ ſequor,ſancta .n. & rationabilis eſt cõſtitu-
tio,à S.D.N.nouiſſime edita,qua diſpoſitũ eſt he-
bręos à Chriſtianis vſuras vltra duodecim ꝓ Cen-
tenario exigere nõ poſſe, quoniã vſura eſt omni
iure prohibita à lege Moſaica, euangelica, à iure
Can.Ciuili,atq; naturali, Abb.in c.quia in omnib.de v-
ſuris & in c.cum ſit.de for.compet.Card.Imol.Anchar.&
Bonifacius de vitalinis in Clement ex graui de vſur. imo
Iudæis ipſis vſura interdiciẽ.Bald.conſ.449. n. 71. vol.
3.Alex.conſ.80.nu.10.vol.3. Nec Papa permittere po-
teſt vſuram pro bono opere gerendo , nec pro re-
demptione Captiuorum,c.ſuper eo de vſur. vbi Abb.
Corn.conſ.159.n.2.Vol.3. Laurentius de Rodulfis de vſur.
9 parte 1.num.22.Propterea q; iura † vſuram appellãt
rapinam , Imol.in c. debitores nu.12. de iure iur.Archi-
diac.in rubrica de vſuris lib. 6. & pœna quoq; dicitur,
Alex.Iaſ.& Dec.in l. lecta ff.ſi cert. pet.ita quidem, ꝙ
ſtatuta diſponentia de pœna vendicant ſibi locũ
in vſura , late Marian.Soc. repetit. l.ita ſtipulatus la
10 grande n.219 ff. de verb.oblig.Hinc eſt quod vſurarii †
varie odioſis nominihus nominantur, dicunẽ e-
nim pauperum trucidatores,turpis lucri ſectato-
res,fures,& filii Diaboli,vt per Archidiac. in rubr.
de vſur.in 6. Neque aduerſatur, quod hebræi ſint
extra gremium Eccleſiæ,& de his, quæ foris ſunt,
eccleſia non iudicat,id enim procedit in concer-
nẽtibus fidem,animarumq; ſalutem , ſecus in cri-
mine vſurarũ de pecuniis immoderate exactis tra-
ctando, Feli.c.cum ſit n.10.de foro compet. Alex.conſ.1.
n.8.volum.2.& faciunt not.ibi in additione in verbo nihil.
11 Primo igitur pro Chriſtianis † vſuras olim ſolutas
repetentibus,facit, ꝙ conſtitutio inducens reſti-
tutionẽ vſurarum, quamuis diſponat de futuro,
quia eſt actus de futuro expediendus,habet tamẽ
relationẽ ad vſuras de præterito, conſtitutio enim
antiqui iuris declaratoria trahitur ad præterita,
Abb.in c.cum tu in 1.notab.& in glo.ſiue poſt,de vſuris,cõ-
probat late Fely.in c.fin.n.8.& n.11.de conſtit. Idcirco &
vſuræ impoſterũ decutiendæ,& q̃ hactenus decur-
ſæ ſunt, ſubiacent moderationi præfatæ , nec re-
fragatur Feli.d.c fin.n.6.quod nõ dicitur conſtitu-
tio antiqui iuris declaratoria, dũ trahitur ad præ-
terita, q̃ iam perfecta, & conſummata ſunt,hoc e-
nim impugnant Abb. & Imol. ibi,vel ſaltem non
procedit in actu de præterito irrationabili vt ipſe
12 Feli.declarat. Secundo quando dolus † vnicus &
alterius ignorantia probabilis dant cauſam con-
tractui,per quẽ obligatio nouatur, vel extinguiẽ,
ad primæuã actionem datur regreſſus actione de
dolo,vel ope reſtitutionis in integrũ,glo.in l.ſi cum
dotem.§.ſi mulier.ff.ſolut.matr. & ꝙ ibi Bart.Ang.I-
mol.Paulus,Alex.& idem Alex. l. ſub prætextu.C.de
13 tranſact.& idipſum verum † eſt etiã in tranſactio-
ne,quæ vel ipſo iure vel ope exceptionis redditur
nulla,quando dolus vnius interuenit , & alterius
ſolutio ex cauſa putatiua,Bart.d.l.ſub prætextu. C.de
tranſact.vbi Alex.& Iaſ.poſt alios; Ang.conſ.94.Idẽ
Iaſ.in l.in ſumma poſt glo.ibi.ff. de condict. indebiti & eſt
cõmunis ſicut teſtatur Iaſ.d.l.ſub prætextu. Tertio per
14 errorem indebite † ſolutum vel remiſſum reuoca-
ri poteſt & indebiti condictione repeti. l.cum per
errorem ff.de reg.iur.vbi Dec.l.1.ff.de condict. indebit. &
l. error. C. de iur. & fact.ignor. vbi Alex.& Iaſ. poſt
Bart.& alios;ſed etſi quis dubitans vel ſuaſionibus
Aduerſarii inductus indebite ſoluerit, repetitio-
ni locus eſt per ea quæ referunt Alex.& Iaſ.vbi ſu-
pra;erranſq; ius ſuum remittere non videtur, Alex.
conſ.8.num.24.volum.3.Dec.conſ.530.num.11. & 12. ne-
que negligere aut contemnere dicitur errans , So-
15 ci.conſ.20.in finalibus verbis volum.1. Atque error † &
ignorantia regulariter præſumitur etiam in facto
proprio,quando quis certat de damno euitando,
Bart.in l.non fatetur.ff.de confeſſis,& in l.ſed etſi me pu-
tem,in princ. ff.de condict.indebit.Dec.conſ.63.num.6.

Etiura-

16 Et iuramento † asserentis se ignorasse concurrente verisimilitudine ignorantia probatur, c. præsumitur, vbi not. glo. de reg. iur. in 6. Ias. §. sed iste. numer. 89. Instit. de action. Fely. late post Abbatem in c. quosdam de præsumpt. Corn cons. 168. num. 13. volum. 3. Alex. cons. 71.
17 num. 5. vol. 1. & cons. 89. n. 2. vol. 7. Quarto † Princeps priuilegium à se concessum reuocare potest, & contractum quoque initum cum subdito vltro citroque obligatorium ex causa publicæ vtilitatis infringere valet. Abb. Fely. & Dec. cap. nouit. de iudi. Idem Dec. cons. 286. num. 4. Soc. cons. 47. num. 13. volum. 3. Afflict. decis. 392. num. 15.

18 Et in Principe † motu proprio disponente præsumitur causa, Abb. Fely. & Dec. in c. quæ in ecclesiarum de constit. Afflict. decis. 46. n. 1. cum seq. Rom. cons. 436. Aim. cons. 135. n. 22. Curt. sen. cons. 20. nu. 22. Iunior. cons.
19 107. num. 25. & cons. 61 nu. 13. Imo si ex parte † contrahentis cum Principe interuenerit datio vel factum, ex causa tamen publicam vtilitatem concernente, potest Princeps contra factum proprium venire, & ius alterius lædere, Ias. l. Barbarius num. 34. ff. de officio Prætoris. Fely. & alii cap primo n. 6. de probat. & d. c. nouit. de iudi. Io. Baptista de S. Seuerino in repet. l. omnes Populi num. 98. Rom. cons. 310. & cons. 436. Alex. cons. 216. vol. 2. Dec. cons. 236. Restaur. Castald. tract.
20 de Imperatore. q. 55. & 114. Ad hæc facit quod † Priuilegium quod ex noua causa apparet concedentẽ enormiter lædere reuocari potest, c. suggestum & q. ibi Imol. Abb. & alii de decimis vbi dixit glo. ꝙ secundũ varietatem temporum & rerum priuilegia reuocari debent, Aym cons. 263. n. 5. vol. 3. Fely. d. c. nouit n. 70. Quare summa ratione paternoq; affectu motus, S. D. H. misertus Christianis voracitate hebræorũ labefactatis, tollerãtias illorũ reuocauit Bullamq; salutarẽ ædidit. Nõ obstat in contrariũ pro hebræis adducta, & primo ꝙ in huiusmodi causis tamq; spiritualibus laicus iudex se intro-
21 mittere nequeat. Nã si in dubiũ † reuocaĩ an causa vsuraria sit, tũc ad forum ecclesiasticũ pertinet illius cognitio. At si cõstat contractum fœneratitiũ esse, dubitatur an vltra debitum vsurarũ modũ solutum sit, Iudex competens laycus est, quia quæstio nõ est super iure prohibito, vel nõ, sed super facto, an ita solutum sit, vel nõ, Bart. in l. titia ff. sol. matrim. & in l. quoties C. de iudic. & ante eum ita distinguit Paulus de Leazaro in clem. ex graui. de vsur. quem sequitur Imol. clem. dispendiosam n. 19. & 20. de Iudi. Alex. cons. 91. n. 4. vol. 2. & cons. 9. n. 3. vol. 4. Guid. Papa tract. de vsur. n. 36. & distinctionẽ positam cõmuniter Canonistæ sequunĩ, inquit Ias. d. l. quoties n. 6. C. de iud. & vti communem sequitur ibi Alex. & in d. l. titia. Rur-
22 sus quando † est quæstio super calculo duntaxat vsurarum, vt quia dico me plus debito soluisse, aduersarius negat, tunc quia indebiti cõdictio proponiĩ, iudex laycus cognoscere possit, est tex. in c. post miserabilẽ de vsur. & tenet Ant. de vignate in loco præcitato n. 123. & 125. & Laur. de Rodulph. vbi supra n. 22. Non obstãt pro hebræis opposita de æditione librorũ hebræorũ officio iudicis non petenda. Dic
23 ꝙ si præcedit † cõtractus cui inest administratio, tunc quia administrationis pars est rationes scribere, ideo iure actionis petitur æditio, vt in tutore, Curatore, negotiorum gestore, & similibus, qui ex necessitate officii actus sui, rationes conficere tenentur, easque exhibere, l. tutor, qui repertorium ff. de administr. tut. l. fin. C. arbitr. tutel. leg. 1. §. officio. ff. de tut. & rat. distrah. Anch. in Clem. ex graui n. 3. de
24 vsur. Et esto quod iure † actionis æditio petenda foret competens actio ex serie narratorum resultans deducta videĩ, licet nominatim expressa non fuerit, c. dilecti & c. examinata de iud. l. 1 ff. de edend. leg. edita C eod. maxime vigore clausulæ salutaris, quã
25 herbam betonicam dicunt. Ius & iustitiã † ministrari quæ idem importat, & operatur, etiam si inepta conclusio, & non competens actio expressa foret, c. cum dilectus de ordin. cognit. Ias. §. omnium num. 147. instit. de action. Fely. d. c. examinata n. 16. de iuditiis, Aym. cons. 201. & cons. 221. vol. 1. & est communis sententia secundũ Fely. præcitatum, & Ias. d. l. 1. n. 45. ff. de edẽdo.
26 Accedit clausula omni † meliori modo per quã ea interpretatio fieri debet, quæ fauorabilis sit intẽtioni libellantis, Ias. d. §. omniũ n. 131. accedit clausula deducens, per quã remediũ magis aptum ex pluribus, quæ cumullari possunt deductum censetur, Papien. in forma libelli in action. reali. glo. deducens, in fin. & de clausulis de quib. supra late scribit Marian. Soc. in c. significantib. n. 85. cum plurib. sequen. de libel. oblat. siue igitur iure actionis, siue officio iudicis fieri debeat æditio, siue etiã actione mandati, quasi tacite videatur à debitore mandatum fæneratori vt codices rationum conficiat, vt voluit Bald. in c. ex his num. 3. de iure iur. eo modo, quo fieri potest petita videĩ.
27 Et dispositio † d Clem. ex graui mandans editionẽ ab vsurario fieri procedit etiam in Iudeo vsurario, vt Canonistæ ibi tenent, & in leg. 1. Cod. de edend.
28 Ias. Curt. & Purpurat. Neque eis † asseuerantibus se codices rationum non confecisse, aut non habere credendum est, glos. in verbo compellendos. dict. Clement. ex graui, & sequitur ibi Imol. num. 21. & Cardi. in fi. & plenius Laurent. de Rodul. d. tract. de vsur. quæstion 152. per totum. Proinde non solum iudicis officio ex edicto de æden. æditio petita fuit, sed etiam conditione ex lege, siue ex canone, quæ hoc de nouo induxit, in vsurario, quod non erat aliter dispositũ de iure communi per tit. de edendo, vt ibi habetur & in l. 1. C. de edendo, vbi Curt. Purpurat. & alii.
29 Pluribusque remediis † Christianis consultum est, contra hebræos codices suarum rationũ non exhibentes. Primo per censuras ecclesiasticas, d. c. post miserabilẽ de vsur. d. Clement. ex graui §. cæterum de vsur. possunt enim per indirectũ contra eos censuræ exerceri, Dños temporales, seu iudices seculares excõmunicando, nisi cogãt eos ad exhibitionẽ librorũ; secũdo poterit iudex mittere ad domũ illorũ, & perquiri facere eorum arcas. Tertio mulcta indicta, & captis pignorib. poterũt compelli. Quarto in nolentẽ exhibere iurabiĩ in litẽ ad interesse actoris, glo. in dict. Clem. ex graui, vbi Anchar. & Bonifacius de Vitallinis, Dec. in c. 1. de probat. Rom. in leg.
30 Prætor num. 6. ff. de eden. Regulare est enim ꝙ † difficultas probationis, & dolus partis aduersæ faciunt locũ iuramento in litẽ, Ias. in l. actionibus ff. de in lit. iuram. Alex. cons. 189. nu. 13. & 16. vol. 6. & cons. 77. num. 13. vbi addidit. eod. volum. Non obstant opposita de

incertitudine libelli ob non expreſſam certam
31 quantitatem. Nam ſi † incertitudo procedit facto rei conuenti, in odium eius huic incertitudini cauſſam dantis admittitur libellus incertus, *leg.1 §.1.& quod ibi glo in verbo incertum.ff.quorum legat.quam ibi ſequuntur Bart.Alberic. Aug. & late Ripa*
32 *Alex.conſ.197. vol.7.* Itidemque libellus † ſuſtinetur incertus, quando ex facto agentis cauſatur incertitudo à probabili errore originem trahens, vt in ruſticis, & aliis idiotis, qui cum literas neſciant, non potuerunt notulas habere ſolutionum ab eis factarum, *Ripa dicta leg.1.§.1.num.19.ff. quorum legatorum.Alex.& Iaſ.in l.vbi autē §.qui illud ff.de verb obligat. & Iaſ. poſt alios in §.curare n.10. inſtit. de action.* & in præmiſſis ſtandum eſt iuramento actorum per glo.notabilem *in l.1.§.ſi quis argentū, & quod ibi ſcri-*
33 *bentes ff.depoſiti.* Secundo cauſæ † vſurarum tractātur ſine ſtrepitu, & figura iudicii, *Clem.diſpendioſam de iudi.* & in huiuſmodi cauſis libellus generalis & incertus admittitur, dummodo non ſit talis incertitudo, quæ auferat reo defenſionem, *Bart. in extrauag.ad reprimēdum in verbo ſine figura n.8.& not. in Clem.ſæpe de verb.ſignif. Alex. conſ.187.nu. 2. volum.2. Marian.Soc.cap.1.num.22.de libel.oblat.*
34 Non obſtat quod † de commiſſione ſanctiſſimi non conſtat, mandantis ad vſuras in præteritum ſolutas bullam extendi debere, nam reſpondetur, quod quando cardinalis vel alia illuſtris perſona atteſtatur de mandato à papa viuæ vocis oraculo ſibi facto, & eſt præſens in curia, ſeu non remotus ab ea, tunc ei plene creditur, cum facile ſit ad principem habere recurſum, *Imol.in c.quod ſuper, his n.1.de fid.inſtrum.quem ſequitur ibi Fel.n.10. Alex.l.1. C.de mandat.princip.Iaſ.l.2.n 5.ff.ſi quis in ius voc.Curt. repetit.dict. l.admonendi n.331.Corn.conſ.135.in fin.vol.1. Andreas Sicul.tract.de Cardin legato de latere 1. quæſt.1. membro n.10.& ſecundo membro n.4.& 7.* Rurſus ge-
35 neralis conſuetudo obſeruat quod † credatur cardinalibus ſeu aliis perſonis excelſa indignitate cōſtitutis, aſſerentibus ſibi aliquid à domino papa commiſſum abſque eo quod litteras commiſſionis oſtendant, licet de rigore iuris contraria opinio ſit verior, *vt tenet Abb.d.c.quod ſuper in fi.de fide inſtrum.& ſequitur ibi Felyn.n.8.& 11.Alex.conſ.106 n 19. vol.2.& conſ.92.n.14.vol.6.Barbatia in loco ſupra citato in tertio membro in princ.* & inquit Bald. *in l. exemplo*
36 *in fi.Cod.de probat.* q̄ † ſi cardinalis publice, & ſæpius expediat actus ſpecialem commiſſionem principis requirentes, præſumitur quod habeat mandatum, & Bald.ſequitur Aufre.*in addit.ad capellam Toloſ.463.Felyn.d.c.quod ſuper n.9.Barbat.vbi ſupra 2.mē-*
37 *bro n.4.& n.final. Rom.conſ.59.n.6.* Non obſtant † liberationes, & remiſſiones hebræis factæ per contractus ſæpius renouatos, quoniam liberatio per errorem falſæ cauſæ eſt ipſo iure nulla, ſed etſi per acceptilationem, & aquilianam ſtipulationem fiat, reſcindi poſſet condictione ſine cauſa, *Soc.conſ. 159 n 23.vol.2.*& vſura † errore iuris, vel etiam ſcien-
38 ter ſoluta repeti poſſet & ſi vſurarum ſolutio fiat, nondum reſtituta ſorte, cenſetur facta timore repetitionis veræ ſortis, *Alex.conſ.80.in fi.vol.3. Laur. de Rodul.d.tract.de vſur.quæſt.10. & quæſt.78.in fi.* Imo ſi
39 ſolutio † ſortis & vſurarum fiat, & ſequatur liberatio, ſeu remiſſio generalis, vel ſpecialis de vſuris ſolutis, nihilominus remiſſio & quietatio, non ſpōtanea ſed vſura in fraudem extorta præſumitur, *per not.per eundem Laur.d.tract de vſur.quæſt. 80. & ſequen.Imol.in c.ad noſtram il 2. de iureiur.in primo not.& ibi quoque Abb.n.11.Alex.d.conſ.80.n.17.vol.3.* Quia et-
40 iam ſoluenti † vſuras, & iuranti non repetere officio iudicis ſuccurritur, vt repetere poſſit, *d.c ad noſtram, & ibi Bald.in 3.not. Abb.n.3.vbi & Barbat.in addit.*
41 Non obſtat exceptio † periurii ab hebræis Chriſtianis obiecti, cum enim hebræorum contractus fictitii ſint, atque ſimulati, ſicuti non tenēt ipſo iure contractus, neque iuramentum obligatorium eſt, quod non firmat actus ſimulate conceptos, *gl.in l. emptione C.plus valet, quod agitur & ibi Bald.Salic.Ang. & alij, & not. Alex.Curt.& Iaſ.in l.cum ea C. de tranſact.repetentes in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.Pariſ.conſ.55.n. 24 vol.1.& conſ.86.n.26.& 46.vol.3 Veronenſ. tract. de ſimulat.contract.præſumpt 7.n.44.& eſt communis opinio vt habes infra recollecta 63.n.4.* Ita quidem quod
42 † iurans non indiget abſolutione à iuramento, *Iaſ. in §.fuerat, n.81.inſtit.de action.Corn. conſ. 135.vol.1.Soc.*
43 *conſ.214.n 9.vol.2.* Non etiam obſtat † quod iuramentum habeat vim ſpecialis, & expreſſi conſenſus *gl.ſingul.in l.cum pater, §.filius matrem.ff.de leg. 2.* Reſponde contrarium procedere, quando defectus eſt in ſolennitate actus, ſecus quando in ſubſtantia & conſenſui ineſt defectus, *Boer.deciſ 3.n. 8. Iaſ.poſt Alex.in l.ſed etſi quis.§.quæſitum n.42.& 43.ff. ſi quis caut.*vbi ait, quod canoniſtæ hoc communiter tenent, & Bartoli opinio ibi ita tenentis communiter approbatur. Non obſtat quod hæbreorū contractus ſint renouati, atq; concepti in forma mutui, depoſiti, & quandoq; Cameræ apoſtolicæ, propterea que vti non vſurarii nō ſubiaceant Bul-
44 læ S. Reſpondetur contractus † illorum omnes fœneratitios eſſe, primo per euidentiā facti, quia menſam tenent, & altare Diaboli paratum habēt ad mutuandum ſub fœnore. Secundo per euidentiam iuris propter multiplices cōfeſſiones apud acta Curiæ factas, & ſententias pro eis, & contra eos ſuper vſuris ſæpe latas. Tertio per publicā famā, ex his enim & aliis quoq; mediis contractus eorum vſurarii comprobant, tametſi ſub forma de qua ſupra celebrati ſint, *Bal.conſ 162. vol.2. & cōſ. 473.vol.3.Ang.conſ.16.Abb.c.cum in diœceſi & c.quia in omnibus eo.tit.*vbi plene Ioan.de Anan. & nouiſſime Aug.Bero. Quare contractus illorum veſtiti ſunt pellibus ouium, intrinſecus aut ſunt lupi rapaces, Chriſtianorum facultates deuorantes. Accedit q̄ contractus præſumitur fœneratitius, contra eum, qui eſt ſolitus fœnerari, *gl.in l.cum allegas. C.de vſur. Rom.conſ.238.nu.5.Aym.conſ.37.n.8.* atq; ſi modo ſub fœnore, modo gratis mutuant, præſumendum eſt id quod erat eis conſuetum, quod non gratis mutuauerint, *Bal.conſilio 229. num. 2.in fin.cum ſeq. volum.2.* Non obſtat quod nouatio vim ſolutionis habet, nam cum in fraudem vſurarum hoc factum extiterit, non aduerſatur per ea quæ ſupra *numer.37. & ſequentibus.* Quocirca exhibitis hæbreorum libris, factoque ſuper eis calculo per

calcu-

calculatores ad id electos boni iudicis partes erũt, in condemnando hebræos ipsos ad restitutionem vsurarum vltra duodecim pro centenario exactarum, vel si codices rationum edi non contingat iuramento in litem subiiciantur.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio bonorum emphyteuticorum non tollit ius accrescendi.*
2 *Renunciatio intelligitur de iure de præsenti, non de iure quod postea oritur.*
3 *Clausulæ generales in diuisione emphyteuticorum apposita non tollunt ius accrescendi.*
4 *Renunciatio fideicommissi reciproci idem operatur quod renunciatio iuris accrescendi.*
5 *Clausulæ generales veniunt accessoriæ nec principalem contractum alterant.*
6 *Clausulæ generales restringuntur ad naturam contractus.*
7 *Iuramentum restringitur ad casus in renuntiatione comprehensos neque illam extendit.*
8 *Clausulæ de stylo notariorum apposita nihil operãtur, quia vim clausularum ignorant.*
9 *Ius accrescendi multipliciter describitur & diuersimode à scribentibus nominatur.*
10 *Tenor instrumenti diuisionis vel inuestitura inprimis attenditur.*
11 *Clausulæ valde prægnantes ius conditionale remittunt.*
12 *Generalis liberatio ad omnia indistincte trahitur.*
13 *Renunciatio omni legum & iuris auxilio plurimum operatur.*
14 *Diuisio cum promissione de aliquid in perpetuum non petendo tollit ius accrescendi.*
15 *Pacto tollitur ius de præsenti in spe & in re de futuro.*
16 *Renunciatio in futurum concepta tollit ius de futuro quando de præsenti probabilis spei causa subest.*
17 *Et si tempore renunciationis vna tantum extat causa de futuro.*
18 *Renuntiatio iuris tollit ius de futuro re & spe.*
19 *Iuramentum in diuisione appositum ius accrescendi euertit.*
20 *Renunciatio realis vel omnium contemplatione facta ius accrescendi infringit.*
21 *Renunciatio verbis geminatis facta operatur vt hic habetur.*
22 *Exceptio realis iuuat singularem successorem atque etiam personalis cessis sibi à principali actionibus.*
23 *Aquiliana stipulatio extinguit omne ius & spem iuris competentis.*
24 *In diuisione si potestas alienãdi inuicem data sit secuta alienatione alter eam reuocare non valet.*
25 *Frater consentiens fratri feudum alienanti non reuocat alienationem alienante sine filiis mortuo.*
26 *Fratris consensus etiam tacitus idem operatur.*
27 *Ratificatio directi domini idem operatur ac si in manibus eius facta foret.*
28 *Verbum voluerit vel aliud æquipollens in diuisione expressum inducit facultatem alienandi.*
29 *Clausulæ generales non restringuntur ad naturam cõtractus quando salua ratione recti sermonis restringi nequeunt.*
30 *Clausulæ exequutiua etsi non alterant principalem contractum, declarant tamen mentem contrahentium.*
31 *Iuramentum extendit contractum extra naturam ipsius secundum magis communem.*
32 *Notarius censetur rogatus apponere clausulas de stylo apponi solitas.*

QVÆSTIO III.

1 DIVISIO bonorum † emphyteuticorum à fratribus communiter ea possidentibus facta, cum remissione iuris quod habent vel habere sperant, & cum clausulis de quib. in instrumento de quo agitur, an tollat ius accrescendi quæritur, ita quod frater superstes à portione fratris sine filiis prædefuncti excludatur. Videtur dicendum quod non, per doctrinam Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres 1. & 10. quæstione. ff. de verb. oblig. & melius consil. 50. Dec. cons. 326. numer. 3. & latius cons. 263. colum. fin.*
2 immo † si fratres diuidentes inuicem de euictione promiserint, nihilominus ius accrescendi non tollitur, quem enim de euictione tenet actio, eundem agentem non repellit exceptio, quando euictio venit ex natura rei, siue ex facto & ordinatione auctoris, sicuti tenent & communem referunt Alex. *cons. 21. vol. 50 & cons. 107. num. 15. vol. 4. Curt. sen. cons. 49. num. 79. Gotz. ad. cons. 53. nu. 16. Dec. cons. 495. in*
3 *2. dubio. Ripa dicto §. duo fratres nu. 39.* Nam † simplex renunciatio intelligitur de iure de præsenti, non de iure, quod postea oritur, nec prius intelligatur renuntiatum quam natum, & liberatio dicitur quædam priuatio, ideo refertur ad id quod est in actu. *Bal. cons. 18. vol 3. Alex. dicto §. duo fratres. num. 3. & cons. 208. num. 7. vol. 6.*

4 Secundo, † tametsi, fratres promiserint stare diuisioni, nec contra eam venire vllo vnquam tempore aliqua ratione vel causa, non propterea ius accrescendi remissum videtur, *Bart. dict. §. duo fratres 2. quæst. quem ibi sequuntur Alex. Aret. Ias. & Crot. atque Ripa in l. 1. C. de pact. Alex. consil. 208. num. 4. vol. 6. & cons. 4. vol. 4. Curt. sen cons. 50. num. 16. & melius consi. 64. num. 19. in princ.* & communis est hæc opinio, vt refert Alex. in consiliis proxime citatis,
5 & Bertran. quoque *cons. 1. nu. 119. vol. 2.* & licet † plerique supra citatorum loquantur in remissione iuris fideicommissi reciproci, idem tamen dicendum est de remissione iuris accrescendi, quoniam de vno ad aliud eisdem iuribus & rationibus inferunt scribentes, *vt Bald. in cap. 1. tit. Imperator Lotharius Eugenio Papæ. Paul. de castr. dict. §. duo fratres nu. 4. Alex. num. 64. Rip. num. 39. Hubertin. Zuccard. in repet. l. 1. nu. 62. C. de pact. Corn. cons. 42. num. 9. volum. 4. Alex. cons. 21. volum. 5. & magis aperte cons. 8. num. 2. & 6. eodem volum. Ias. cons. 173. num 6. vol. 4.* qui tenent cõmunem & veram conclusionem esse, quod cessio vel remissio in casibus præmissis facta etiam verbis generalibus non impediat ius accrescendi.

6 Tertio † clausulæ generales veniunt accessoriæ nec probabilem dispositionem alterant, & ecclesiæ adiacentes diuisioni apponuntur ad exprimendum diuisionis effectum, magisque ad ipsum augendum aut ad exorbitandum diuisionem à

propria natura ipſius, *Clem.1.de prebendis.Iaſ.d. conſ.*
173.vol.4.Bald.d.conſ.18.vol.7.Alex.d.§.duo fratres num.
30.& d.conſ.208. num. 7. vol. 6. Dec. conſ. 495. num. 18.
7 *Aym.conſ.25.num.3.* Et qood clauſulæ generales re-
ſtringantur ad id quod eſt de natura contractus,
tenet Soc.*conſ.47.num.6.vol.1.Alex.conſ.60.n 5. vol. 3.*
cum aliis allegatis per Aymon.d.conſ.25.n.2.

8 Quarto ius† accreſcendi oon tollitur accedēte
etiam renuntiationi iuramento, quia iuramētum
nō trahitur niſi ad illos caſus ad quos trahitur re-
nuntiatio, & vim ſpecialis diſpoſitionis habet in
eo, in quo conſentitur neque ampliat diſpoſitio-
nem vltra conſenſum iurantis, *Corn.conſ. 241.col. fi.*
vol.2.Alex.conſ.28.n.12.vol.1. dicens quod hæc eſt cō-
munis ſententia, à qua iudicando non eſt diſce-
dēdum, & Ripa communiter teneri affirmat *tract.*
de peſte par.1.n.84.& notabiliter in hoc ſcribit Bertran.
conſ.7.n.8.vol.2.part.2.poſt Aret.in l.1.nu. 17.§.ſiqnis ita
ff.de verbo.oblig.

9 Quarto clauſulæ† huiuſmodi, de ſtylo & con-
ſuetudine notariorum & ex capite eorum appoſi-
tæ aliquid operari non debent, niſi conſtet de mē-
te partium appoſitas fuiſſe, vt de clauſula codicil-
lari tenet Bart.*in l.1.de iur.codicill.Decius conſ.180.n. 3.*
Curt.conſ.3.n.3.Curt.Iun.conſ.101. circa fin. Pariſ. conſ.
20.n.87.vol.1.& conſ.1 0.n.100.& ſeq.eodem vol. cum a-
liis cumulatis à Tiraq.de iure conſtituti parte 3. limit. 31.
10 *n.12.* Hinc† Ioan Caccialup.*in repet.l.precibus nu. 80.*
C.de impub.& aliis ſubſtitutionib. dixit quod notarii
vt plurimum ignari vim clauſularum ignorant, &
ſunt ad inſtar caotorum qui bene caotant & neſci-
uot rationem ſui cantus, & etiam alias dixit Bald.
quem refert Ripa *in l. Centurio num.83.ff. de vulg. &*
pupil. quod imperitia notariorum deſtruit mundū
& conſcientias bonorum virorum ſæpe in pericu-
11 lo ponit. Igitur vel ex iure † accreſcendi ſuperſtes
frater ſuccedit vel ex tacito pacto aut repetita cō-
ceſſione quæ poſt mortem patris io perſonam fi-
liorum repetita cenſetur, *Alex.in l.ſi mihi & Titio. n.*
15.ff.de verborum oblig.& conſ.21.num.5.vol.5.Dec.conſ.
263. vel ex iure ſucceſſionis irregularis ſecundum
Aret.*d.l.ſi mihi & Titio col.3.* vel quia quando plu-
res ab vno ſtipite & fonte procedunt omnes pro
vno reputantur, & habet locum ius accreſcen-
di, ideſt ius acceſſorium, *ſecundum Bald.d l. ſi mihi &*
Titio & in l.1.§.1.n 13.C.de caduc.tollen.Dec.d.conſ.263.
n.2. vel vt dixit Bald.*in cap.1.§.& quia vidimus n.4.* de
his qui in feudo dare poſſ. ius accreſcendi eſt po-
tius facti quam iuris, id eſt quoddam augumen-
tum, proprie vero appellatur ius acceſſorium, &
dicitur prouiſio legis factum hominis ſupplens
vel ipſum interpretans ex natura inueſtituræ & ta-
cita prouidentia contrahentium. quæcunque igi-
tur ratio ſit, vnū eſt quod prædefuncto ſine filiis
fratre, ſuperſtes ſuccedere debere videtur.

12 Contrarium † præmiſſis non obſtantibus ve-
rius eſſe exiſtimo. At in primis præmittendum eſt
quod tenor inſtrumenti diuiſionis primum dili-
genter inſpiciendus eſt, *Bart.d.§. duo fratres quaſt. 8.*
infin.& ceteri ibi ſequuntur Rom.conſ.22.n.3.Alex. conſ.
62.n.4.vol.7. ſicut etiam teoor inſtrumenti inueſti-
turæ dat legem contractui, inprimiſque debet at-
tendi, Bald.& alii feudiſtæ *§.primo de duobus fratrib.*
21.cap.inueſtit.idem Bald.conſ.207.n.2.vol. 2. Curt. ſen.
conſ.43.nu. 2. Dec.conſ.293.in princ.& melius conſ.680.
Pariſ.conſ.21.nu.5.vol.1.Euerard.in ſua topica loco à con-
trario ſenſu.Bald.conſ.215.num.3.infin. vol. 2. Aym. conſ.
10.num.7. vbi inquit quod vti eſt caſus inſtrumenti
13 ibi eſt caſus legis. Primo igitur quod† frater ſu-
perſtes excludatur à portione fratris ſine filiis præ
defuncti, facit quod clauſulis valde prægnantib.&
amplis in inſtrumento diuiſionis appoſitis ius fi-
deicommiſſi cooditionalis ſublatum, & remiſſum
eſſe dicitur, quemadmodum plures illuſtres do-
ctores cooſuluiſſe refert Alex.*conſ.62.num.4.vol.7.*
& idem voluit Bertran.conſ.218.nu.1.vol.2.part. 1.Curt.
ſenior conſ.63.num.19.infin. vbi dicit quod in hoc ne-
mo diſcrepat, *Curt.Iun.conſ.49.nu.12.* communem
in hoc ſententiam eſſe referens & de remiſſione
iuris fideicommiſſi conditionalis & commiſſionē
iuris emphyteutici arguunt, & præcipue *in d.§. duo*
fratres & Bald.in c.1.titul.Imperator Lotharius Eugenio
papa.

14 Secundo, liberatio genera † ad omnia indiſtin-
cte trahitur & ioeognita, & valet in vim renuntia-
tionis quod ſpecificata quoad alia in vim pacti,
quod verbis generalibus initum extenditur ad o-
mnia, ne à proprietate verborum recedatur, hinc
Bald *in l.pactum C. de collatio.* monet renuntiantes
ne verbis generalibus & effuſo ſermone vtantur,
alias ſibi imputandum eſt, cum ſciant etiam inco-
gnita verbis generalibus comprehendi, & tenet
Alex.*conſ.42.num.8.vol.1. & conſil.11.nu. 7. & ſeq. vol.*
2.Tiraquel.in l.ſi vnqnam in præfatt. à num.115. vſque ad
15 *num.120.C.de reuoc.donation.* Accedit renunciatio †
omni legum & iuris auxilio, quæ plurimum ope-
ratur, vt per Pariſ.*conſ.20.num.39.& conſ. 110. nu. 22.*
vol.1. Marſil.in rubr.C.de fideiuſſor.nu. 35. Gozad. conſ.
16 *53.num.9. Curt.Iun.conſ.49.num.12.* Tertio quan-
do diuidentes ſibi inuicem promiſiſſent aliquid
in perpetuum non petere aliqua ratione vel cauſa
quæ dici vel excogitari poſſet de iure, vel de facto,
tunc equidem huiuſmodi verba pioguia & præ-
gnantia remiſſionem iuris accreſcendi importāt,
vt originaliter tenuit Ioan.Andr. quem referuot
& ſequuntur Alex. *d.§. duo fratres col. 11. Ripa ibidem*
n.48.Crot.n.94.idem Ripa in l.1.num.4.C.de pact. Dec.
conſ.287.in fi.Alex.conſ.208.n.6.vol. 6.Curt.ſen.d.conſ.
63.n.19.latius Curt.Iun.d.conſ.49.n.12. affirmans cō-
munem hanc opinionem eſſe & vti communem
ſequitur Pariſ.*conſ.71.n.3.vol.3.* reprehendens Dec.
qui in *conſ.495.n.18.* aſſeruit contrariam commu-
nem eſſe, facit etiam quod tradit Alex.*conſ.24.n.11.*
de diuiſione, in qua dictum fuerat remittentes o-
mnia iura quomodocunque & qualitercunque
17 ſibi competentia & competitura. Quarto † ius de
præſenti in ſpe, re aot de futuro, quale eſt ius accre-
ſcendi (*ſecundum Alex.conſ.21.n. 4. inſi. vol. 5. Gozad.*
conſ.75.n.11.) licet ſimplici renuntiatione tolli non
poſſit, vtpote, quod ſolius renunciantis conſenſu
munita eſt, pacto tamen quod duorum conſenſu
nititur, & maius robur habet tolli & remitti poteſt
citat etiā ſola renuntiatione parte præſente facta
tollitur, *Bart.in l.1.C.de pactis.* & ſequuntur ibidem
Alex.

Alex.n.5.Ias.n.14.Ripa. n. 12. & 13. Hubertus. Zuccard. n.132.& seq. & cum hac couclusione magis communis est sententia, teste Alex. vbi supra & Zuccardo n.134.

28 Quinto quando verba † renuntiationis in futurum concepta sunt, tollitur ius superueniens ex noua causa de futuro, dum tamen probabilis spei causa de præsenti subsit, Dec.cons.230.col.fi.& d.l.1.n.32.C.de pactis, vbi & Zuccardus n.159.Paris.cons. 69. nu. 65.& 87.vol.3.

19 Quodque verba † generalia & prægnantia ad futurum relata inducant remissionem, de qua supra tenet Dec.cons.287.n.16. & cons. 495. num. 18.& vers.non obstat.Boer.decis. 147.numero 11. Curt. Iun.d. consil.49.numero 13.& operantur remissionem iuris de futuro & ex causa. De futuro, & habet tunc renuntiatio vim specialis & expressi consensus & clausulæ derogatoriæ, ita vt saltem in genere cogitatum videatur de iure sibi competituro, vt per Curt.Iun.dict.consil.49.num.13.vbi plene iuribus & auctoritatibus hoc ipsum comprobat Dec. d. cons.
20 287.num.16.Marian.Soc.Iun.cons.136.col.fi.vol.1. Sexto si tempore diuisionis & renuntiationis vna tamen extat causa, ex qua ius de futuro superuenire potest, illud ipsum censetur remissum vt renuntiationis verba aliquid operentur, & vnica illa causa, ex qua illud ius superuenire potest, habetur pro expressa, perinde ac si nominatim specificata foret, Bart.d.§.duo fratres 6.q.vbi Alex.in addit.& probant ibi Ias.num.69.Crot.num.125. dicens opinionem Bartol.continere magnam æquitatem & humanitatem, Ripa.num.79.Alexand.cons.11.num.10.volum.2.& cons.203.num.8.volum.6.Dec.d. cons.287. col. fi.Curt.Iun.d.cons.49.num.14.Soc.cons.288. numer.35. volum.2.Paris.cons.71.n.14.volum.2.Marian.Soc.Iun.d. cons.136.n.17.volu.1.& præmissa quoque confirmat Ias.dicto.§.duo fratres à num.62. vsque ad num. 65. vbi septem fundamentis, de quibus ibi firmauit quod licet renuntiatio per verba temporis præsentis facta non porrigatur ad ius de futuro, si non extaret aliquod ius, nisi de futuro, illud remisisse renuntiantem censendum est.

21 Vtque in renuntiatione † comprehenditur ius de futuro re & spe, Dec.dict.l.prima Cod.de pact. num. 32.& quamuis Zuccardus ibi num.2. de hoc dubitare videatur & cogitandum relinquat, non tamen hæsitandum est ex mente Bartol. ibi in tertio membro suæ distinctionis, cum quo communiter transeunt doct. vt tradit ibi Curtius numer. 30. & idem ponunt Boer.decisione 147.num.15.Rum.cons.96.n. 10. vol.1.

22 Septimo † ratione iuramenti in instrumento diuisionis appositi, ius accrescendi, & de futuro remissum, sublatumque esse censendum est, eo quod iustum obligat præcise iurantem & habet vim specialis & expressæ renuntiationis atque consensus, facitque actum valere omni meliori modo, & iurans dicitur saltē in genere cogitasse de iure de futuro, & ex noua causa superuenienti, neque tunc intelligitur renuntiatio rebus sic stantibus, per ea quæ adducit Curt.Iun. d.cons.49.col.fin. Soc. Iun.d. cons.136.num.24.& seq.volum.1.Rum.cons.166.nu. 10. vol.1.qui in indiuiduo scribit, renuntiatio quæ alias non valet & ad ius de futuro non trahitur, si tamen iurata fuerit, iuratio validatur & renuntiantem à iure de futuro excludit, vt post alios tenet Ias.d.l.1.C.de pact.n.15.Ripa.num.17.Zuccard.n.139.& seq. & communiter ita teneri affirmat, facit etiam quod tenuit Rom.d.cons.22.num.2.quod licet ius de futuro renuntiatione tolli non possit, pacto tamen tollitur, vel renuntiatione iurata, Romanum seq. Ripa.d.§.duo fratres n.11.& sequitur Ant. de Petruccia in repet.l.1. in 4. affectu iur. nu. 68.ff.de iureiur.& confirmant adducta à Ripa.in l.1.n.17. Cod. de pactis quod iustum, in renuntiatione porrigitur ad futurum, & facit eam valere omni meliore modo quo potest, & quod communis est in hoc opinio.

23 Octavo quando † renuntiatio non personalis sed realis esset, vel renuntiatur omnino, idest pro omnibus seu omnium contemplatione, tunc ius accrescendi remissum dicitur, per textum & quod ibi gloss.& Bald. capitul. primo de eo qui fin. fecit agn. Aret.dict.§ duo fratres.numero 30. Ioan. Crot. num. 150. Curtius senior dicto consilio 49.numero 81. & communiter scribentes tenent secundum Alexan.d.§. duo fratres, num.6.

24 Præterea ex verbis † geminatis & prægnantibus renuntiationem omnino factam videri sentit idem Curt. num.82.circa principium, renuntiationemque geminatam vim habere renuntiationis iuratæ tradit Iason in l.1.num.15.C. de pact. Paris.cons. 69 num.78.volum.3.vbi etiam ponit sub num. 90. & sequentibus, quod renuntiatio generalis facta omnia iura comprehendit, & in rem facta dicitur, licet de aliquibus personis mentio in ea facta fuerit, vbi communiter ita teneri asserit atque præmissis etiam concordat Alex. cons.13.num.5.volum. 5.& sequitur Ripa l.1.num.14.C. de pactis, dum tenet quod si renuntiatio simpliciter facta fuerit, debet in dubio intelligi omnimodam esse & realem, & renuntians in omnem euentum excluditur, tametsi frater sine filiis moriatur, & idem probat ex Bald.in d.cap.1.de eo qui fin.fecit agn.num.2. vbi ait, quod si frater refutationem fecerit frater recipiens pro se suisque heredibus & cui ipse dederit illa verba (& cui dederit) extensiua sunt & realia, verba cui dederit & quiquid voluit seu placuerit, æquipollent Curt.sen.cons.63.num.19 præfata igitur refutatio nedum defuncta fratri prodesse debet, sed etiam his omnibus quibus vt prosit pecuniariter interest ipsius fratris præmortui, per textum & quod ibi Bart.Bald.Ang.& ceteri in l.& heredi. §. fin.ff.de de pact.

25 Et facit † in simili tex.in l.tam C.de nonnum.pec.& quod ibi Bald.Salic.& reliqui & Aret.in rubr.instit. de exceptione numero 10.Bartol.Alexand.& alii in l.cum filius familias.§.primo.ff.de verbor.obligat.quod exceptio principali competēs prodesse videtur singulari successori ab eo causam habēti, dummodo nō personalis sed realis sit exceptio, immo etiam si exceptio personalis fuerit, prodest tamen emptori cuilibet successori ab eo causam habenti, quoniam emptor vel alius successor facit sibi cedere actiones illi competens, & ab eo constituetur pro-

cur.

enrat.in rem ſuam, *l.ab Anaſtaſio & l.per diuerſas. C. mand.& quod ibi not.& firmat Aret.in rubr.inſtitut. de except.num.13.*

26 Nam propter acceptilationẽ † & aquilianam ſtipulationem præcedentem omne ius ſuperſtiti fratris competens & ſpe iuris competitnri ſublata fuit ipſoque iure extincta, nec vllo vnquam tempore impoſterum ex aliqua noua cauſa reuiuiſcere poteſt, vt conſuluit Rom. *conſi. 22.numer.3.* & ſequitur Antonius de Petruccia *in repetit. l. prima numer.68.in fine.ff.de Iur.iur.* & io ſimili caſu conſilium Neapolitanum hac eadem auctoritate fretum bis ita decidit, ſemel vt refert Capicius *deciſ. 190.& alias vt refert Grammat.deciſ.57.numer.42.* omnis enim obligatio qualiſcunque illa ſit ſiue perſonalis ſiue realis, pura, vel conditionalis tollitur & nouatur per aquilianam ſtipulatiooem & redigitur in obligatiooem verbis contractam, quæ poſtmodum acceptilatione, quæ eſt immaginaria ſolutio tollitur, & eſt remedium ſiue conſilium legale *§.item per acceptilationem. inſtitution. quibus mod. tollit.obligat.& quod ibi Aret.Spec.tit.de obligat.& ſolut. §.1.num.25.*

27 Decimo quando † in diuiſione ſibi inuicem fratres alienandi poteſtatem dediſſent ſecuta alienatione acquirens inqoietari non poteſt à fratre alienantis ſine filiis præmortui, *Bart.dict.§. duo fratres 8.quæſt.quem ſequuntur ibi poſt alios Alexand. Iaſ. Ripa & Crot.Alexand.conſil.189.numer.9.volum.ſecundo.& conſilio 8.per totum volum. 5. Ar.t.conſilio tertio,* quorum conſilia falcem ad radicem ponunt, *Curt. ſen.dicto conſil.63.numer.10.Soc.conſilio 43.numer.1.& 19.vol.4* vbi communis, & pulcre comprobat Aym. *conſ.24.n.18.& ſequen.* veram & communem opiniouem eſſe & ipſe affirmans.

28 Vndecimo confirmatur † per tex. & quod ibi Bald.& alii, *in c.vnico.§.præterea.quibus modis feud amittat.& in c.vnico in principio de alien.feud. pater. Ioan.de Anania in ſua diſputatione de alienatione feudi.par. 1.num.9.& part.2.num.25.Aret.in ſupra allegato conſilio 3.colum.2.vſque in fin.* ibi habetur qnod frater vel agnatus conſentiens fratri feudum alienanti de voluntate & conſenſu domini, oon poteſt feudum reuocare mortuo fratre alienante ſine filiis, quaſi quod videatur breui manu feudo renuntiatum in maoibus domini, etiam domino poſtea acquirenti conceſſum, frater ſi conſentiens alienationi ſua iura perdit, & aliena fortificat, & in fauorem acquireutis ius ſuum remittere cenſetur, inquiuot Bald. *d.§.præterea* & plene Aym. *in quæſt.* qua edidit ſuper ſtatuto Ferrarienſi *num. 12,*
29 impreſſa poſt tractatum de autiquit.temp. Qui conſenſus fratris oedum expreſſus ſed etiam tacitus interuenire poteſt, & idem operabitur gloſſ. *in c. Titius filius. ſi de feud.defunct. fuer.contr.& Bald.d. §.præterea.Alexand.d.conſ.189.num.14.vol.2.Dec.conſil. 186.num.8.*

30 Et ratificatio directi dominii idem operabitur, ac ſi in manibus eius refutatio facta foret, *Curt. ſen.d.conſilio 49.num.82.* licet plerique contrarium tenuerint, quod non requiratur renunciationem fieri io manibus domini, quos refert idem Curt. *dicto numer.82.in principio.* & dixit Aret. *in dict. §.duo fratres nu.29.* quod Bald. qui per illum textum *in c.1.de eo qui fin.ſec.agnat.* tenuit quod in manibus domini renuntiatio fieri debeat, deſtruit illum textum.

31 Duodecim quando † inſtrumento diuiſionis expreſſum foret, quod quilibet fratrum de portione ſibi aſſignata facere poſſit quicquid voluerit; Verbom voluerit importat liberam voluntatem, & quod alienando voluit vnus, alter non debet poſſe reuocare, alias non remaneret res libera in portione cuiuſque, prout eſt votum diuidentium. *Alexand.conſilio 62.numer. 4. volum. 7. & ſequitur Vbertinus de Corigio in repetition.dicta leg. 1. numero ſexto Codic.de pact.& in ſimili tradit Capic. deciſ. 91.* quando in renuntiatione dictum fuit quod poſſint diſponere pro ſuæ libito voluntatis & confirmat Crot. *dicto §.duo fratres ſuper octaua quæſtion.Bartol. numero 133.* vbi tenuit æquipollere hæc verba, quicquid ſibi placuerit, & conceſſit pro ſe & iis quibus concedere voluerit, vel pro iis quibus dederit, per quæ verba data eſt recipienti poteſtas alienandi, *ſecundum Angel. dicto §. duo fratres.quæſtion.penultima.Iaſon in dicta leg.fin. numer.1. Codic. iuris, emphyteut. Dec.conſilio 193. numero tertio & quinto.Cu. Inn.conſilio 4.Pariſienſ.conſ.71.nu. 44. & ſeq.vol.3.*

Non obſtaot quæ in primo & ſecundo contrario dicebantur, ſublata coim ſuot rationib. ſupra pro parte iſta adductis.

32 Non obſtant † ea quæ in tertio cootrario dicuntur, nam reſpondetur quod clauſulæ in renuntiationes quantumcunque generales reſtringuntur ad naturam contractus, & ſpecificata in eo quando ſalua ratione recti ſermonis ad ſpecificata referri poſſunt; ſecus autem quando ad ſpecificata reſtriugit, non poſſunt tunc namque ne ſint ſine virtute aliquid operandi contractum extra naturam eius extendunt, & ad non ſpecificata & non cogitata referuntur, *Bartol. d. §. duo fratres in 2. quæſt.* quem alii ibi ſeqnuntur, Iaſ. poſt alios *in l.ſi de certa C.de tranſact.Aret.in §.1.num.6.Inſtit. quib. mod. tollit.oblig.Alex.conſ.42.n.8.vol.1.& conſ.11. vol. 2.cum aliis adductis à Pariſio conſ.20.num.78. volum. primo.& conſ.39.num.27.eod.volum.* Caueant igitur renuntiantes ne effuſo ſermone vtantur, nec in promptu incidant in periculum, inquit Bald. *per illum tex.in l.fin.Cod de dot.promiſ.Boer.deciſ.147.numer.13.* Vnde Angel. *dict.l.fin.C. de dote promiſ.* ſecundum morem Peruſinum inquit, renuntiantes verba incaute non effundantur, ſicut capra pater noſtrio poſteriores.

33 Et de clauſulis † executiuis ait Curt. Iun. *conſ.3. num.3.* quod licet non mutent naturam principalis diſpoſitionis, declarant tamen qualis fuerit mens & iotentio diſponentis, & clarius Lancellotus Galiaulia *in repetit.l.Centurio numer. 390. Digeſt. de vulg. & pupill.* dicens quod quando in diſpo-

ſitione

ſitioue nullum adeſt verbum ex vi vocabuli & propria eius natura aptum comprehendere illud quod compreheudi velis, tunc clauſulæ exequutiuæ nou operantur quod comprehendantur, & ita procedi Clement. prima de præbend. Aut ſunt expreſſa verba de ſe & ex ſui natura apta illud comprehendere, tamen eſt dubium de mente diſponentis, & tunc clauſulæ executiuæ dubiam & obſcuram diſpouentis mentem declarant vt comprehendatur.

34 Non obſtat, quod † de iuramento fuit obiectum, reſponſio enim colligitur ex ſuperius allegatis, quibus adde, quod etſi concluſio multum dubia ſit, an iuramentum ſequatur naturam contractus, an vero illum extendat, vt refert Marc. Antonius Baueria *tract. de virtute iuramenti nu. 124. cum ſequen.*

Partem tamen negatiuam quod iuramentum non reguletur à natura contractus, ſed magis contractum ampliet & extendat & præciſe iurantem obliget etiam extra naturam contractus, tenet Iaſon *in l. ſi conuenerit, ff. de iuriſdiction. omnium iudic. & in l. ſi pecuniam. ff. de condit. ob cauſam & in l. ſi inſulam. ff. de verbor. obligation. Decius cap. primo de iudic. vbi late Ripa. Soc. in ſuis fallentiis in verb. iuramentum Alexand. conſ. 37. num. 75. volum. 2.* & omnes fere ſupra citati conveniunt iu hoc, quod hæc eſt magis communis opinio.

Ideirco quamuis ex partitione & diuiſione de bonis emphyteuticis facta, non eſſet ſublatum ius accreſcendi, nihilominus virtute iuramenti præter uaturam diuiſionis præciſe iurantem obligatur ad non petendum ſeu regreſſum habentem ad bona iuſſa, & inquit Bertran. *conſil. 284. in fi. volum. 3.* ex reuuntiatione verbis amplis iuramento vallatis facta renuntians abdicat à ſe o-
35 mne legis auxilium. Nō obſtat id † quod in quinto contrario dicebatur, quoniam immo clauſulæ inſtrumentorum diſponunt & operantur qui de mente contrahentium fuit, vt notatus clauſulas, quæ ſunt de ſtylo & communi conſuetudine inſtrumento exprimeret, *l. quod ſi nolit. §. aſſidua. ff. de edil. edic. Alexand. conſil. 142. numer. 12. volum. ſecundo. Decius c. cum M. Ferrarienſis de conſtitution. vbi & Ripa.*

Idem Ripa *in leg. Centurio. numer. 83. de vulgari & pupill.* & alii plures, quos refert Tiraquell. *de iure conſtituti, 3. parte limitat. 31. numer. 13.* & communem hanc partem eſſe tenet Hieronymus Grat. *reſponſo 112. colum. 3. volum. 2.* & late etiam Capit. *deciſ. 195. numer. 42.* Ex quibus adhæreo ſententiæ contra ſuperſtitem fratrem emphyteuticam domum iam diu diuiſam atque diſtractam reuocare nitentem.

SVMMARIVM.

1 *Pactum reſtitutionis pecuniarum per mortem ſocii ab homine irrogatam apponitur, ne quis vitæ illius inſidietur.*

2 *Mors quomodocunque ſuperueniat, dicitur eſſe caſus fortuitus.*

4 *Fortuiti caſus alii facto naturæ, alii facto hominis eueniunt.*

5 *Mortuus ſua morte dicitur, qui ab alio non eſt occiſus.*

6 *Mors naturalis, & præter naturam accidens æquiparantur.*

7 *Extenſio fit ad omnes caſus, qui ſub ratione expreſſa continentur.*

8 *Argumentum, à contrario ſenſu ex mente contrahentium dicitur.*

9 *Verba generalia generaliter accipiuntur, niſi relatiue ad præcedentia exprimantur.*

10 *Clauſula generalis in fine poſita reſtringitur ad præcedentia.*

11 *Etiam ſi cum ſigno vniuerſali proferantur.*

12 *Dictio alias ſignificat contrarium eius quod præcedit.*

13 *Alius, alia, aliud implicant caſum maiorem expreſſo.*

14 *Dictio alias diuerſimode exponitur.*

QVÆSTIO IIII.

CONTRACTA ſocietate † ſuper officio militiæ inſtrumento cautum eſt, quod ſi pecunias in ſocietate ponens decederet morte naturali, officialis pecunias ipſas lucri faceret, ſin autem obiret mortem violentam cauſatam ab homine, ferro, veneno, vel aliter quomodolibet violenter contingentem, officialis pecunias reſtituere teneatur. Cum ſocius æſtiuo tempore ſe in flumine lauaret, in gurgitem incidens aquis ſubmerſus eſt quæritur an reſtitutioni, vel retentioni pecuniarum locus ſit.

Prępoſitæ quæſtioni ſatisfaciendo præmittendum eſt, quod finalis ratio reſtitutionis pecuniarum per mortem ab homine irrogatam, eſt, ne quis inſidietur vitæ ſocietatem ineuntis, & ad tollendum votum captandæ mortis alienæ, *argumento leg. in fundo ff. de rei vendication. l. prima Cod. de pact.* & dixit Geminianus *in cap. ſuſceptum numer. 5. in fin. de reſcript.* quod ex eo textu inoluit ſtylus Curiæ, quod in mandato de prouidendo de beneficio alicuius viuentis, ſcribi ſolet, quod conferatur, cum vacabit alias, quam per mortem, & eſt boua, inquit prouiſio contra mortem violenter cauſatam, ne conſpiretur in mortem reſignare nolentis.

Rurſus prætermitto, quod mors qualitercumque eueniat naturaliter, ſiue violenter, dicitur eſſe caſus fortuitus, *leg. fin. in principio Codic. de iur. dotal.* qui textus eſt ſingularis ad hoc, vt notant ibi Bald. & Alberic. Angel. *in leg. interdum in fin. Digeſtis de iudiciis.* Idem Alberic. *in proœmio Codicis numer. 19. notatur capitulo Ioannes, & c. fin. de homicidio vbi Canoniſta.*

3 Caſuum vero fortuitorum † alii facto naturæ, alii facto hominis eueniunt, facto naturæ, vt vis ventorū, grandinū, Naufragiū, Impetus fluminis, terræ motus, & iis ſimiles, facto hominis veluti in curſus

cursus hostium, violentia latronum, vis exercitus,
& cæteri huiusmodi, qui humano opere accidunt,
Salic. in l. quæ fortuitis n. 5. & 6. c. de pign. act. & melius
ad terminos, de quibus agit Ioannes de Anania *in*
c. si. n. 4. & sequen. de homicid. & in casum mortis di-
stinguit factum naturæ à facto hominis, Bald. per
illum textum iuncta glossa *in l. inde Neratius. §. idem*
Iulianus ff. ad l. Aquiliam. His sic præmissis responde-
tur, quod lucratus est officialis pecunias in socie-
tate positas per submersionem socii fortuito oc-
currentem.

4 Primo quia mortuus † sua morte dicitur, qui ab
alio non est occisus, *gl. in l. quæ sub conditione §. quo-*
ties. in verbo defectus ff. de condit. instit. Bald. per illam gl.
in c. 1. quibus modis feudum amittatur, & facit tex. in l. 1.
§. occisorum. ff. ad Syllanianum. vbi dicitur, quod vio-
lenta morte perempti dicuntur, qui per vim, aut
cædem interfecti sunt, vt puta iugulatum, stran-
gulatum, præcipitatum saxo, fuste, vel lapide per-
cussum, vel quo alio telo necatum, ex quo textu
colligitur, quod, qui facto hominis mortem sub-
eunt, ii violenter mori dicuntur, quod hic non e-
uenit, ergo violenta morte non periit.

5 Secũdo, mors † naturalis, & fortuito præter na-
turam accidens æquiparantur, & idem de vtraque
iudicatur, *Bald. in l. 1. C. de iis qui ante apertas tabulas,*
probat ibi Barbat. *in addit.* at hic socius fortuito
præternaturam obiit, ergo perinde est, ac si morte
naturali decesserit.

6 Tertio esto, quod † mors violẽta appellari pos-
set, hæc aquarum fortuita suffucatio, nihilominus
idem, quod supra respondendum est. Quoniam
vbicunque ratio expressa est, vel pro expressa ha-
betur, quia vnica tantum adduci potest, de casu
expresso fit extensio ad omnes casus, qui sub rati-
one comprehendi possunt, immo non extensio,
sed vnius intensio, & interpretatio comprehensi-
ua nominatur, sicuti genus suas species compre-
hendit, *l. ius solis. C. de reuocat. donat. Bald. in auth. quas*
actiones. C. de sacr. sanct. eccles. quem Ias. & alii ibi se-
quũtur, Alex. cons. 32. n. 5. vol. 7. Paris. cons. 26. n. 24. vol. 3.
Curt. Sen. cons. 9. n. 19. Rimmal. cons. 314. vol. 2.

Cum autem in casum mortis violentæ absque
facto hominis euenientis, esset suspitio insidia-
rum, & conspirationis in vitam, societatem ineũ-
tis, ergo de morte naturali ad mortem etiam vio-
lentam, quæ sine facto hominis accidit, extensio
fieri debet, vt pacto lucratiuo locus fiat ad fauo-
rem officialis.

7 Quarto pactũ † restitutionis pecuniarum ap-
positum est, super morte violenta ab homine cau-
sata, ergo à contrario sensu locus est retentioni
per mortem, tametsi violentam ab homine non
causatam, quod sane argumentum dicitur esse ne-
cessarium ex natura verborum limitatorum, alio-
quin limitatio nihil operatur, *Bald. in l. obseruare. §.*
proficisci u. 1. de offi. proconsulis, & legati Ias. & Aret. in l.
si ita quis. ff. de vulg. & pupill. Gozad. cons. 81. n. 7. omnes
8 ita tenere affirmantes. Et id, quod venit à con-
trario sensu dicitur ex mente contrahentium ex-
pressum, *gloss. in l. qui testamento §. mulier ff. de testa-*
mentis, vbi Bald. & Paul. de Cast. idem Bald. *in l. con-*
uenticulam C. de Episcopis, & cler. Bart. in l. omnes popul.
penult. col. ff. de Iust. & Iur. Aym. de antiquit. tempor. par.
1. vers. ampliatur. n. 37. & sequent. Non obstant in-
strumenti verba, dum ibi formaliter dicitur, sin
autem pecunias in societate ponens obiret mor-
tem violentam causatam ab homine ferro, vene-
no vel alias quomodolibet violenter contingen-
tem, pecunias officialis restituere teneatur. Nam
verba illa, vel alias quomodolibet violenter con-
tingentem, in quibus tota difficultas consistere
videtur, tametsi verba generalia sint, non tamen
generaliter sunt interpretanda, vt omnis mors vi-
olenta comprehendatur ad restitutionem pecu-
9 niarum in societate expensarum. Ad cuius † in-
telligentiam præmittendum est, quod aliquando
verba generalia simpliciter, seu de parte proferun-
tur, & tunc generaliter intelliguntur, aliud vero si
ponuntur relatiue ad præcedentia, quia tunc à
præcedentibus determinantur, & restringuntur,
& ratione præcedentium restrictiua, *Bald. in l. 1. in*
princip. C. de liber. præter. & alii ibi sequuntur, & idcir-
10 eo dicitur, quod clausula generalis in fine posita,
post casuum specialium enumerationem restrin-
gitur ad alios eiusdem speciei, casus, vt eos tantum
comprehendat, non autem eos, qui alterius sunt
speciei, vel qualitatis, *l. si de certa C. de transact. l. fi. §.*
cum dulcia ff. de tritico, vino, oleoq. leg. l. quæsitum. §. fi. de
fundo instruct. & vtrobique scribentes, Euerard. *in*
centuria locorum legalium, loco à generalitate, vers. 3. v-
bi pulchre scribit, & habetur *in c. sedes, vbi casus de*
11 *rescript. & ibi Canonistæ.* Et plenissime † Felyn. qui
sub *n. 5. vers. quarta declaratio* declarat hoc procede-
re, nedum quando clausula generalis indefinite
prolata est post speciem, sed etiam quando cum si-
gno vniuersali profertur, vt si dictum sit, & quos-
cunque alios, vel quauis alia, vel omnia, & simi-
lia, adhuc casus similes tantum expressis veniunt
non maiores, idemque optime confirmat Card. *in*
clement. 1. §. ad hoc n. 2. per illum textum. cum gl. de præ-
ben. & dignit. in verbo, & quamuis aliam dispositionem,
vbi inquit, quod comprænhenduntur alia, quam
expressa, si modo sunt eiusdem generis, vel condi-
ctionis, non autem si sunt alterius, seu separati ge-
neris, & Immol. quoque vbi probat, & tenet Ias. *in*
l. si vnus n. 10. ff. de pact. Alex. cons. 12. num. 13. vol. 2. Dec.
cons. 492. n. 18. Calcan. cons. n. 9. Ex quibus infertur,
quod hęc verba (*vel alias quomodolibet violenter con-*
tingentem) comprehendunt alios casus similes ex-
pressis, sed in præcedentibus in pacto restitutio-
nis pecuniarum expressi sunt casus mortis violen-
tæ facto hominis illatæ, ergo in generalitate ver-
borum subsequentium comprehenduntur alii
casus violentæ mortis facto hominis prouenien-
tes, non ii, qui absque facto hominis violenter su-
perueniunt, *Felyn. c. in nostra, num. 37. de rescript.* vbi
quod si impetratur beneficiũ vacaturũ per mor-
tem Titii, vel alio quovis modo, non includitur
vacatio per mortem in personam alterius, quam
Titii, & quatenus clausula generalis ampliat, &
comprehendit casus maiores expressis limitatur
procedere circa id, quod rationabiliter potest sub
genere comprehendi, & cui causa finalis non re-

pugnat

pugnat *Bald.in l.si de certa n.1.& l.pactum. quæst. 14.
& 15.C.de collat.* at vero in morte violenta ab homi-
ne non causata, cessit ratio conspirationis, & insi-
diarum, ergo appellatione mortis violentæ ab ho-
mine causatæ rationabiliter non continetur mors
violenta ab homine non causata in generalitate
12 verborum subsequentium. Non obstat † insuper
quod dictio alias significat contrarium eius quod
supra fuit expressum *l.alias, & ibi gloss. 1. ff.de iur.eiur.*
13 *Corn.cons.295.n.2.vol.*1.quemadmodum † etiam di-
citur de dictione, alius, alia, aliud, qui implicant
casum maiorem expressis & alterius qualitatibus,
& generis, *Alex.cons.30.n.14.vol.5.Gozad.cons.14.nu.*
14 *22.Aym.cons.294.n.3.vol.2.* Respondetur, quod † di-
ctio alias, diuersimode exponitur secundum na-
turam, orationis, in qua ponitur & ideo aliquan-
do dictio alias exponitur, id est, aliter vel alio mo-
do, *l.denique §.vtrum.ff.de pec.leg.l.1.§. illud. ff. de aqua
quotidiana & æstiua*, vel exponitur *alias*, id est, alio
casu, *l.qui testam.§.mulier.ff.de testam.l.alias.iuncta gl.
ff.de in litem iuran.Bar.in l.1.n.12.ff.de cond. & demon-
strat.* ergo dictio *alias* operatur diuersimode secũ-
dum subiectam materiam, quæ hic vt ex præmissis
apparet repugnat intelligentiæ, quam pars adver-
sa deducit. Quare respondendum esse censeo ad
fauorem equitis, super cuius officio inita fuit so-
cietas, & ipse iure retineat atque lucratus sit scuta
ducentum in societate posita per submersionem
socii præmissa.

SVMMARIA.

1 *Pœna mortis an tollat pœnam in futuro pro peccatis sustinendam.*

2 *Mors est pœna peccati originalis primorum parentum.*

QVÆSTIO V.

HVuius flebilis mortis casus occasionem præ-
bet de morte differendi, vt Christiani fideles
pericula mortis sæpius animo voluentes ad mortẽ
salutarem secure perueniant. Quæritur ergo, an
1 mortis † pœna minuat, tollatue pœnam pro pecca-
tis in futuro debitam. Respondetur, si mors vio-
lenta iuste reo per iudicem inflicta est, de se non
satisfacit pœnæ pro peccatis actualibus patienti
debitæ, nisi concurrat magna contritio, magnaq;
patientia morituri, vt de latrone cum Christo cru-
cifixo, legimus, quia tunc satisfacit, & in gratia
moritur. Mors autem violenta, ab homine iniuste
illata, si patienter sustineatur multum satisfacit, li-
cet non semper ex toto, sed secundum quantitatẽ
culpæ, & patientiæ, & contritionis.

Mors vero naturalis non sufficit ad remissionẽ pœnæ peccatorum actualium: sed tantum venialium, & forte pro magna parte pœnæ debitæ pro mortalibus dimissis, satisfacit si morbo sit voluntarie accepta, quæ etsi necessaria sit, potest tamen id, quod est necessaria, voluntarie acceptari. *S.Thomas 2.2.q.25.art.6.ad 2.& q 154.art.1.ad 6.S.Bonauent. in 2.dist.36.art.1.q.2.in resolutione Scot.in 4.dist.21.q.1. in finalibus verbis.*

Mors ergo, vtcunque veniat, patienter susti-
nenda est, Quoniam à Deo est, vt iusta pœna pec-
cati originalis. *Diuus Thomas 1.2.q.85.art.5.& q.94.*
2 *art.5.ad* 2. Nec iniusto Dei iudicio tribuatur, si ser-
ui illius quandoque varios mortis casus incurrãt,
quoniam teste Augustino mala mors dicenda non
est, quam vita bona præcessit, Dominus namq; Ie-
sus seruos suos atroces mortis casus, quandoq; su-
stinere sinit, volens illos ad plenũ purgare, ne pur-
gatorium habeant intrare, propterea idem Augu-
stinus sic orabat, domine hic vre, hic seca, vt in fu-
turo pareas. Plura ad hoc comprobandum adducit
exempla Beatus Antoninus *part.1.tit.5.c.1.§.5.*

SVMMARIA.

1 *Indictionis omissio vitiat instrumentum.*

2 *Indictio si ab annis domini discordat instrumentum de falso suspectum redditur.*

3 *Romani ab indictione annos computabant, hebræi à diluuio, græci vero à ludo Herculeo.*

4 *Indictio est tempus tria lustra complectens dicta ab indico seu præcipio.*

5 *Indictio est etiam collecta à principe ordinarie indicta.*

6 *Singulo lustro tributarii quid populo Romano offerrent.*

7 *Romanorum Imperator triplici corona insignitur, ferrea, argentea, & aurea.*

8 *Calculus indictionis quo ordine fiat.*

9 *Saluatoris ortus fuit anno tertio indictionis tunc currentis.*

QVÆSTIO VI.

1 FRequens est indictionum vsus, & eius omissio
vitiat instrumentum, *Bar. & alii in l admonendi
ff.de iure iur.Rom.cons.235.in fi.Alex.cons.66.vol.*1. Etsi
2 indictio † cum annis domini discordat, suspitionis
falsitatis notam euadere instrumẽta non possent,
licet in indictione præsumatur error, vbi annorũ
domini adsit certitudo, si vero eorũ subsit incerti-
tudo, indictionis dubitatio omnino vitiat instru-
mentum, *Bart. in l.si librarius, ff.de reg.iur.Bald.in l. 1.
C.de Iustin.Cod. confirman.Fel.in c. inter dilectos. de fid.*
3 *instrum.* priscis quippe temporibus Romani † ante
Christi saluatoris ortum ab indictione annos cõ-
putare cõsueuerunt, hebræi à diluuio, græci autem
à ludo Herculeo, qui in monte olympo per singu-
la quadriennia celebrari solebat, *gl.rubrica in fi.C.de
indict.lib.10.* Quonam pacto calculus annorum à
græcis, hebræisque fieret, cum non sit præsentis
speculationis prætereundum esse decreui, sed ad
terminos quæstionis propositæ propius accedens
4 sciendum est, Indictionem † esse spatium temporis
tria lustra concludens: dicta ab eo, quod est indico
seu nuntio, propterea, quod singulo lustro vni-
verso terrarum orbi tributa à populo Romano,
nuntiari seu præconicari solebant, *l.1.in fi.vbi not.C.
de Iustin.Cod.confir.auct.vt præponat nomen imperat. in
princ.vbi gl.& in c.inter dilectos de fid.instrum.* Vel se-
cundum alios non tantum præconizari sed præci-
pi, vt Romam tributa soluturi conuenirent *Specul.
tit.de instrum.edit.§.1.vers.post annos.*
5 Hinc collecta † quæ à principe extraordinarie
indicitur, super indictum ab initio nuncupatur,
postea vero quam in ordinarium conuersa, de tẽ-
pore in tempus soluitur, indictum seu indictio ap-

pellatur, à qua nemo quãuis priuilegiſtus exiſtat,
immunis eſt, *l. omnes. C. de indict. lib. 10. l. placet. C. de*
6 *ſacroſ. eccl.* Primo igitur † luſtro ferrum tributarii
offerebant, vt inde inſtrumẽta bellica ad vſum rei
militaris conſtruerentur, argentum ſecundo lu-
ſtro conferebant, vt militibus ſtipendia in premi-
um laborum, ac virtutis eorum elargiri poſſent,
Tertio aurum quod ærario conditum ſeruabant,
vt ſuadente aliqua neceſſitate in vſum cadentis
Reipublicæ profuſius expendere poſſent, *gl. in d. l.*
1. in fi. C. de Iuſt. Cod. confir. cum aliis ſup. allegatis, vel vt
inde Deorum ſimulacra conflarent, *Spec. loco. ſupra*
7 *proxime citato.* nunc vero Romani Imperatores †
triplici corona, non ſine myſterio inſigniri ſolent.
Prima namque ferrea in Aquilgrana Germaniæ
ciuitate à Colonięſe Archiepiſcopo donatur. Fer-
rum præ ſe fert fortitudinem Imperantis, qua ho-
ſtes rebelles ac infideles expugnare conculcareq;
poſſit. Secundam argenteam dum Italiam ingre-
ditur, in ciuitate Mediolani Archiepiſcopus eiuſ-
dem capiti eius ſuperimponit, ſignificatque argẽ-
tum animi candorem, puritatemque, qua princi-
pem prę cæteris omnibus, fulgere decet. Poſtremo
à Romano pontifice, aurea corona decorari ſolet,
aurum vero ſicut omne metalli genus excellit, ita
imperatorem hortatur, vt reliquos totius orbis
principes iuſtitia, aliiſque virtutib. præcellat, *Cle-*
ment. Romani §. porro vbi gl. de iureiur. & priuſquam
triplici hac corona fuerit inſignitus, non iure im-
perator, ſed Romanorum Rex nominari debet, *c.*
venerabilem de elect. & elect. poteſt. Bar. in proemio ff. vet.
8 *in fi.* Sed ad rem † redeundo calculi indictionis ex-
emplum ſubiiciam: anni domini modo ſunt ab v-
tero virginali 1560. qui numerus annorum diui-
datur per quindecium numerum, & annis, qui vl-
tra quindenum numerum ſuperſunt alii anni tres
ſuperaddantur, & quot illi, tot indictiones ſunt,
primus namque annus prima eſt indictio, & ſic de
ſingulis, vſque ad decimam quintã incluſiue pro-
cedatur, poſtquã ad primam tamquam ad circu-
lum redeundo præterita & futura conſpicere po-
terimus, etſi quiſpiam iure cupiat, quot indictio-
nes, ſeu quindena temporis curricula à partu vir-
ginis huc vſque effluxerint, ex fida calculatione
9 facile id elici poterit. Calculatore prius † monito
ſaluatoris ortũ anno tertio indictionis tunc cur-
rentis extitiſſe, quemadmodum ex iis quæ ſupra
allegata ſunt liquet, & pręcipue ex gloſſa *in d. c. inter*
dilectos in verbo, indictionis, in fine, de fide inſtrum.

SVMMARIA.

1 *Tributum gabellam vel collectam fraudans peccat.*
2 *Gabellas exigentes abſque licentia principis rapinam committunt.*
3 *Exigentes à ſubditis indebita ſeruitia tenentur ad reſtitutionem.*
4 *Fraudans iniuſtam gabellam non peccat.*

QVÆSTIO VII.

INdictionis vſum adinuentum eſſe, vt ſingulo
luſtro tributa principi ſoluerentur præmiſſum
1 eſt, at vero in foro conſcientiæ † notandũ eſt, quod
tributum in ſignum ſubiectionis principi debitũ
illi ſoluendum eſt, atque fraudans, vel occultans
tributi ſolutionem mortaliter peccat, ad reſtituti-
onemque tenetur. Itidem non ſoluens Gabellam
vel collectã iuſte impoſitam à principe vel à com-
munitate ad id auctoritatem habente, pro expen-
ſis ſibi occurrẽtibus, peccat, & furtum commit-
tit, ob idque ad reſtitutionẽ tenetur, & inſuper pe-
nitentiam agere debet de peccato atque de men-
daciis ac periuriis à fraudatore commiſſis, quod i-
pſum probatur ea verbis domini dicentis: reddite
quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Et Pauli qui ait: neceſſi-
tate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram ſed et-
iam propter conſcientiam. Ideo enim, & tributa
præſtatis. Miniſtri enim Dei ſunt, reddite ergo o-
mnibus debita cui tributum, tributum, cui vecti-
gal vectigal. Et confirmant præmiſſa B. Antoni-
nus. *par. 2. tit. 1. c. 12. & 13. §. 8.* atque Silueſter in ſum-
ma, qui ambo fuiſſe admodum ſcribunt auctori-
tateſque ad hoc comprobandum adducunt. Exi-
2 gentes vero pedagia ſiue gabellas à Viatoribus vel
mercatoribus pro perſonis ipſorũ, vel rebus, quas
ad proprium deferunt vſum mortaliter peccant &
rapinam committunt, niſi cum licentia principis
3 id faciant. Atque etiam exigentes à ſubditis ſerui-
tia indebita in perſonis vel rebus, compellentes
eos ad operas perſonales, vel ad vecturas animali-
um, vel ad alia huiuſmodi, rapinam committunt
4 & ad reſtitutionem tenentur. Propterea, qui exa-
ctiones huiuſmodi iniuſtas fraudat vel occultat,
non peccat, modo abſtineat à mendaciis atq; per-
iuriis, at ſi mentitur, peccat quidem ſed venialiter,
ſi addit iuramentum, peccat mortaliter. Neutro
tamen caſu tenetur ad reſtitutionem, quia non
ſubtrahit alienum, ſed magis ſaluat quod eſt ſuũ,
Gabriel in 4. diſtin. 15. q. 5. art. 2. conc. 7. poſt S. Thomam
2. 2. quæſt. 66. art. 8. S. Antonius loco proxime citato, & a-
lii ſequuntur. Et hæc quoad laicos, quo vero ad cle-
ricos à perſonis eccleſiaſticis pro rebus ſuis quas
defferunt nihil exigi poteſt, niſi cauſa negotiatio-
nis merces traducant. Quamquam de cenſibus in
ſeato, vbi caſus, & ſi ſubterfugiunt, vt non ſoluant
non peccant. Vt S. Antonius præcitatus vna cum
aliis allegatis confirmant. Poſtremo ſciendum eſt
quod tributum ſeu gabella ſoluturus nõ tenetur
publicanum requirere & illi ſe vltro offerre, ſed ad
requiſitionem exactoris ſoluere debet, alioqui nõ
requiſitus non tenetur in conſcientia. *Sotus de iuſt.*
& iur. lib. 3. in fin. & lib. 4. art. 4. verſ. perſpiciendum.

SVMMARIA.

1 *In emphyteuſim locatio dicitur eſſe alienatio.*
2 *Quæ ex cauſa neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis ſuſtinetur non alias.*
3 *Eccleſiæ vtilitas, alias quam per confeſſionem prælati atq; capituli apparere debet.*
4 *Contractus tempus attenditur, vt is vtilis vel damnoſus iudicetur.*
5 *Tractatus Monacorum vocalium adeſſe debet.*
6 *De cauſa cognitione fieri debet ſcriptura ſeparata ab eo quod authoratur.*
7 *Res ſterilis eccleſiæ in emphyteuſim concedi poteſt abſque*

absque solemnitatibus de iure requisitis.

8 *Quod procedit in rebus parui valoris, vel in bonis existentibus in partibus ab ecclesia remotis.*

9 *Res parui vel magni valoris arbitrio iudicis æstimatur.*

10 *Concessio in emphyteusim iure procedit quando fit diminuta solita pensionis sexta parte.*

11 *Dummodo præcedat legitima causa sic contrahendi.*

12 *Quod de consuetudine non seruatur secundum aliquos.*

QVÆSTIO VIII.

1 IN emphyteusin de nouo concessio dicitur alienatio. *c. nulli, & c. ad audientiam de reb. eccl. non a-*
2 *lien. Spec. tit. de locato §. sequitur n. 8.* Idcirco necesse est, quod interueniat veritas causæ & solennitas formæ, vt alienatio robur consequatur, & veritas causæ adesse dicitur, vbi causa necessitatis, vel euidentis vtilitatis concurrit, alioquin expressim à canone prohibetur, *c. sine exceptione 12 q. 2. auth. hoc ius porrectum C. de sacrosf eccl. Feder. de Senis. cons. 142. n. 3. Alex. con. 9. n. 1. vol. 3. Dec. con. 142. n. 4. & in auth. qui rē*
3 *n. 19. C. de sacrosf. eccl.* Immo non sufficit quod ecclesia in instrumento concessionis in emphyteusim confessa fuerit contractū cedere in eius euidētem vtilitatē, quantum aliunde q̃ per assertionem atq; confessionē prælati & capituli constare debet de ecclesiæ vtilitate, cuius confessio ecclesiæ præiudiciū afferre non potest, nisi de veritate confessionis aliter appareret, *clem. 1. de reb. eccl, non alien. d. auth. hoc ius porrectum, iunctis vtrobiq; notatis. Fabia. de Monte. tr. de empt. & vend. 5. q. principaliter n. 113. Dec. cons. 142. n. 6. Rebuff. in compendio alienationis rerum ecclesia n. 9. & seq. & communiter recipitur secundum Fab. de Monte v-*
4 *bi supra.* Et ad iudicandum vtilem ecclesiæ contractum, vel non, tempus contractus inspicimus, secundum quod damnum vel vtilitas ecclesiæ perpendi debet, per ea quæ habentur per Guid. pap. *dec. 157 Paris. cons. 42. nu. 7. vol. 4. Aym. cons. 114. nu. 16. & cons. 188. vol. 1.*

5 Rursus† solennitas formæ debet interuenire, nē pe tractatus monachorum vocalium ecclesiæ collegiatæ, de quo quidē tractatu instrumentū separatū ab ipso alienationis instrumento fieri debet, cū temporis interpositione, vt maturius causa cognita alienatio facta esse dicatur: Nā si simul & semel fiat tractatus de alienādo ipsaq; alienatio, absque causæ cognitione ob temporis breuitatē processisse dicitur, neque creditur Noc. asserenti causę cognitionem adhibitam esse, *Paul. de Cast. cons. 38. per totum vol. 2. Alex. cons. 17. n. 6. vol. 4. Rum. cons. 49. n. 3. vol. 5. Paris. cons. 36. n. 9. vol. 4. Rolan. à Valle cons. 15. nu. 10. cum pluribus seq. vol. 1. Grammat. decis. 79. per totum.*

6 Quodq; de causæ† cognitione, & debita inuestigatione debeat scriptura fieri diuersa ab eo quod auctoratur præter supra relatos firmant Fel. *in c. ecclesia S. Mariæ. n. 17. de const* Soc. *cons. 52. n. 5. vol. 4.* Benintend. de Cæsena *decis. 2. vbi late.* Præmissa † vero
7 limitantur nisi res sterilis sit, nam ecclesiæ res sterilis, & inculta in emphyteusim concedi potest ēt perpetuam, vt ad culturam expensis & opera conductoris reducatur fauore inculta bona cultiuantium, in quibus speciale est, eis alienationem in emphyteusim concedi posse, id ipsumq; vtile ecclesiæ esse dicitur, tum propter annuā pensionem, tum etiam quia propter canonem non solutū vel linea conductoris finita potest ad ecclesiam reuerti, Quemadmodum Canonistæ inferius allegandi tenēt, quodq; res sterilis ecclesiæ possit in emphyteusim concedi, neque in damnum ecclesiæ cedere dicatur, *est tex. in c. ad aures. de reb. eccl non alien.* vbi hoc comprobat, Butr. Abb. Ioan. de Ana. Imol. & Andr. Barb. Spec. *tit. de locato n. 8 in fi. & n. 9. auth. si quas Ruinas C. eod.* iunctis ibi per scribentes notatis, & nuncupatim firmat Bart. *in l. quicumq; C. de omni agro deserto lib.* 11. Aug. Bero. *in c. in præsētia n. 379 de prob.* communiter ita teneri affirmans. Nec obstat, si dicatur rē sterilem ecclesiæ posse in emphyteusim concedi de consilio & assensu prælati, atq; capituli, & solemnitatib. adhibitis, q̃ in alienationib. rerū ecclesiæ requirūtur, ꝓut expressa volunt
8 Canonistæ *in d. c. ad aures.* Respōde obiectionem † non ꝓcedere in reb. paruis, seu parui valoris; vel ēt secus in bonis existentib. in partib. remotis ab ecclesia, ita vt ea commode meliorare, vel custodire non valeat, *c. terrulas 12. quæst. 2. iuncta gloss. & his quæ ibi scribunt Archidiac. & Ioan. de Turre cremata c. 1. & 2. de his q̃ fiunt à prælat. sine consens. capituli,* & sequuntur post gl. ibidē Canonistæ tenētes tunc tacitū ecclesiæ seu capituli cōsensum sufficere & solemnitates alias requisitas nō esse de necessitate adhibēdas in huiusmodi, & cōprobat Ang. *in auct. de alien. & emphyt. §. hoc etiā n. 19. Anchar. cons. 122. nu. 2. Dec. cons. 142*
9 *n. 5.* Et res † magni vel parui valoris arbitrio boni viri æstimatur cōsiderando facultates ecclesiæ cōcedentis, qualitatem bonorū, & patriæ consuetudinem, *secundum gl. in d. c. terrulas,* & expressius post Host. sequūtur ibi Archid. & Ioan. à Turre cremata, Imol. *d. c. 1. de his quæ fiunt à prælato sine consensu Capituli n. 12. Anch. d. cons. 122. n. 2. Fed. de Sen. cons. 52. Fab. de Monte d. tract de empt. & vend. 5. q. principali n. 115. in*
10 *fi.* Res vero† ecclesiæ alias fructuosæ possunt concedi in emphyteusim facta solitæ pensionis diminutione in sexta parte eius, quod ex locationib. antea percipiebat ecclesia & contractus in ecclesiæ vtilitatē cedere dicitur, eo quod conducēs in emphyteusim substinet periculū & detrimentū, sterilitatem, aliorūque casuū fortuitorū in fructib. occurrētium, & onerū quoq; reb. ipsis indictorū, q̃ pericula, detrimenta, & onera ad ecclesiā prius spectabant, ꝓpterea res antea ad afflictū locari solita potest in emphyteusim cōcedi ꝓ diminuta pensione in sexta parte & contractus ecclesiæ vtilis cēsendus est, *auth. perpetua. C. de sacrosf. eccl. q̃ Canonizata est, in c hoc ius porrectum §. perpetua 10. q. 2. Anch. d. cons. 122. in prin.*
11 *Corn. cons. 181. n 34. vol. 2.* Verū hoc† ꝓcedere declaratur quando p̃cedit causa sic contrahendi, alioqn nulla p̃cedente causa nō potest in emphyteusim cōcessio fieri sub annua pēsione seu afficta, qui antea erat in redditu ecclesiæ cū diminutione sextæ partis, q̃a tunc ecclesia lædi diceretur ꝓpter præiudiciū alienationis vtilis dominii, *Archid. in c Apostolicos n. 2. 12. q. 2. Bar. in d. Auct. perpetua. n. 4. Bal. ibidem n. 1. & notabiliter Aut. de Butr. in c. in præsentia nu. 13. de prob. Alex. cons. 9 n. 11. vol. 2. Dec. cons. 142. nu. 5. de Butrio mentionem non faciens.*

12 Non obſtat † quod diſpoſitio *d. auct. perpetua C. de ſacroſ. eccl.* non procedat, de conſuetudine, vt voluit Odofr. *ibidem n. 1. Spec. d. §. nunc aliqua. verſ. 6 quaeritur, Alex. conſ. 79. n. 6. vol. 1.* cum etenim auct. prçterea canonizata ſit canoni ſtarem ipſumq; ſequcodũ eſſe putarem quicquid Odofredus, & alii præcitati dicant, & hæc ſufficiant.

SVMMARIA.

1 Contrahens cum eccleſia ſine ſolennitatibus incurrit pœnas.

2 Secus in foro conſcientia quando ceſſat fraus.

QVÆSTIO XI.

1 NOn tamen omittendum eſt, quod qui cum † eccleſia contrahit cautus eſſe debet, ne ſolemnitates requiſitas omittat, alioqui cõtractus annullatur, res eccleſiæ reſtituitur, & precium ſolutũ ab ea non repetitur. *cap. ſi quis presbyterorum de reb. eccl. alien. extrauagant. ambitioſe eod. tit. Hoſt. vbi ſupra § & quæ ſit pœna.* Nota tamen, quod etſi in foro exte-
2 riori, contractu reſciſſo prætium amittatur, nihilominus contractus † nullus ex defectu ſolemnitatis de iure requiſitæ ſuſtinetur in foro cõſcientiç, & ad illius obſeruationem tenentur contrahentes, quando deeſt deceptio, & ſubeſt legitima contrahendi cauſa. Adinuentæ ſunt enim ſolemnitates ad euitandas fraudes, cum autem certũ ſit nullam extare fraudem, curandum non eſt de defect. ſolemnitatum in foro animæ. *Abb. in cap. quia p . . . que de immunitate eccleſiarum. n. 31.* poſt Butrium, & alios ibi relatos, & probat Felynus *in c. canonum ſtatuta n. 48. & 49. de conſtitut.* Præterea quando præcium conuerſum eſt in vtilitatem eccleſiæ, præcium repeti in foro conſcientiæ poteſt, vt ponit Angelica *in verbo alienatio n. 14.* Confirmatque ibidem Vngarellus in additione & reliqui ſumiſtæ probant.

SVMMARIA.

1 Spurii à patre de iure canonico ſunt alendi.

2 Idque ſeruandum eſt, nedum in terris eccleſiæ ſed etiã in terris Imperii.

3 Spuriis in vita, & poſt mortem eorum filiis ipſorum alimenta relinqui poſſunt.

4 Patris heredes ad alimenta ſpurii tenentur, non obſtãte patris prohibitione.

5 Pater & auus paternus ad alimenta ſpurii tenentur.

6 Pater filiabus ſpuriis alimenta, vel dotem relinquere poteſt in vita atque in morte.

7 Dos, legatum, atque donatio ſpurii, non excedat rationabiliter alimentorum quantitatem.

8 In taxatione alimentorum conſideratur patris conſuetudo & qualitas eius cui alimenta aſſignantur.

9 Conſideratur & quantitas redditũum ex bonis de quibus alimenta debentur.

10 Conſideratur etiam an ſpurius induſtria ſua victum ſibi quærere poßit.

11 Spurius ſi habet artem non eſt alendus, niſi ſit nobilis.

12 Spurius qui habet artem non eſt alendus, conſiderati tamen conſiderandis arbitrio boni viri.

QVÆSTIO X.

1 PAternæ † pietatis eſt, & officii, nedum filios legitimos & naturales ſed etiam ſpurios ex quouis damnato coitu procreatos alere, quicquid lex ciuilis io contrariũ ſtatuerit, quæ in deteſtationem huius criminis, prohibuit ſic genitos nutriri, ab ipſorum parentibus, quod vtique æquitas canonica nõ admiſit, naturalem rationem ſequuta, cum ex inſtinctu naturæ procedat filiorum educatio. Idcirco ius naturale ciuili anteponẽdum eſſe, lex canonica decreuit *c. cum haberet in fi. de eo qui dux. in matrimonium quam polluit per adult. c. per venerabilem in finalib. verbu qui filii ſint legitimi. auct. ex complexu C. de Inceſt. nupt. auct. licet C. de natural. liber.* & vtrobique confirmant, iuris Canonici atque ciuilis interpretes. Et huius naturalis inſtinctus ratio motiua eſt ſanguinis affectio, cum ex æquitate, ſanguiniſque caritate hæc res deſcendat, inquit tex. *in l. ſi quis à liberis §. vtrum ff. de lib. agnoſc.* Et
2 ideo quia ex † caritate ſanguiniſque affectione hçc naturalis æquitas deſcendit, vbique locorum ſeruanda eſt, ita equidem, vt non ſolum in terris eccleſiæ in quibus ius canonicum potiſſime præualet, ſed etiam in terris imperii ſuum ſortitur effectum, quemadmodum tenent multi, quos adducit Dec. *in c. clerici. n. 2. de iudicin, Capic. deciſ. 164. vbi late Marian. Soc Iun. conſ. 130. n. 3. vol. 2.* & concordant alii citati, in addit. ad Alex. *conſ. 74.* & eſt commu-
3 nis ſecundum eos opinio. Et hac naturali ratione moti inquiunt ſcribentes, quod filio ſpurio nõ ſolum in vita poteſt fundus relinqui, vel certa quantitas pro alimẽtis, ſed etiam poſt mortem ſpurii, ipſius filiis, neque ſolum ab ipſo patre, ſed etiam ab eius heredibus ſpurius alimenta conſequi poteſt, quoniam onus alimentandi tranſit in ſubſidiũ ad heredes, nedũ ſuos, ſed etiam extraneos, *d. l. ſi quis à liberis §. item reſcriptũ. ff. de lib. agn. iuncta gl. verbo haredes. Bal. in l. id quod pauperib. n. 37. C. de epiſc. & cleric. Matheſil. ſing. 147. Capy. deciſ. 164. n 3. Beninteud. de Ceſena deciſ. 22. n. 1. Marian. Soc. Iun. d. conſ. 130. n. 4.*

4 Imo non † obſtante prohibitione patris in teſtamento facta de non alendo ſpurium, alimenta ſunt ei ab heredib. ſubminiſtranda, ſecundum Bal. proxime citatum, & tamque notabile dictum ſequitur Aym *conſ. 219. n. 8. Mar. Soc. Iun. d. conſ. 130. n. 4.* lex enim ciuilis in tantũ amauit caſtitatẽ quod deſtruxit paternã pietatẽ, Bal. *conſ. 426. nu. 9. & 10. vol. 5. Bertr. conſ. 205. n. 1. vol. 2. part. 1. & plene quoque con. 67. per totum, vol. 3. par. 2. communem teſtatus opinionem.*

5 Nec ſolũ pater † ſed ẽt auus paternus tenetur nepotib. ſpuriis natis ex filiis legitimis & naturalibus
6 alimẽta pbere, *Soc. conſ. 161. n. 2. vol. 2.* Fæminæ † vero ſpuriæ, nedũ alimenta legari, vel donari poſſunt, ſed ẽt dos eidẽ in vita dari, vel teſtamento relinqui pôt, cum ea ſuccedat loco alimentorũ, & quicquid nonnulli circa dotẽ filiæ ſpuriæ dubitauerint, cõmunis eſt hæc opinio, q ei dos relinqui poſſit, *Patiſ. conſ. 64. n. 9. vol. 3. Benintend. de Ceſena deciſ. 22. n. 1.*

7 Et hæc † dotis aſſignatio non debet excedere rationabilẽ alimentorum quantitatẽ, quoniã in exceſſu nõ valet ſecundũ ſuperius allegatos, & cõfirmat Cap. *d. dec. 181. n. 4.* & ita oĩa pmiſſa pcedete de claran-

declarantur, quod legatum donatione pro alimẽ-
tis spurio facta debet commensurari, ad rationa-
bilem alimentorum quantitatem, quoniã in eo ꝙ
excederet congruam alimentorum taxationẽ le-
gatum, donatio, vel quiuis alius contractus non
teneret, *Bar. in l. fi. ff. de his quib. vt indignis n. 7. & auct.*
ex complexu C. de incest. nupt. Abb. d. c. cum haberet n. 5.
Paul. de Cast. cons. 5. n. 5. vol. 1 Bert. cons. 335. n. 6. vol. 4.
Capy. decis. 181. col. fi. Maria. Soc. Iun. cons. 130. n. 3. vol. 2.
8 Atque in alimentorum quantitate taxanda plura
consideranda veniunt, vt hic & infra quoque re-
collecta 33. per totam. Attẽditur igitur primo cõ-
suetudo eius à quo alimenta debentur, nã ꝙ ipse
solitus erat pro alimentis erogare, in eo boni viri
arbitriũ versari debet, cum arbitratu boni viri li-
mitanda sint. Secundo cõditio personę cui alimẽ-
ta debentur, nã ex dignitate personæ diuersimode
arbitrandũ est alimenta deberi, *l. cũ alimẽta in prin.*
ff. de alim. & cibar. leg. & per illũ tex. tenẽt ibi Odofr. Bar.
& Alb. Spec. tit. qui filii sint legitimi n. 44. Paris. cons. 98.
in fi. vol. 2. Beuinteud. de Cesena d. decis. 22. n. 7. & 8. Ter-
9 tio quantitas reddituũ qui percipiuntur ex bonis
de quib. alimenta decernuntur inspici à bono vi-
ro debet, cum proprietas alienari nõ debeat, vt in-
de alimenta habeantur, sed ex fructib. tantũ, & pro
modo eorũ debentur, *d. l. si quis à liberis §. sed si filius l.*
Imper. ff. ad Treb. vbi Bar. & cæteri, & inter alios Ang.
inquit ita cõsuluimus Bal. & ego apud Ariminum,
& cõprobat ibi Alex. *n. 5. & cons. 100. n. 7. cum aliis ibi*
additis vol. 1. Nã vbi agitur de alimentis p̃standis ex
fructib. hoc referendum est ad bona, in quibus vis
habet is à quo recipienda sunt alimenta; idcirco
imprimis deduci debet æs alienum, deducuntur &
bona emphyteutica, in residuo consideratur quã-
titas fructuũ, & pro modo illorũ moderantur ali-
menta, *Alex. d. con. 100. n. 6. Paris. d. cons. 97. n. 29.* Quar-
10 to considerandũ est an is † de cuius alimentis quæ-
ritur, possit ex industria & operis suis positis in ar-
te, cuius peritus sit, se ipsum alere, cum. n. alimenta
officio iudicis decernantur, nõ subest causa ꝓpter
q̃ iudex compellat patrem subministrare filio ali-
menta, quãdo sua industria victũ sibi quęrere põt,
eo quod debentur in subsidiũ quando aliunde vi-
vere non possit, *d. l. si quis à liberis in princ. vers. sed si fi-*
lius cum ibi not. ff. de lib. agn. vbi Odofr. ponit dialogũ
patris & filii corã iudice contendentiũ, introducẽs
filiũ dicere, domine iudex cogatis patrem meũ a-
lere me, dicit pater, nõ est is bonus scriptor in ci-
uitate ista, vel ita bonus pictor, vt ipse est, sed tota
die, vult esse in scorto, in ludo, & in taberna, dicit
iudex quare ergo non scribis? filius respondet,
volo mihi dare bonum in tẽpore, dicit iudex pa-
tri, vade non alas eum, nisi videris eum ægrotum.
Hæc sunt formalia eius verba, ex quib. notãdum,
quod etiam filio luxuriose viuenti si inciderit in
ęgritudinem præstanda sunt alimenta, aliter secus.
11 Et quod filius † non sit alendus si habet artem quã
honeste exercere valet, & conditio personæ id pa-
titur, secus vero si nobilis sit, cui non conueniat
arte mæchanica sibi parare victum, tenet Bart. *d. §.*
sed si filius & in tractatu alimentorum n. 12. Abb. d. c. cum
haberet n. 10. Rom. cons. 267. Dec. cons. 576. col. 1. Paris. cons.
14. n. 28. vol. 1. Curt. iun. cons. 148. n. 5. vbi communis. Ve-
rum non ita amare & anguste hoc interpretandũ
esse existimo, quod filius qui habet artem non sit
alendus, quoniã propter malas valetudines sæpius
occurrentes propter varios fortuitos casus super-
nenientes industriæ beneficium exerceri assidue
non potest, quare ex causis personisque varie re-
spondendum est, consideratis considerandis ad
iudicem boni viri recursum habendo, *d. l. cum ali-*
menta d. l. si quis à liberis § vel si filius d. l. Imper. Parisius
cons. 14. num. 28. vol. 2. Marian. Soc. Iun. cons. 8. in fi. vol. 3.
Aym. cons. 199. col. 1. & 2. vol. 1. Additio ad Alex. cons. 74. n.
3. in verbo Imperii in fi. vol. 3. sit ergo conclusio, quod
datum legatum, vel donatum spurio spuriæve ea-
tenꝰ tenet, quatenus fructus eorũ ad alimenta sibi
necessarii sunt, computato, eo quod ille suo labore
& industria lucrari potest, in eo vero quod fructus
prædicti excedunt alimenta bona donata ad filios
legitimos, & naturales pertinent.

SVMMARIVM.

1 *Parentes qui filios egenos non alunt mortaliter peccant.*

2 *Excusantur in casibus in quibus filios exheredare sibi de iure conceditur.*

3 *Parentes tenentur filiis ad alimentum corporale & spirituale, quod hic describitur.*

4 *Parentes si negligunt proprios docere filios vel curare, vt ab aliis doceantur ea quæ ad salutem sunt necessaria.*

5 *Filii parentibus quando ad alimenta teneantur.*

QVÆSTIO XI.

1 NOta tamen, quod † parentes, qui filios non a-
lunt, filiique qui parentibus egenis ad victũ
necessaria non subministrant mortaliter peccant,
eo quod debita alimenta denegans, necare dicitur
l. necare videtur. ff. de lib. agnoscend. quodque mortale
peccatum incurrãt, *habetur in cap. si quis reliquerit 30*
dist. & cap. inter cetera. 22. quæst. 4.
Iunctis notatis *in cap. ius naturale distinct. 1.* excu-
2 santur † tamen parentes in casibus in quibus filios
exheredare sibi de iure conceditur, tunc sane il-
los alere non tenentur. *l. si quis à liberis. §. si vel parens*
ff. de lib. agnos. iuncta gloss. ibi in verb. detulerit. Duplex
3 † autem reperitur alimentum, ad quod obstricti
sunt parentes, nempe corporale, & spirituale. Cor-
porale est, quod sumptum conuertitur in sub-
stantiam eius, qui nutritur, at vero spirituale con-
uertit hominem in ipsum spirituale alimen-
tum ex sententia August. de alimento sacrosancti
corporis Christi, dicentis, nec tu me mutabis in
te, sed tu mutaberis in me, vt tradit S. Thom. *in 3.*
4 *quæst. 73. art. 3. ad 2.* plane parentes † mortaliter pec-
cant, si negligũt proprios docere filios, vel curare,
vt ab aliis doceantur, ea quæ ad salutem illorum
sunt necessaria, & hæc sunt signum Crucis, Pater
noster, Credo &c. & decem decalogi præce-
pta, quæ si filii ignorant, negligentia parentum, i-
psi coram Deo rei efficiuntur iis maxime tempo-
ribus, quibus doctrinæ Christianæ scholæ sunt insti-

 tutæ.

tutæ. *Syl. in verb. scientia. vers. secũdum. Nauar. in enchiridion. c. 14. n. 17.* vbi etiam alia scribit in quib. peccant parentes erga filios ipsorum.

5 De alimentis † vero à filio patri subministrãdis, occurrit quæstio, an si habeo patrem, & filium in necessitate famis constitutos, & vni tantum illorũ subuenire valeo huic ne vel illi dabo? Respondet Cynus *in l. 2. C. de patrib. qui filios distraxerunt*; solent dicere magistri naturalis philosophiæ quod dabo filio, quoniam amor non ascendit, sed descendit, Imo Cynus ait debeo dare patri, Cynum sequitur Ang. *in verb. filius n. 24.* & addit, quod ius diuinum sic filium obligat ex pręcepto Dei, honora patrem tuum. Quod subuentionem quoque cõtinet. Nõ obstat, quod amor descendit, quoniam verus est, quoad ordinem dilectionis, & affectus interioris, nõ quoad effectum obligationis. Imo patrẽ tamets hereticum, vel infidelem pręponere debemus quàm sancto in prouidendo ei de necessariis. *c. 1. 30. distin. 4. vbi gl. quib. consentit Diuus Thom. 1. 2. q. 100. art. 5.* dicens, filii parentibus debitores sunt, & quod pater est principium generationis & esse, & insuper educationis, & doctrinæ. Ideo ponitur sub præcepto decalogi, vt beneficium parentib. impẽdatur, parentes vero nõ sunt debitores filiis, ꝓpter aliqua beneficia ab eis suscepta, vnde nõ ponũtur aliqua ꝓcepta decalogi pertinentia ad amorẽ filiorũ neq; ad seipsum, quia parentes amant filios, vt aliquid ipsorũ, & idem *2. 2. q. 31. art. 4. in respon. ad 4.* dixit in necessitatis extremæ articulo, magis liceret filios deserere, q̃ parentes, quos nullo modo deserere licet ꝓpter obligationẽ beneficiorũ susceptorum & probat B. Antoninus *2. par. tit. 1. c. 24. §. 1. in fi.* & facit magister libr. *sent. 3. dist. 29.* vbi ponit ordinẽ caritatis dicens, parentes prius, q̃ filii diligendi sunt, quo ad operis exhibitionem, & probat ibi S. Bonau. inquiens: Cæteris parib. parentes filiis præponendos esse, quia amor gratuitus facit memorẽ ꝑteritorũ beneficiorum propter ꝙ sacra scriptura præcipiẽdo inducit ad paterna beneficia recolẽda, quę plura recipimus à parentibus quam à filiis, & auctoritates quæ in contrarium possent adduci, procedũt secundum naturalem dilectionem, secus secundũ gratuitam affectionem, hactenus ille: quare irrefragabili ratione diuina prouidentia subuentionẽ parentum sub præcepto posuit, animaduertens, ꝙ homines, vt plurimum naturali filiorum amore obcæcati, parentes egestate laborare, consumique patiuntur, præteritorum obliti beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Dominium ecclesiæ non probatur ex solo in emphyteusim locationis instrumento.*

2 *Dominium ecclesiæ probatur adminiculis instrumẽtum coadiuuantibus.*

3 *Solutio pensionis per decennium facta probat dominium ecclesiæ.*

2 *Liber censualis ecclesiæ probat dominium.*

3 *Reus conuentus actione personali ante omnia rem restituit, postea de proprietate litigat.*

6 *Emphyteuta cogitur rem designare emphyteuticam.*

7 *Qualiter ecclesia agere debeat hic remissiue ponitur.*

QVÆSTIO XII.

IN dubium reuocatur an & quando solum locationis in emphyteusim instrumentum probet dominium ecclesiæ, quando rei vendicatione agitur contra conductorem proprii dominii, quęstionem Ecclesiæ referentem.

1 Dic quod † non, quia conducens, vel alio titulo rem ab aliquo acquirens non censetur fateri illum esse dominum, cum etiam res aliena locari, vendi, vel alio simili titulo tradi possit, Bartol. *in l. legata ff. de adim. legat. Iason in leg. secunda. numero 178. Codic. de iure emphyteut. Afflict. decision. 14. num. 8. Alexand. consilio 12. numer. 4. & consilio 43. numero 8. volum. 4. Ruin. consilio 161 numero 19. volum. primo*, & ita tenent omnes loquit Speculat. *titulo de locat. §. nunc aliqua, versiculo 52. sub numero 66.* & est vera, & communis opinio secundum Alexand. *dicto consilio 12.* & communem neque ab ea discedendum refert Ruin. vbi supra, veruntamen ecclesia aliis iuuatur

2 mediis, & † primo, quando cum instrumento locationis alia concurrunt indicia, & adiminicula instrumentum coadiuuantia, tunc dominium locatoris recte probatur, ex his enim simul iunctis plena dominii constituitur probatio, Bartol. *in leg. ad probationem Codic. locat. Socin. consilio 11. numero secundo volum. tertio. Decius consilio 146. numer. 14 Parisiens. consilio 27. numero 25. & consilio 104. numer. 82. & sequent. vol primo.* Et solutione pensionis, seu Canonis per decennium facta probatur ecclesiæ dominium, & quod res sit emphyteutica, quamuis de inuestitura non appareat, & inposterum soluens, eiusque successores cogi possunt ad solutionem consueti canonis *Iason in §. præiudiciales numero 61. institution. de action. & in leg. secunda. numero 358. Codic. de iure emphyteut. habetur in leg. si certum annu. Codic. de pactis*, vbi in terminis Iason *numero 9. & plenius Decius numero 14. Felyn. in capitulo cum Bertoldus numero 218. de re iudic. Alexand. consilio 124. in principio & consilio 113. numero 11. volum. 4 Decius consilio 146. numero 2.* tertio censuali libro ecclesia iuuatur quando fideliter custoditur publicam auctoritatem habet in iuditio, & extra, *capitulo ad audientiam vbi gloss. de præscription.* quam ibi post alios sequuntur Felynus atque Decius, Iason *l. secunda. numero 178. Codic. de iure emphyteut. Roman. consilio 146. numero 14. Aym. consilio 158. per totum volum. primo*, vbi sex rationibus probat libris censualibus plenam fidem adhiberi, & notabiliter Alex. *cons. 187. volum. 7. Ioan. de Amicis, cons. 101. numer. 27. vbi communis.* quarta si conductor conuentus à locatore ad rei restitutionem non rei vendicatione sed actione personali, non condictione ex lege *si quis conductionis. Codice locati.* debet ante omnia possessionem rei, locatori restituere,

&postea

& postea de proprietate litigare, quia alieno nomine detinetur si denegat restitutionem, dicitur spoliare eum, cuius nomine possidet, vnde spoliato agenti ad recuperandam suam possessionem non potest opponi exceptio dominii à spoliatore. *dict. leg. si quis conductionis. C. locati*, vbi casus singularis, & notat ibi Bart. & Bal. Ang. Sal. & alii, Alex. *in leg. si aliena numer. 6 ff. solut. matrim. & cons. 12. numer. 4. in fine cum seq. volum. 4. & consil. 43. num. 8. eod. volum.* & compelli emphyteuta posset ad designandam rem pro qua diu pensionem soluit, & si emphyteuta rem describere nesciret, recurrendum esset ad coniecturas, & perinde, & quantitate pensionis solutæ res incerta ad certitudinem reduci debet; ita allegant tenuisse Pillcum in suis quæstionibus *quæst. 119.* refert infra proxime citandus, & ita quoque tenuit Specul. *titul. de loc. §. nunc aliqua num. 76. cum pluribus seq. Papien. in forma libelli* quo agit ad ficti præstationem. Glos. *super verbo. solutione in princ. Ias. in leg. 2. n. 173. C. de iure emphyt. Bald. consil. 109 per totum volum. 4. plenissime omnium Afflict. in c. vnico de controuersia inter masculum, & fœminam, in vsibus feudorum, vbi sub num. 26. cum sequentibus* per duas columnas, & vltra post longam dis-
7 putationem vt supra resides. Qualiter † autem ab ecclesia sit agendum, & quid probare dum veniat declarat Ruin. *consil. 26. volum. primo.* & quid si emphyteuta possessorio iudicio conuentus ab ecclesia fuerit vide Curt. *in add. ad Alexan in leg. si aliena num. 6. ff. solut. matr. Alex. cons. 10. fere per totum vol. 4. Soc. cons. 11. vol. 3.* & quid si tertius, à directo domino conueniretur, recurre ad Ruin. *d. cons. 26. volum. 1. Alex. cons. 8. per totum volum. 7. Ripa in leg. si aliquam rem nu. 40. ff. eo. Dec. in c. bonæ. num. 22. de appell. Felin in cap. cum Bertoldus. num. 25. de re iudic. Boer. decis. 239. colum. fin. vbi communis.*

SVMMARIA.

1 *Locatio pro se, filiis. & nepotibus facta relationem habet ad patriæ consuetudinem.*
2 *Consuetudo ecclesiæ non potest alterari.*
3 *Tenor inuestituræ ante omnia attenditur.*
4 *Consuetudo ecclesiæ probatur ex diœcesis eiusdem.*
5 *Bina concessio probat consuetudinem.*
6 *Consuetudo ecclesiæ superioris attenditur in ecclesia inferiori.*
7 *Consuetudine ecclesiæ superioris probata transfertur in aduersarium onus probandi particularem consuetudinem.*
8 *Ecclesia vnita assumit naturam eius cui vnitur.*
9 *Consuetudine diuersa existente nulla earum seruanda est.*
10 *Testes de vniuersitate quando probant in caussis vniuersitatis.*
11 *Testes de consuetudine testificantes quando concordare vel non dicantur.*

QVÆSTIO XIII.

1 ORITVR controuersia si concessio † simpliciter pro se, filiis, & nepotibus ab ecclesia facta sit, an feminæ comprehendantur, dic quod inuestitura relationem habet ad patriæ consuetudinem, vel ad eius statutum, quoniam contrahentes cēsentur in dubio cōfirmare se cū dispositione iuris municipalis, quod est ius commune, in loco vel cum consuetudine loci, *Bart. in l. vt ius iurandi. § si libert. ff. de oper. libert. Imol. in c. potuit. in finalibus verbis de locat. Alex. cons. 1. n. 1. vol 5. Corn. cons. 199. nu. 54. vol. 2. Bart. inter consi. Alex. cons. 52. nu. 39. vol. 4. Paris. cons. 21. nu 46. & seq. vol. 1.* & quando extat generale pactū communitatis, quod illud sit seruandum tenent plures relati ab Albert. Brun. *tract. de stat. femin. excludent. art. 8. ex q. 22. n. 2.* subdens quod cōmunis est hęc opinio, & tenenda, & sane cōsuetudo, quæ extat ea nō potest alterari, *Bart. in auth. qui rem. C. eod. tit. & ibi Ias. post alios, Alex. cons. 9. n. 2. vol. 3. cum multis aliis ibi in add. adductis.* Primo namque loco inuestituræ tenorem inspicere debemus. Secundo specialem ipsius ecclesiæ cōsuetudinem sequi tenemur. Tertio, particulari consuetudine non vigēte ad consuetudinē generalem recurrendum est, *c. cum olim de consuet. vbi notatur Roma. cons. 218. n. 1. Euerard. in centuria locorum legalium loco à contrario sensu.* Consuetudoq; ipsa probatur ex diœcesis eiusdē, liber enim censualis ecclesiæ probat consuetudinē sic extare, *Bal. in l. fin. n. 19. C. sine censu, vel reliq. Felin in c. ad audientiā n. 19. de præscrip.* & bina cōcessio sufficit ad eā firmandam, *Alex. cons. 5. n. 11 vol. 5. & d. cons. 9. n. 6. vol. 3. cum ibi adductis. Balbus tract. de præscrip. 1. part. quintæ partis principalis, q. 1. n. 3. & quæst. finali, Ias. in l. de quibus n. 48. ff. de legib. Rocchus de Curte tract. de consuetud. nu. 290 cum pluribus sequentib.* & consuetudo quæ in ecclesia superiori vel Cathedrali vetat seruanda est in ecclesia inferiori, nisi de particulari consuetudine contraria inferioris ecclesiæ doceatur, *cap. dilecto vbi not. de offic. Archid. Card. in Clem. quia contingit. §. vt autem numer. 11. vers. decimo de Religios. dom. Paris. consilio. 25. numer. 36. in fine, & numer. 42. volum. 4* & probata generali consuetudine maioris ecclesiæ transfertur in aduers. onus probandi particularem contrariam, *Glos. in dict. cap. dilecto vbi post Io. Andr. Cardin. notat, & habetur in c. super eo iuncta Glos. & c. sopita de censib. Aret. cons. 115. in princ. Andr. Barb consil. 49. vol. 3.* in materia decimarum scribētes, quæ tamen omnia eisdem rationibus in arg. trahi possunt ad consuetudinem emphyteuticā, atque sicut in ecclesia; & locis separatis, hæc locū sibi vendicant, multo magis in ecclesiis, seu capellis vnitis, cum eadē res seu corpus esse censeatur ecclesia vnita & ea cui facta est vnio, neque debet diuerso iure censeri, vt in materia decimarum, *est text. in c. cum in tua de decimis. cum concord. à Glos. ibi relatis*, facit quod accessorium sequitur naturā sui principalis, nisi specialis sit in accessorio prouiso, *c. accessorium. vbi Din. de reg. iur. in 6.* & hoc dicto infert Card. *in Clem. 2. n. 2 de preb.* quod ecclesia hospitalitati annexa assumit naturam hospitalitatis cui vnitur. Atque si in loco diuersimode introducitur consuetudo, nulla earum seruanda est, quia consuetudo formanda per actus contrarios vel diuersos interrumpitur, vt in esse deduci non possit, *Bart. in leg. de quibus numero 16. ff. de legibus. Bald in leg. fin. numer. 1. Cod. de seruit. & aqu. Alex. in*

l.2.in fine principii ff.ſolut. matr. & conſ.27.in fine vol. 1 Doc.atque Cagnol.in leg.ſemper §. temporalis.ff. de reg. iur.Roccus de Curt. tract. de conſuet.num.403. vbi cõmuniter hoc receptum dicit teſteſque de vniuerſitate conſuetudinem atteſtantes probant, quando agitur de intereſſe vniuerſitatis in vniuerſo, & tamquam idonei pro vniuerſitate recipiuntur, *c.inſuper de teſtibus, & ibi Canon. & communiter tenetur ſecundum Dec.d.c.inſuper, & firmat Alex. conſ.68. num. 14.vol.2.* & ſi agitur de intereſſe ſingulorum ſingulariter, vt ſi quæſtio ſit ſuper paſcuis, ſeu nemoribus, in quibus ſinguli de vniuerſitate greges paſcere, & ligna cædere poſſunt, teſtis tunc idonei cenſendi non ſunt ob proprium ipſorum commodum, Ioannes Andreæ *in c. cum nuntius.de teſtib. Felin.Doc.& reliqui in dict.c.inſuper Steph.Aufrer. de reprobat. teſtium.in verbo teſtes inhabiles, Aym. de antiq. temporum in prima parte.verſ.quid in lib. officialis num. 17.& ſeqnen.* Sed etſi teſtium quidam conſuetudinẽ ſolutionis affirmantes, de maiori quidam, alii de minori ſumma deponunt, ſaltem in minori ſumma concordare videntur, quia in maiori ſumma minor ineſt, *l.1.§.ſi ſtipulanti ff.de verborum oblig.* Imo vbi plures teſtes de diuerſis ſummis deponunt varii eſſe dicuntur, & de diuerſis actibus teſtimonium ferre, quamobrem non probant etiam in minori ſumma, *Alex.in dict §.ſi ſtipulanti.numer.9. & ſeqnen.vbi, & Iaſ.num.9.in fine.Crott.nu.13. Alcia.ibidem n.30.* communem & ipſe ſententiam eſſe affirmãs præmiſſis.

S V M M A R I A.

1 *Poſſeſſorium reintegrandæ non datur aduerſus poſſidentem iuſto titulo & bona fide.*
2 *Immo datur etiam contra iuſto titulo & bona fide poſſidentem.*
3 *Negligens per decennium poſſeſſionem ſuam ab altero occupatam recuperare eam perdit.*
4 *Sed & minori tempore quam decennio amitti poteſt.*
5 *Dummodo reus probet Domini præſentiam.*
6 *Officio iudicis poſſeſſio recuperari poteſt, & ſi canone reintegrandæ iuuari non poſſit, & eſt notabile dictum.*
7 *Officium iudicis implorandum poteſt tam pro rebus & perſonis priuilegiatis quam non priuilegiatis.*
8 *Paupertas & aliud iuſtum facti impedimentum reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem meretur.*
9 *Poſſeſſioni recuperandæ præſcribitur 30.annis.*
10 *Domino ignoranti rem ſuam ab alio detineri.*
11 *Vel etiam quando poſſeſſor ſine tit. poſſidet, nam poſt 30.annos præſumitur retro in bona fide fuiſſe.*
12 *Vel etiam abſque tit. & bona fide cum in perdendo dominium requiratur tit. & bona fides, ſecus in amittenda poſſeſſione quæ leuioris eſt præiuditii.*
13 *Contrarium deciditur.*
14 *Actor neceſſe habet allegare clandeſtinam rei poſſeſſionem vt obtineat.*
15 *Contrarium deciditur.*
16 *Vel clandeſtinitatem iunioris poſſeſſionis allegare conſilium eſt, non præceptum.*
17 *Clandeſtinitatis vitium purgatur probato, quod actor ſciuit & tollerauit reum poſſidere.*

QVÆSTIO XIV.

SVPER canone reintegrandæ, *3.queſt.1.* occur-
1 rit dubitari † de infraſcriptis, & primo videtur, quod hæc prouiſio non competat aduerſus iuſto tit.ac bona fide poſſidentem, cum etenim agens ſola poſſeſſione nitatur pariterque reus, in pari cauſſa, melior eſt conditio poſſidentis, *Bart.in leg.rem quæ nobis.ff.de acquir.poſſeſ.Corn.conſ.23. vol.1.* vbi hanc opinionem communem eſſe affirmat, & eandem vti magis communem apud legiſtas ſequitur Soc.*conſ.39.vol.3.* & tamquam communem amplectitur Pariſ. *conſ.1. vol.1.* & probat vti communem Ripa, *reſponſo.1.tit.de reſtit.ſpol.*

2 Contraria † opinio verior eſt atq; communior, quod remedium huiuſmodi datur contra bonæ fidei poſſeſſorem iuſtoque tit. munitum, hoc enim potiſſime attendere videtur, *text. in d.c. reintegrandæ ſecundum Canoniſtarum ac legiſtarum intellectũ* quod actor ex iniuſta cauſſa ſit a ſua poſſeſſione deiectus, ideo reſtituendus, non conſiderata iuſtitia vel iniuſtitia iunioris poſſeſſoris, neque ſpoliato obſtat exceptio iniuſti tituli aut defectus Domini, quin in priſtinum reponatur, cum hæc exceptio in poſſeſſorio recuperandæ non admittatur, ſed tantum antiquiori poſſeſſore probata, agens debet obtinere etiam abſque ea quod ſpoliationem ſeu violentiam probet, & hanc ſententiam ratione qua ſupra ſecuti ſunt, *Abb.c.cum ad ſedem num.26.de reſtit.ſpoliat.* vbi communem hunc intellectum eſſe teſtatur Ripa, *in c.ſæpe numer.28.de reſtit.ſpoliat.* vbi ait, communiter Canoniſtas ita tenere, *Alex.in l.rem quæ nobis num.8.ff. de acquir. poſſeſſ.* magis communem eſſe refert Iaſ.ibi, *num.19.* vbi magis communem amplectitur, & ita communiter Canoniſtæ & Legiſtæ tenentur, inquit ibi Ripa, *num.27.Alex.conſ.91.num.6.volum.5.* magis communiter Doct. in hoc reſidere aſſerit, & iterum *conſ.94.num.22.eod.volum.Dec.conſ.55. num. 6.* veram & magis communem teſtatur, & vti communem tenet idem Dec. *conſ.252. Run. conſ.44. in principio volum.4.* communem dicit idemque repetit, *conſil. 49.num 1.eod.vol. Marian.Soc.Iun.conſ.34.num.12. vol. 3.communem & in iudicando & conſulendo ſequendam ait Cartad.deciſ.7.tit.de reſt.ſpoliat.* vti communem ſequitur Marant.*de ordin. iudiciorum.3. principali diſtinctione num.50.* communem eſſe concluſionem & in practica ſeruari firmat Afflict.*deciſ.36.numer.33.* refert Dominos de concilio hanc vti communem tenere, Papien. *in cauſa ſpoliat. poſ.in princ.numer.9.* communem Decretaliſtarum opinionem eſſe meminit Benintend.de Ceſena, *deciſ.33.* communiter Canoniſtas hanc tenere, inquit, referens Io. de amicis, *conſ.48.& Afflict.in 1.libro conſtit.regni*, cãdem tamquam communem ſequentes, & vti cõmunem probat Ang.Bero.*in c.ſolicito num.39. de reſtit.ſpoliat.* Non igitur ab hac ſententia vllatenus recedendum eſt ex fide & relatione ſupracitatorũ.

3 Secundo ſciens † naturalem rei ſuæ poſſeſſionem ab altero occupatam eſſe, ſi negligit intra decennium eam recuperare perdit etiam ciuilem, quam animo ſibi conſeruabat. Nam ex diutina negligẽtia inducitur obliuio, *vt poſt glo.Bart. & alios in leg.*

ſi de eo

*si de eo.§.si forte.ff.de acquir.posses.*firmant ibi Alex.&
Aret.*n.5.* & tanquam magis communem probat
Alex.*cons.98.n.7.vol.5.*vel quia is, qui sciens per de-
cennium tacet, sua culpa priuari videtur, *Ant.de
Butr.c.sæpe de restit. spoliat. & in c.accedens.vt lite non
contestata, Soc.d.l rem qua nobis.nu.8.& cons.266.num.
21.volum.2.Ripa in dict.cap. sæpe nu.27. & communiter
tenetur, inquit Soc.in dict.l.rem qua nobis.* Immo ple-
4 rique tenuerunt non decennali † negligentia, sed
id iudicis arbitrio committi, qui etiam minori tẽ-
pore potest arbitrari possessorem sua possessione
priuatum, vt plene confirmat Boer. *decis.239. col.
penult.* sequens Alberic. *in l furtum.§.1.ff. de vsucap.*
dicentem id communiter teneri. Quodque de ne-
gligentia decennali vel minori dicitur, procedere
declaratur, dummodo reus probet domini seu
antiqui possessoris potentiam, cum ea tanquam
facti existens non præsumatur, & ita præsentiam
vt reus probet, admonet aduocatum Ang. *in leg.
rescriptio.C.quib.obst.long.temp.præscript.Alex.cons.114.
n.16.vol.2.& plenius cons.92.circa fin.vol.5.*
6 At vbi canon † reintegrandæ non prouidet, le-
gis benignitas supplet, alterum enim remedium
adinuenit nempe officium iudicis, potest enim
nobile iudicis officium inuocari, vt antiquũ pos-
sessorem inducet in eũ statũ, in quo esse cõsueuit,
& in hoc iudicis officium pinguius prouidet a-
ctori, quam dispositio canonis reintegrandæ, *vt
tenuit Hostiens. in c.accedens.el primo. per illum textũ
vt lite non contest.* cuius doctrinam multum excla-
mant canonistæ & ibi Ant.de Butr.*col.fi.*dicit hoc
bene notandum, Io. de Anan. *n.1.in fi.* inquit iste:
Intellectus est valde singularis & vtilis pro recu-
peratione possessionis, quæ perdita est per negli-
gentiam, subdens, quod per illum extenditur c.
reintegrandæ. Io. de Imol.*num 9. in fin* dicit esse
singulare dictum & valde vtile, & quod amphat
notata *in cap.reintegranda, & probat.Abb.numer.19.* &
Lapus *allegatione 52.col.fin.* multum commendat,
dicens: esse modum pulcherrimum & fauorabilẽ
eis, qui amiserunt possessionem alicuius iuris, di-
cit tamen, quod si narraret actor se spoliatum, nõ
procederet hoc, & data spoliatione agendum esse
ex canone reintegranda, sed hoc verum non esse
existimo, quia Lapus nullo iure, nullaue aucto-
ritate probat, nec Hostiens. hoc dicit, licet nar-
ret facti contingentiam, quod ibi actor non dice-
bat se spoliatum, sed sua negligentia diu non exi-
gisse sibi debitum, neque aliquis Canonistarum,
de quibus supra tenet hoc, licet Abb. pungere vi-
deatur, attamen concludit officio iudicis spolia-
tum agere posse contra quemlibet possessorem.
per glos.*in c.cum ad sedem de restit. spoliat. & per leg.si
me & Titium.ff.si cert.petat.& alia de quibus ibi.* Nec
obstat quod Abbas *in dict. c.accedens* dixerit offi-
cium † iudicis tantum competere pro rebus Ec-
7 clesiæ, minoris, absentis, vel similium, quib' resti-
stutio in integrum datur, sequitur Ripa, *d.c.sæpe.n.
14.Soc.d l.rem quæ nobis.num.9.& cons.266.n.22.*cum
enim prouisio *c.accedens* stat ampliatiue ad *c.rein-
tegranda.* non video canonem aut legem aliquam
dicentem, quod ampliatio fiat tantum pro rebus
ecclesiæ & similium personarum priuilegiatarũ,
& vbi lex non distinguit, nec nos distinguere de-
bemus, *l.de pratio.ff. de publican.* imo cũ dispositio
d.c.accedens fauorabilis sit, magis eam ampliare,
quam restringere conuenit, *c. ad ea de reg. iur. in 6.*
quemadmodum etiam *cap.reintegranda de rebus ec-
cles.*atque personarum ecclesiasticarum disponẽs
non restringitur ad personas ecclesiasticas vel alias
priuilegiatas, sed procedit etiam in rebus priuatis
quorumcunque laicorum. Tutius est ergo & fa-
uorabilius tenere officium iudicis posse implora-
ri, tam pro rebus & personis priuilegiatis, q̃ etiam
non priuilegiatis, neque lex aliqua aut Canon vel
ratio contradicit. *Soc. in d cons.226.* magis videtur
contra Abb.& illius restitutionem tenere, si recte
verba illius perpendantur, ait enim quod petita
restitutio possessionis fundatur super æquitate
in mero & nobili iudicis officio, vt ibi plene ipse
deducit à prima opinione recedens, & Alex.quo-
que *consil. 92. numer.1. volum.5.* ex mente Hostien.
ait competere officium iudicis in casu, in quo re-
medium canonis reintegrandæ intentatur, à
personis non priuilegiatis. Causidici hoc aduer-
tant, vt clientibus suis proficiant, atque præter su-
pradictum aliud competere potest remedium:
8 si ob illius † paupertatem actor sua iura dedu-
cere & prosequi nequiuit, id eius negligentiæ
non debet asscribi, sed magis iusto paupertatis
impedimento, quod vtique tollere in sua facult-
te non fuit, impeditus enim impedimento facti
iusto, restituitur aduersus præscriptionem con-
tra eum decursam.*l. & Attilicinus vbi Bart. de seruit.
rustic. præd. & plene not. Bart. & Alberic. in leg.sena-
tus.ff. de offic.Præsid. & in leg.prima.§.si quis autem.ff.
de itinere actuque priuato. Abb. Felin.& alii in cap. ex
transmissa.& in c. vigilanti de præscript. Bald. prima par-
te.vltima partis principalis, numo. 16. tit. de præscript. &
ita communiter doct.tenent, inquit Alberic.d.leg.Senatus.
& Felin.d.c.vigilanti.*
9 Tertio spatio † annorum 30. tollitur remediũ
capituli reintegrandæ, & eo præscribitur, quam-
uis enim perpetuum sit, interpretatur tamen vs-
que ad 30. annos & non vltra vitam habere, *Soc.d.
leg.rem qua nobis.num.18.Alex.cons 6.num.16.volum.3.
Rum.cons.44.num.16.vol.4. Aym.nu.124. num.14. Ne-
gusant.de pignor.quarta parte quarta partis principalis.
q.24.vbi communem refert.* quod vtiq; verum est, si
10 dominus † ignorat rem illius ab alio occupatam
esse, tunc enim requiritur tempus annorum 30.&
minori tempore possessor præscribere nequit.
Auth.malæ fidei possessor C. de præscript. long. tempor.
iunctis iis quæ ibi Bald.Salic.& alii not.Alex. Ias.
& reliqui *in leg. Pomponius.§. cum quis ff. de acquirem.
possess.* & hoc ipsum est de mente Negusantii loco
11 proxime citato. Atq; in possessione † sine tit. pro-
culdubio requiritur tempus annorum triginta,
licet possidens sine titulo habeat contra se malæ
fidei præsumptionem vsque ad triginta annos,
post vero tempus annorum 30. præsumitur esse in
bona fide, nisi contrarium doceat actor & probet
malam possessoris fidem, *Bart. in leg. finali in fine.
Cod. vnde vi. & ita eum ibi intelligit Salicet. numer.1.*

in fine

in fine Abb. c. si diligenti numer. 16. de præscript. & consil. 92. volum. 1. Aret. consi. 63. Alex. consil. 151. volum. 2. Rum. conf. 44. vol. 4. plene in indiuiduo scribens, & tenet Negusant. loco præcitato, hinc dixit Imol. *in leg. Celsus. colum. fin. ff. de vsucap. Rum. dict. consil. 44.* quod possessor sine titulo quærit exceptionem per possessionem longissimi temporis, non tamen actionem, & excipiendo poterit opponere quod actor sine actione experitur.

13 Imo † nedum absque titulo sed etiam absque bona fide præscribi posse videtur, canoni reintegrandæ, quia cum in perdendo dominium, quod est magni præiuditii requiratur titulus & bona fides possessoris in amittenda possessione, quæ est leuis præiudicii, neque titulus neque bona fides requiritur, vt sit differentia inter vnum & alterum casum, ita videtur tenere Alex. *in leg. si de eo. §. si forte nume. 5. de acquiren. possess. & consil. 94. numer. 8. volum. 5. & clare firmat Aret. dict. § si forte numer. 3.*

14 Quibus ego non † assentio cum possessor malæ fidei nullo tempore præscribat, nam & hoc quoq; casu ratio peccati viget, quæ fuit causa prohibitiua præscriptionis malæ fidei possessoris. *c. possessor de reg. iur. in 6. c. fi. de præscrip. & vtrobique Canonistæ, & ita sentire videtur Soc. dict. leg. rem quæ nobis 8. quæst. in finalibus verbis Negusant. dict. parte, parte principalis. quæst. 24. num. 5. & magis aperte tenet August. Bero. sollicite num. 39. de restit. spoliat.* Quarto quamuis iunior † rei conuenti possessio clandestina esse præsumatur respectu antiquioris possessoris agentis, nihilominus actor necesse habet id ipsum allegare atque in libello deducere, alias siue omittat obtinere non valet, sicuti monet Bart. *in l. si de eo §. fin. ff. de acquir. possess. Alex. cons. 130. in fi. vol. 5. Dec. cons. 57. nu. 6. Marian. Soc. iun. consi. 146. num. 36. vol. 1. Curt. Iun. consi 168. nu. 32. Alexandrin. cons. 40. n. 12.* Contrarium

15 hac † sola ratione communiter recepta deciditur, quod finalis ratio decisionis tex. *d. c. reintegrãda* est antiquitas & prioritas possessionis agẽtis. Cũ ergo sit prioritas tantum inspicienda, nihil proficit allegare clandestinitatem possessionis, cum sit clandestina, vel non, iusta vel non, antiquior possessor obtinet & ante omnia restituitur, quamuis actor non alleget atq; in libello non deducat à se reum possidere, & Bart. qui allegatur *in d. l. si de eo §. fi.* hãc cautelam posuisse non ad hunc effectum cautum reddit aduocatum, sed vt excludat reum à petitorio, cuius hęc formalia verba sunt: Si suspicaris aduersarium probare de proprietate, facias positiones & articulos quod ipse possidet clã à te respectu possessionis, & nisi hoc exprimeres, intelligeretur respectu proprietatis. Hæc ille: Et id quod tradit

14 Bart. † consiliũ est, non autem præceptũ & ad cautelã, non ad necessitatem in libello id exprimi debere, vt probatur ex verbis ipsius Bart. ibi: Sis cautus, &c. & expressius Benintend. de Cæsena *decis. 33.* ex mente Dominorum de Rota. Bononiens. qui ita tenuerunt sequentes Claudium Seisellum, *in d. l. rem quæ nobis.* & hanc vti communem ibi proba-

15 runt: Sed & si actor † allegaret clandestinitatẽ possessionis rei conuenti, tolli tamen posset atq; purgari clandestinitatis allegatæ vitiũ, si reus probaret actorem sciuisse & tolerasse possessionem rei iuniorem, tunc enim clandestinitas cessat, nec quicquã prodest actori eius allegatio, *Bald. in l. non ignorabit. C. ad exhibendum, refert & sequitur Fely. in c. licet causam n. 9. de probat.* vel igitur verum non est in libello id exprimi debere vel idipsum cautelã nõ necessitatem imponit, vel hæc allegatio, tolli & elidi, vt supra posset, & hæc in actu practico non inutilia erunt.

SVMMARIA.

1 *Præscriptione completa, si superuenit scientia rei alienæ præscribens tuta conscientia possidet.*

2 *Nisi habeat conscientiam remordentem.*

QVÆSTIO XV.

QVONIAM vero canoni reintegrandi, præscribi posse supra firmatum est; modo quæritur an qui præscripsit tutus sit in foro animæ,

1 quando completa † præscriptione superuenit scientia, quod res erat aliena à non vero domino acquisita. *Antonius de Butrio in cap. vigilanti.* disputando se determinasse refert, quod in foro conscientiæ restituere tenetur, secus in foro contentioso, quem alii sequuntur, quos refert additio ad Angelum *in verb. præscriptio numer. 47. & Rosella cum aliis ab eo allegatis.*

In contrarium est communis canonist. opinio, vt dixit *Abb in cap. quia plerique numer. 25. de immunitate ecclesiæ.* Quoniam præscribens iuste possidet auctoritate legis, nec amplius rem alienam, sed suam detinet; propterea ad restitutionem non tenetur. Theologi quoque magna ex parte in idem conueniunt, *vt Sotus in 4. distinct. 15. quæst. 2. art. 2.* vbi id plene comprobat, & sequuntur Ang. Antonina, Astensis, Medina, & nouissime Sotus, *de iust. & iur. libr. 4. quæstion. 5. pleno stylo idipsum confirmans.* Quæ tamen sententia limitatur non procedere, quando propter superuenientem rei alienæ notitiam, is qui præscripsit, habet conscientiam læsam, atque remordentem, timens se in peccato versari, non restituendo, vtique tunc in foro animæ restituere tenetur. Quoniam qui facit contra conscientiam, etiam erroneam mortaliter peccat, & ædificat ad gehennam. *cap. omnes 28. quæst. prima & cap. literas de restit. spoliat. Hostiens. de præscription. rerum immobilium. num. 3. Ang. in verb. præscriptio. numer. 47. Imol. dict. cap. vigilanti de præscript.* Rainerius vero à præmissis citatus, inquit, aut præscribens habet conscientiam læsam, vt restituat, aut non, & consulit vt restituat propter ambiguum duplicitatis, quod si nolit restituere, non diffinit eum in statum salutis, vel damnationis esse, ad hoc facit, quod in dubiis tutior via est eligenda, *cap. ad audientiam, de homicid.* atque rem dubiam testantur esse Beatus Antonius & Astensis præcitati. Tu ergo sequere, quod tua tibi conscientia dictat ex consilio peritorum secũdum circumstantias occurrentes.

SVMMARIA.

1 *Diuisio præsumitur inter fratres communia bona decennio pro diuiso possidentes.*

2 De-

2 *Declaratur procedere quando partes sunt æquales.*

3 *Inæqualitas immoderata excludit præsumptam diuisionem secus si inæqualitas sit in modico.*

4 *Si in diuisione tota emphyteusis vni obuenerit iuri accrescendi locus est.*

5 *Diuisio à testatore inter heredes facta quid operetur.*

6 *Bonorum appellatione veniunt emphyteutica secus appellatione hereditatis.*

7 *Diuisio etiam iurata cum permissione de non veniendo contra ipsam retractatur si in ea sit erratum.*

8 *Contrahentibus licet se inuicem decipere intra dimidiam iusti pretii, declaratur vt infra.*

9 *Læsio intra dimidiam vel vltra quando retractetur.*

10 *Limitationes ad regulam quod licet contrahentibus se inuicem decipere hic expenditur.*

11 *Modica læsio etiam in foro conscientiæ non consideratur.*

QVÆSTIO XVI.

1 FRATRES communia bona † scorsum decennio possidentes diuisionem tacite fecisse, ac ei acquicuisse videtur, *glos. in leg. si Maior. C. commun. diuidendo* quam ibi sequuntur Butrigar. Odofred. Bart. Bald. Salic. & Paul. & concludendo probant Alex. *cons. 92. volum. 2. Ias. cons. 28. vol. primo & cons. 172. volum. 4. Ruin. cons. 117. & iterum consil. 167. volum. 3. & communiter ita tenetur, vt refert Ias. dict. consil. 28.* Nam facta relatione de patientia ad patientiam resultat quædam permutatio, cui inest diuisio, & sic probatur executio obligationis de diuidendo ex prima materia communionis, *Bald. cons. 437. volum 1. Ias. dict. consil. 177. volum. 4.* Sed ita
2 demum diuisio † præsumitur ex diutina possessione per diuisionem, si partes pro diuiso possessæ æquales sint, & debita sit inter eas proportio, alioquin diuisio non præsumitur, cum nemo suum velle iactare credatur, Bald. *in d. leg. si maior. C. commun. diuid.* & quamuis plerique contrarium tenuerint, dicentes tametsi partes pro diuiso possessæ non essent æquales, nec debita inter eas proportio foret, adhuc ex possessione pro diuiso diuisionem resultare, *vt Salic. in d. l. si maior. nu. 2. Alex. cons. 29. vol. 2. Ias. cons. 28. nu. 2. vol. 1. & cons. 2. col. penult. vers. 4. non obstat vol. 3. Ruin. in consilio superius adducto,* opinionem tamen Baldi sequuti sunt *Paul. de Cast. in d. l. si maior. Fel. in c. sicut n. 29. de re iudic. Bald. tract. de præscript. prima parte tertiæ partis principalis q. 10. n. 45. Boer. decis. 58. nu. 3. & 8.* & Baldi sententia communiter recepta est, & in iudicando & consulendo sequenda, vt inquiunt Boer. & Bald. proxime
3 citati. Ego vero † vtramq; sententiam sic cōciliari posse opinor, & vera sit cōtra Bald. sententia, quoniam inæqualitas esset in modico, quia tunc de paruo præiudicio non curatur. At si inæqualitas esset immoderata, sententia Baldi præualet: tunc enim cum de magno præiudicio tractatur, diuisio non præsumitur, cui iactatio inest, & ita recte intuenti est de mente Baldi *in dict. leg. si maior.* & sentit quoque Paul. de Cast. ibidem dicens, secus esse, si res, quas ego possideo, valebant longe plus quam illæ, quas tu possedisti, Alex. *consil. 25. num. 16. volum. 5.* dixit, secus esse, quando portiones essent valde dispares, & est de mente Petri de Vbald. vbi supra, & inæqualitas immoderata quando extare dicatur, iudicis est arbitrium, argumento eorum quæ habes infra, *quæst. 53. numer. 22.* Ve-
4 rum si à † testatore inter heredes in testamento facta sit diuisio, habet illa vim prælegati in eo quod singulis heredibus fuit in diuisione assignatum, *leg. cum princip. §. euict. vbi Bart. Bald. & Immola. ff. de leg. 2.* & residuum hæreditatis à testatore non diuisum debet in heredes proportionibus hereditariis diuidi, & licet in partibus inæqualibus sibi assignatis sint heredes instituti, nihilominus loco legatariorum habentur, nec alteratur institutio vniuersalis subsequens, quo minus credita & debita & alia non diuisa ad heredes pertineant proportionibus hereditariis, & sic diuisio facienda est pro quota hereditatis, non pro quantitate bonorum sibi singulariter assignatorum, *leg. ex facto proponebatur leg 2 ff. de hered. instit. iuxta glos in verbo æquis partibus* & quod ibi tenet Bart. Bal. & reliqui, *Paris. cons. 94. num. 53. vol. 2.*

5 Atqui † si frater fratri quietationem facit de eo, quod petere posset in hereditate paterna, non veniunt feudalia & emphyteutica. Aliud vero quando fratres repudiassent bona paterna, quia appellatione bonorum comprehenduntur emphyteutica & feudalia, ita vt primo casu non sit sua renūtiatione exclusus ab emphyteuticis & feudalibus, at secundo casu excludi renuntiantem affirmat *Bart. in l. item videndum. §. nunc videamus in fi ff. de petit. hered. Ias in præludiis feudorum num. 45. per doctrinam Specul. d. §. nunc aliqua vers. 156. & idem repetit vbique Ias. vt in leg. Gallus. §. quidam recte nu. 44. ff. de libern & posthum. in l. si non sortem. §. libertus n. 55. ff. de condit. indebit. in auth. vnde si parens n. 7. C. de inoff. test. & sequuntur Paris. & Pomates in addit. ad Bartol. dict. §. nunc videamus. Dec. cons. 389. in fin. Ruin. consilio 37. num. 12. volum. 1. Thomas Ferrat. caut. 35.* vbi ita Paduæ iudicatum fuisse dicit interuentu penulariorum Doctorum tunc ibi existentium, & probat Alexandrinus, *dict. §. quidam recte numer. 177. & num. 178.* declarantque id verum esse in emphyteusi emptitia, quo casu filiis renūtiantibus bona paterna obstat renūtiatio. Secus in emphyteosi gratuita, q̃ filii non à Patre sed ab ecclesia dicūtur habere, ideo renuntiatio bonis paternis facta non trahitur ad emphyteusim, quā filii ex gratia ecclesiæ concedentis, non Patris conducentis habent.
6 Sed quid si † in diuisione tota emphyteusis obuenerit vni & alteri, nihil de ea remanserit, iure accrescendi locus fieri nō posse videt. Cū enim portio portioni accrescat & emphyteusis defecta non inueniat cui accrescere possit, sublatū videbat̃ ius accrescendi, Bald. *in l. 1. n. 33. C. quando non pet. partes, sequitur ibi Roman num. 10.*

7 Responde cōtrarium † verius esse, q̃ non portioni, sed personæ accrescit. Idcirco alter cui statū cōtigit allodium nō priuatur iure accrescendi, *argu-*

tex.in leg.ſi Titio.§.vſufructum.ff.de vſufruct. & quemadmodum quis vtatur,& ita per illum textum tenet idem Bald. *in addit ad Specul. tit.de locato.colum. penult.in fin.Alex in addit. ad Baldum in d.l.prima Cod. quando non pet.part.Aret.in lege qui Roma.§.duo fratres num.19.ff. de verb.obligat.* vbi hanc opinionem veriorem & communiorem eſſe refert.

8 Atque ſi in diuiſione † ſit erratum, vt quia in diuiſionem venerint bona, quæ erant alterius diuidentium propria diuiſio retractari poteſt, & quamuis inſtrumento diuiſionis et iurato conuẽtum ſit non venire contra diuiſionem, adhuc diuiſio reuocari poteſt,cum in eo in quo fuit erratũ iuramentum non ſit obligatorium, quia de eo ꝙ ignorauit iurando non cenſetur cogitaſſe. *l.ſi poſt diuiſionem,& quod ibi ſcribentes.C.de iur. & fact.ignoran.& not.Paul de Caſtr.in l.ſi.§.idem quæſiit in fi.ff. de condict.indebiti.Dec.conſ.206.in princ & alibi ſæpe, Bertrand.conſ.15.n.1.in fi.cum ſeq.vol.3. parte 2. Ruin. conſ. 167.n.19.& 23.vol.2.* vbi veram & communem eſſe opinionẽ inquit,idem quoq; verum eſt ſi id quod commune erat, in diuiſione nõ fuit comprehenſum.*l.tres fratres.ff.de pact.l.ſi error.C. de tolat.*vbi omnes dicentes,ꝙ id quod dolo vnius ex fratribus ſubtractum vel alterius fuit culpa occultatum de bonis communibus,& in diuiſione non compræhenſum repeti poteſt, & ſi exceptio pacti opponatᷣ replicatione doli excipiens excluditur, quia pactũ non perimit id,de quo non fuit cogitatum.

9 Non obſtat † quod licitum ſit contrahentibus ſe inuicem decipere infra dimidiam iuſti pretii, *c. cum cauſa.de teſtib.c.cum dilecti. de emptione & venditione.& eſt caſus in materia diuiſionis.in l. Maioribus C.*
10 *communia vtriuſque iudicii.& notatur in l.2. Cod. de reſcindenda venditione.* Obiectum enim tollitur † cum diſtinctione aut læſio cauſatur ex dolo partis qui principaliter adhibetur in contractu , quem dolum ex propoſito ſeu verum dolum appellant, veluti ſi ad contrahendum quis dolo inducitur, qui alias non erat contractum initurus , vt patet exemplis,quæ ponit Bald. *in dict. leg.2.3. oppoſitione.Cod de reſcindenda venditione.* Tunc vtique contractus redditur ipſo iure nullus , qualiſcunque ſit læſio , ſiue intra ſiue ſupra dimidiam. Aut læſio oritur ex dolo in contractum incidenti, quem dolum re ipſa ſeu dolum præſumptum dicunt, veluti quando quis contractum initurus erat, fuit tamen in eo deceptus, vt plus minusvé iuſto venderet vel emeret , tunc læſio vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis non tolleratur ea benignitate *legis ſecundæ. Cod. de reſcindenda venditione.* Ete-
11 nim tunc dolus præſumitur † abſque eo , quod extrinſecus probetur,at ſi intra dimidiam alterutra partium læditur, tunc verum eſt, quod licet contrahentibus ſe inuicem deciperet & contractus reſcindi non poteſt, quia læſio intra dimidiam dicitur induſtria negotiatiua, quam lex ciuilis atque canonica tolerat dolo & fraude ceſſantibus ob bonum publicum , ne commertia tollantur , perque genus humanum conſeruatur regitur,*vt habetur in dict. leg. Maioribus. C. communia vtriuſque iudicii, vbi notant Bartol. Bald. Salicetus & Paulus & poſt eos Pantaleon.de Cremma. in d. l.ſecunda. C.de reſcindenda venditione. & late quoque idipſum ibi deducit Hieronymus Cagnolus & notant Rimualdus d.l.ſi ſoror.C.de collation. Abb.Imola Anania atque Felinus d. cap.cum cauſa de teſtibus & cæteri canoniſtæ in dict. captum dilecti.de emptione & vendition.* & de hoc ſcribẽs Ioannes de Anania *dict.cap.cum cauſa nu.4.* sex adducit limitationes ad regulam,quod licet contrahẽtibus ſe inuicem decipere, quarum prima eſt ꝙ tametſi licitum ſit, non tamen honeſtum eſt.Nouiſſima vero eſt ex mente Antonii de Butrio, *in c. in ciuitate de vſuris.*quod in foro conſcientię & pœnitentiæ licitum non eſt ſe inuicem decipere,proinde ad limitationes , quas ponit ibi Anania recurſus haberi poteſt.

SVMMARIA.

1 *Iudex in ordinariis poſt concluſum in cauſa partes ex officio interrogare poteſt ad declarationem retroactorum tantum , ſecundum Innocentii ſententiam.*

2 *Iudex in ordinariis poſt concluſum in cauſa partes ex officio interrogare poteſt, etiam ad fundamentum de nouo partis intentionem ſecundum Antonii de Butr.opinionem.*

3 *Iudex in ſummariis tam ex officio quam ad partis inſtantiam,tam ad declarationem , quam ad nouam intentionem poteſt interrogari.*

4 *Iudex qui inſtante parte interrogat, ex officio facere dicitur,quia voluntarie facit.*

5 *Iudex ſi inſtanti parte interrogare recuſat appellari non poteſt.*

6 *Si modo ex æquitate iuri conſena faciat, aliter ſi ſuo capite mouetur.*

7 *Poſitiones poſt ter. probatorium fieri poſſunt.*

8 *Poſitiones poſt publicatas atteſtationes admittuntur.*

9 *Multo magis iudicis interrogationes.*

QVÆSTIO XVII.

1 IN cauſſis ordinariis an ex mero iudicis officio poſſit † debeatque Iudex partes interrogare, Doctores diſſentire videntur, Innocent. *in c. cum Ioannes.de fid.inſtr.* in finalibus verbis firmat iudicẽ ex officio poſſe interrogare de his quæ ſunt dubia ratione eorum , quæ acta ſunt ante concluſionem in cauſſa, nam de aliis non poteſt quærere, Ant.de Butr. *in cap. de iuditiis num.3.* tenuit quod non ſolum ad clarificationem dubiæ probationis poteſt iudex interrogare poſt concluſionem in cauſam factam, quæ aliis actibus excludit aditum,ſed etiam ad fundandam de nouo probationem. Hinc ſcribentes altercantur , alii Antonium de Butt.alii Innocentium ſequentes, Innocentii ſententiam, quod non ad fundamentum nouam partis intentionem , ſed duntaxat ad declarationem in proceſſu deductorũ, ex officio poſſit Iudex interrogare , comprobat Felin. *d.c.1.n.3.de iudi. per gloſ. in §. quia vero in verbo non habebit.in Auth.de teſtib.*ibi non vt addat ſed vt habeat declarationem iam dictorum.idem Feli.*in d.c.cum Ioannes n.11.& 12.*refert propter auctoritatẽ Innoc. & gloſſæ hãc partẽ eſſe in practica ſubſtẽtabilem,

& hanc

& hanc communem dicit Barbat. *d. cap. 1. num. 21. de inditiis.* licet contrariam teneat æquitate concurrente, eandem Innocentii partem tenet Marsil. *in l. 1. §. si quis vltro. nu. 44. ff. de quæst.* dicens, quod eam communiter scribentes sequuntur. idem Marsil. *sing. 155.* affirmat communem esse conclusionem, & hanc quoq; Innocentii opinionem plene comprobat Rip. *d. c. 1. n. 21. de iudic.* dicens: Si certe computes autoritates, opinio Innocentii videtur magis communis.

2 Verum Antonii de Butr. † sententiam, quod nedum ad declarationem retroactitatorũ, sed etiam ad fundandam nouam partis intentionem, possit iudex ex officio post conclusum in causa interrogare, comprobat Alex. *in l. 4. §. hoc autem inditium. num. 18. & 19. ff. de damn. infec.* quam communiter secundum eum Doct. sequuntur, per text. *in l. vbicunque. ff. de interrog. actio. & in cap. c. iudicante, 30. quæst. 5. & alia de quib. ibi.* & hanc partem tanquam magis communem amplectitur Dec. *d. c. 1. num. 9. de iuditio.* & Felyn. ibidem refert communiorem esse, & eandem tanquam communem probat Ias. *in repet. l. admonendi. num. 63. ff. de iureiu.* & idem consulendo voluit Ruin. *cons. 30. in princ. vol. 4.* Similiter veras (vt ipse ait) & communes conclusiones, & vt magis communem sequitur Marant. *in suo Speculo 9. distinctione. 4. parti. numer. 28.* Ego vero libentius Butrii adhærerem opinioni, & Innocentii sententiam in practica non admitterem, vtpote quæ ad probationes angustandas tendit, quas ampliari conueuit ad veritatem indagãdam, *Bald. in auth. qui semel. C. de probat. Bart. in l. quoniam. C. de heret.* magis veritas quam iuris solemnitas attenditur, *l. cum tabernam. §. idem quæsit. ff. de pignor. Bald. cons. 10. in fin. vol. 1. & cons. 265. num. 3. vol. 1. Paul. de Cast. cons. 234. in fin. principii. vol. 2.* vbi inquit, quod iudex defensor veritatis esse debet, quia semper male ostenditur veritas, & hæc in ordinariis.

3 At in summariis † nemo est qui discrepet, quod nedum ex officio, sed etiam ad partis instantiam debet iudex in quacunq; parte iuditii, etiam post conclusum in causa, etiam ad fundandam nouam partis intentionem interrogare, *per textum iuncta gloss. in clement. sæpe, de verb. signif. in verb. interrogabit.* quam ibi sequuntur Cardin. Anch. Imol. & Ge-
4 org. Natta. Et si pars † institerit fieri interrogationes, quia iudex ad hoc cogi non potest, si interrogat, magis ex officio suo facit, quam ad partis instantiam, eo quod voluntarie, non autem coacte facit, ita declarat Paul. de Cast. *cons. 746. num. 2. vol. 1. Ruin. d. cons. 30. num. 3. vol. 4.*

5 Sed & si iudex † interrogare requisitus recusat, grauare non dicitur, nec potest appellari, *Bald. d. l. vbicunque. ff. de interrog. action. sequutus Specul. de officio omn. iudic. §. impedit.* cum (vt Speculator ait) istud officium non resideat in parte, sed in iudice. Verum hoc dictum temperandum est, quod etsi in arbitrio iudicis sit, quando æquitas subesse dicatur, & sic admittere vel recusare interrogationem
6 faciendam. Non tamen debet ex † suo capite moueri, sed æquitate rationi consona, & si secus fiat, potest appellari, ita expressim voluit Alberic. *d. l. vbicunque. num. 2. & pariter Innocentius in cap. cum speciali. num. 4. de appellat.* vbi in interrogationibus in iure faciendis inquit: Si iudex dicit, se moueri ex æquitate, vbi moueri non debet, appellandum est, alias sibi pars infert præiudicium, & Innocentium ibi sequuntur Imol. *numer. 9. per l. si qua pœna. cum ibi not. ff. de verb. signif. & gloss. in c. super iis. de accu.*

7 Quodque possit † iudex ex officio interrogare, confirmo ex eo, quod post terminum probatorium positiones fieri possunt, vt tradit Specul. *tit. de dilationib. §. nunc videndum restat. num. 9. Ioan. Andr. in addit. ad eundem. d. tit. de positionib. §. 4. num. 4.*

8 Quin etiam post conclusum † in causa publicatasque attestationes positiones admittuntur, vt decidunt Innocent. Bald. atque Fely. *in c. vltra tertiam. in fin. de testib. Cardinal. in clement. vnica num. 19. de causa possess. & proprietat. Marsil. sing. 110.* Multo ergo magis admittuntur interrogationes ex officio a iudice faciendæ, ita in specie tradit idem Specul. tam in tit. de positionibus, quam in tit. de dilationibus proxime citatis, *per text. d. cap. cum Ioannes. de fid. instr. & c. iudicantem. 3. quæst.*

SVMMARIA.

1 *Iudex in causa intricata cogere debet partes ad concordiam.*
2 *Sportulæ quando iudici debeantur.*
3 *Iudex immoderatas exigens sportulas non liberatur à restitutione per remissionem verbalem.*
4 *Iudici Ecclesiastico sportulæ non debentur.*
5 *Exemplum memorabile iudicis boni.*

QVÆSTIO XVIII.

1 BONI iudicis partes † sunt lites dirimere, & indemnitati litigantium studere, imo quando longo tempore litigatum est, & causa est intricata, ita quod non facile discerni potest, vter litigantium bonam causam foueat, tunc ratione peccati, in quo litigantes detinentur, debet iudex compellere partes ad concordiam, casus est *in cap. studendum. & in cap. placuit. 90. distinct.* & plene comprobat Felyn. *in c. 1. num. 5. de treuga & pace. & tenent quoque in verbo Iudex. Angelica num. 4. Syluest. num. 12. Tab. num. 3.* Et probantur hæc, quamuis ipsi non allegent ex verbis Domini cõcordiam percipientis, dum ait: Esto consentiens aduersario tuo cito, dũ es in via cum eo, ne forte tradat te iudici, & iudex ministro, & in carcerem mittaris. Quæ vtique verba, etsi in sensu allegorico aliud insinuant, nihilominus in sensu literali hic conueniunt. Ve-
2 rum quia frequenter peccant iudices, † sportulas magis quam concordiam sectantes, illos in sportularum vsu admonitos volo, quod iudex prouisionem à publico, vel à Principe sibi assignatam non habens, sportulas pro labore recipere tuta conscientia potest, quoniam nemo militat stipendiis suis, & qui pascit gregem, eius lacte vescitur, *cap. iam nunc. 28. quæst. 1. in finalib. verbis.* Iudices au-
3 tem † Ecclesiastici nullas prorsus petere possunt sportulas, ii namque contenti esse debent suis dignitatibus, & earum redditibus, vt præter proxime relatos latius expendit Astensis *lib. 1. tit. 38. art. 3.*

ſubiungens quicquid ſit de iure, de facto, contrarium ſeruant iudices, & praua conſuetudine, vel potius corruptela, & præcipue B. Antonius *tertia parte.tit.9.cap.20.§.8.in fine.* conſuetudinem reprobant, & Sylueſter verbo Iudex, 1. *quæſtion. 8. verſ. quartum.* communem opinionem aſſerit, quod conſuetudo huiuſmodi non valet. At ſi im-
4 moderatas † eatorquent contra publicas conſtitutiones, vel laudabiles conſuetudines, ad reſtitutionem earum tenentur, maxime in foro pœnitentiali, & eſt quippe canonib. adeo odioſa ſportularum indebita exactio, quod ſpontanea remiſſio iudici facta non liberat eum ab obligatione reſtituendi, niſi iudex actualiter offerat, vel reſtituat ei, à quo extortæ ſunt, *cap.ſtatutum §.ſi quid autem.de reſcriptis.in 6.& c.2.de cenſibus. eod. tit.* & vtrobiq; gloſſa notat, donare ſane poteſt is, cui extortæ ſunt poſt reſtitutionem vel realem oblationem à iudice ſibi factam, ante oblationem, vel reſtitutionem, remittere non poteſt, ita quod iudex ſit in conſcientia tutus. Præmiſſa quidem comprobantur ex iis, quæ ſcribunt Gabriel Biel, *in 4. diſt. 15. quæſt.6.& in verb.iudex. Angelus num.8. Sylueſt. 1.quæſt.8. Fabien in verb.reſtitutio.num.40. B.Antonius parte 2.titulo 2.cap.4 & part.3.tit.9.cap.2.* Non obſtat, quod contrarium tenent Hoſtienſ. *de vſuris. §.eſt autem.num.12.circa finem.Medina de reb.reſtituendis.quæſt.3.verſ.ſecunda cauſa.Caiet.ad S.Thom.2.quæſt. 62.art.6.ad tertium. ſequitur Nauarrus in Enchirid.c.17. num.45.* dicentes, remiſſionem libere factam ab eo qui donare poteſt, liberare debitorē. Ad hoc obiectum reſpondetur, in foro contentioſo illud verum eſſe, ſecus in foro conſcientiæ, vt aduertit S. Anton. ſup. cit.loc. 2.*part.* Rurſus reſpondeo, regulariter verum eſſe, remiſſionem valere, ſed fallit in remiſſione iudici facta de ſportulis indebite ablatis, ad reprimendam malorum iudicum concuſſionem vel fraudem, vt gloſſæ prællegatæ notant, ſicuti etiam fallit in aliis quibuſdam caſibus ſpecialibus, quos ponit Medina, vbi ſupra, *verſicul. poſtremo ad idem.* & teatus ſunt aperti, qui euitari nequeunt, *in dict.cap.ſtatutum. & in d. c. 2.de cenſib.in 6.* & hęc eſt communis Theologorum ſententia, vt Hoſtienſ.refert, tametſi ipſe contrarium teneat. Porro iudices, qui ab huiuſmodi illicitis abſtinent, ſummum beatitudinis gradum in cœlis ſibi comparant, vt Eſaias inquit: Qui excutit manus ab omni munere, in excelſis habitabit, ſtudeant iudices eorum officium in charitate eaercere. Hoc vtique æternæ Maieſtati adeo gratum eſt, quod etiam fidelibus bonis iudicibus
5 præmia largitur. Refert enim † Beatus Antonius ex mente Petri de Palude, *2.part. titul.1.cap 19. §. 2.* Quod cum in Francia quidam foderet agrum, inuenit linguam humanam viuam, quam interrogans cuius eſſet, illa reſpondit ſe eſſe linguam hominis Pagani, qui diu iudex fuerat, & nunquam ſententiam iniuſtam emiſerat, ob idque Deus animam ſuam in illo membro ſeruauerat, donec Baptiſmum reciperet. Quod cum nunciaretur Epiſcopo, ille cum clero illuc veniens, poſt locutionem linguæ auditam, Epiſcopus illam baptiaauit, & confeſtim in puluerem reſoluta eſt. Vide ergo, quam diligat Deus iudicem bonum: econtra vero iudicem malum valde odit, in Sapientia namque legitur: Quoniam non cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, horrende apparebit vobis, & iudicium duriſſimum fiet his, qui præſunt.

SVMMARIVM.

1 *Cautela Baldi ad examinandum teſtes poſt publicatas atteſtationes.*
2 *Iudex ſecundum allegata & probata, quamuis iudicare teneatur, non tantum prohibetur informationes extraiudiciales capere.*
3 *Concluſio in cauſa eſt terminus probationum excluſiuus.*
4 *Index pro abſente ex contumacia vel alia iuſta cauſa probationis inducere poteſt.*
5 *Iudex defenſor veritatis eſſe debet.*
6 *Ad veritatem perquirendam omnia iura clamat.*
7 *Iudex veritatē perquirere debet, ſicut venator leporē.*

QVÆSTIO XIX.

TESTES poſt publicatas atteſtationes ob timorem ſubornationis produci nequeunt. *Clement.teſtib.extr.de teſtib.& probant ibi Archid.Car.*
1 *& Imol.* eſt tamen cautela, † vt pars det iudici nomina teſtium, & ſe abſentet tūc iudex, in quo ſubornatio nō timetur, poteſt recipere teſtes, & teſtimonium eorū valebit. *Bal.in l.ampliorem. nu. 8. C. de appell.ſequitur Lanfranc.in practic.in verb.teſtium depoſitiones.n 27.Iaſ.in l.vbi pactum.n.14.C.de tranſact.plene Alex.in l.4. §.hoc autem iudicium.n.13.& ſeq.ff.de dam. infect.* reprobans Romanū ibi contrarium tenentem, & Baldi cautelam ſequūtur etiam Aym. *conſ. 134.n.1.vol.1.plene Marſ.in l.1.§.ſi quis vltro.n.8.de quæſt.* Contrarium tenet Corſetus *ſingul. 22.* limitans ex mente Rom. *in rub.de arbitr.* Baldi doctrinam procedere, quādo iudicis culpa teſtes minus recte forent eaaminati, & limitationem ſequitur additio ad Lanfranc. vbi ſupra, proaime Pau. de Caſt. *conſ. 246.per tot.vol.1.* Ego vero Baldi ſententiæ libenter me ſubſcriberem, vt veritas ſæpius agitat magis
2 ſplendeſcat in lucem ea pluribus. Iudea † etſi ſecundū acta & probata iudicare teneatur, nihilominus non prohibetur à teſtibus extraiudicialiter receptis informationes capere, & cæteris paribus ſecundum eos iudicare, per ea quæ adducit Aleaand *conſ. 112. vol. 4.* quodque iudex moueri poſſit ad iudicandum etiam ea iis, quæ eatra acta ſunt, firmant Abbas & alii, & poſt eos Felynus *in capitul. paſtoraln. numer. 29. de offic. delegat.* quod vtique verum eſſe aiunt, quando iudici certitudinario de veritate conſtat, non quando ſuſpicatur, vel opinatur veritatem aliter ſe habere, quam conſtet in actis, ad idem quoque facit Iaſon *in §.ſi minus.numer.decimo quinto. vbi plene inſtitution. de actionib.* Aymo *conſilio centeſimo octuageſimo nono. nu.1.*
3 Secundo concluſio † in cauſa, quamuis ſit terminus probationum excluſiuus, iudex tamen, cui nunquam concluditur, & cuius officium ſemper vniformiter viget, poteſt probationes ex officio recipere, & præſertim pro eius informatione,

Roſa

Rota decis. 2. de testib. in nonis. Abbas in cap. cum dilectus. de fide instrum. Decius in cap. denique. 2. notabil. de exceptionibus. Ieronus cap. quoniam contra. num. 209. de probationibus. Ias. repe. l. admonendi. numer. 62. ff. de iureiur.

4 Tertio iudex † probationes inducere potest pro absente ex contumacia, vel alias ex iusta causa. *Auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. vbi Bart. Alex. & reliqui.* imo fortius consuluit Aret. *consil. 246.* quod nedum potest iudex, sed etiam tenetur ad defensionem absentis ex officio testes recipere, quamuis sint publicatæ attestationes.

5 Quarto, iudex † defensor veritatis esse debet, alias nihil perniciosius contra Deum, nam semper male ostenditur veritas, inquit Paulus de Castro *consil. 234. in fine principii. volu. 2. & cons. 257. versicul. constat autem. in fine. volumin. eodem.* Idemque alias dixit *cons. 143. viso processu. num. 2. vol. 2.* Quando iudex in multis coram se gestis perpendit indubitanter ita esse, licet probatio directa facta non sit, potest salua conscientia iudicare, & melius *consilio trecentesimo octuagesimo, per totum. volum. 1.* vbi quod conformare iudicium suum cum veritate debet, & eam summopere adiuuare, ipsiusque veritatis probationes ampliare, & qui littera legis seruata repugnante conscientia veritatem offendit, ædificat ad gehennam, atque Bald. *consil. 10. in fine. volum. 1.* inquit, magis veritas quam iuris solemnitas attendatur, *per leg. cum tabernam. §. idem quæsiit. ff. de pignorib.* & alibi idem Baldus *consilio 265. num. 3. volu. 1.* dixit, habita veritate secundum eam iudicandum est, & quando veritas nullo modo patere potest, iudicari potest secundum conscientiam, *per l. illicita. 5. §. veritas ff. de off. præsid. & arg. capit. cum clerici. de re iud. lib. 6.*

6 Quinto, ad † veritatem perquirendam omnia iura clamant, & præcipue lex diuina, vt habetur Deuteronomii *capit. 13. ibi: quære sollicite & diligenter rei veritate perspecta,* & apud Esdram: *lib. 3. cap. 4.* omnes populi clamauerunt, & dixerunt: *Magna est veritas & præualet.* Et Psalmista canit: *Ne auferas de ore meo verbum, veritas vsquequaque.* Et Saluator ait: *Ego sum via, veritas & vita,* ex quibus apparet, quod veritas in omnibus prædominari debet, & vti venator leporem per loca densa & aprica perquirit: sic iudex veritatem omni conatu venari debet. Neque propterea iuris ordo destruetur, sed iudicii forma regulariter seruetur, & si iudicem æquitas mouerit, Baldi cautela vitatur, & veritatem vtcunque potest assequatur. *Argument. l. vbicunque. ff. de interrog. action. l. prima. ff. de iurisdiction. omnium iudicum.* & sic ex præmissis patet, quod vti vera admittenda est Baldi cautela, de qua supra.

SVMMARIA.

1 *In schola Theologorum est dissensio, an Iudex debeat iudicare secundum veritatem sibi extra processum, notá.*
2 *Receptior est opinio quod non.*
3 *Iudex non potest iudicare contra veritatem à iudice tanquam priuato cognitam.*
4 *Limitatur non procedere, quando imminet periculum animæ.*
5 *Secundo limitatur non procedere, quando extraiudicialiter procedere potest.*
6 *Tertio limitatur non procedere, quando facultatem habet prohibendi in scriptis, & sine scriptis.*
7 *Quarto limitatur, quando potest procedere de facto, & sola veritate inspecta.*
8 *Quinto, vbi agitur de reo absoluendo.*
9 *Sexto limitatur, non procedere, quando testes suspecti sunt.*
10 *Septimo, quando iudicat iis qui supra leges sunt.*
11 *Octauo declaratur, præmissa procedere, quando veritas certitudinarie constat.*

QVÆSTIO XX.

1 MAGNA est in † schola Theologorum dissensio, an iudici liceat iudicare contra veritatem sibi notam, propterea qui in contrarium probantur ex processu, aliis partem negatiuam, aliis affirmatiuam sequentibus, qui partem negatiuam tenent, inquiunt: iudicare contra veritatem est iudicare contra ius naturale atq; diuinum, & quod vtilius est scandalum nasci, quam veritatem deserere, quodque iudicis officium latissimum est. Ideo potest subterfugere in fauorem veritatis, & alias quoque rationes adducunt auctoritatibus sacræ scripturæ munitas, quas refert & sequitur Angelica *in verb. iudicare. num. 7.* vbi plene hanc partem tuetur: veruntamen receptior est o-
2 pinio, † quod iudex tenetur iudicare secundum allegata & probata, etiam contra veritatem, quam ipse nouit, quæ sententia originem habuit ex verbis Augustini, dum ait: Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, sed secundum leges & iura pronunciat, quam quidem sententiam S. Thom. *22. quæst. 61. art. 2.* dicens, secundum iura iudicare, est secundum ea, quę in iudicio proponuntur & probantur, & rationem addit, quia iudicare pertinet ad iudicem, secundum quod fungitur publica potestate, non secundum id quod ipse nouit, tanquam priuata persona, per instrumenta & testes, & alia legitima documenta, quæ sequi tenetur, cum districtius ea discutiens non possit earum defectum inuenire, & hanc sententiam, qui eam tenent, asserunt eam veram esse tam in causis ciuilibus, quam etiam criminalibus, ita quod iudex necesse habet reum iudicialiter conuictum ad mortem damnare, quamuis ipsi extra processum certa sit eius innocentia, imo volens causam superiori remittere, & se ab onere iudicandi eximere, non auditur, sed nec officio, quod gerit renuncians excusatur, præmissaque in singulis eius membris rationibus comprobant, contrariaque tollunt, Richardus *quodlibeto 24. quæst. 25. Caietan. ad S. Thomam loco, de quo supra Sotus de iustitia & iure libr. 5. quæst. 4. artic. 2.* quorum vterque fusissime rem dilucidant aliosque enumerant eandem sequentes opinionem, & habent Canonistæ *in c. iudicet. 3. quæst. 7.* vbi est text. in hoc articulo admodum notabilis, præmissa confirmans, vbi dicitur, qui iudicat, voluntati suæ obtemperare non debet, sed tenere quod legum est, & hæc quidem Theologorum sententia licet pugnare videatur cum cautela Baldi, &

cum iis, quæ inris ciuilis interpretes superius af-
firmarunt, vere tamen sibi inuicem non aduer-
santur, qnoniam id, quod dictum est, posse iudi-
cem infotmationes capere extraiudiciales, & se-
cundum eas iudicare, procedit, quia tunc verbis
innotescit iudici, tanquam iudici, qui informa-
tiones extra processum habitas in processu ponit
ad partes. Si iudex, priusquam officium iudicandi
assumeret, facti veritatem vt priuatus nouit, sic
namque sentiunt vtriusq; iuris glossatores, nem-
pe *in dict. l. illicitas. § veritas. ff. de officio præsidn. atque*
in l. eadem ratione. ff. de feriis. & dixit glossa in dicto cap.
iudicet. 3. quæstione 3. quod secundum ea quæ vult,
vt index pronnociare debet non secundum ea,
quæ nouit, vt homo, & idem teoet Anchoranus
in capit. canonum statuta. num. 44. vbi communius
de constitut. quam etiam communem ait Nauar-
rus in Manuali *cap. 25. nn. 10. & Summistæ sequuntur,*
3 *qui & ipsi communem appellant.* Cæterum hac † opi-
nione retenta, quæ habet veritatem à iudice tan-
quam priuato cognitam sequendam non esse, li-
mitatur non procedere, quando imminet pericu-
lum animæ, vel quãdo læderetur publica vtilitas,
4 vt ex † mente Host. & Archidi. inquit Angelica,
in verb. iudicare. n. 7 & improbatur ex iis, quæ scribit
Anton. de Butr. *in cap. ad petitionem. n. 14. de accusat.*
& Cardinalis ibidem nu. 3. vbi de veritate inquirenda
in causa vsurarum agebatur, & ibi quoque probat
5 Ioan. de Anania *num. 5.* Secundo quando † iudex
procedere potest extraiudicialiter seu pro arbitrio
suo, vel ex forma statutorum, vel ex potestate à
principe sibi delegata, tunc in iis quę eius arbitrio
committuntur, sequi potest propriam conscien-
tiam, vt firmat Angelica loco, de quo supra in fio.
Syluest. *verb. iudex. 2. n. 5.* & comprobatur ex iis, quæ
dicit Alberic. *in suo dictionario in verb. extraordinarie,*
vbi inquit extraordinarie, hoc est, sine figura iu-
dicii, seu arbitrio suo, accedit *Bartol. in extrauaganti*
ad reprimendum, in verb. sine figura. vbi inquit, quod
tunc sublata suot ea, quę à iure ciuili sunt inducta,
& seruanda sunt ea, quæ de iure naturali sunt; pla-
ne ius naturale atque diuinum iubet veritatem in
omnibus præualere, à mendaciis vnumquemque
cauere, quod non faceret iudex veritatem, vt pri-
uatus sciens, & contra eam ex actis iudicans. Ius
quippe diuinum non distinguit veritatem notam
iudici, vt iudici vel vt priuato, sic ait Aogellica vbi
supta, subdens in præuaricatione Dei præcepto-
rum: non habet locum hæc distinctio, non enim
index puniretur contra cõscientiam iudicans, sed
homo, quamuis faceret, vt iudex. Vbi ergo iudici
auctoritas esset causas cognoscere atque termina-
re extraiudicialiter, vel extraordinarie, atque sine
figura iudicii, tunc limitatio hæc procedit.
6 Tertio, si iudex ex † facultate sibi à superiore
impertita procedere & decidere causas potest io
scriptis & sine scriptis, propriam sequi conscien-
tiam potest, secundum Fely. *d. c. pastoralis. n. 24. post*
Bart. & Bald. ubi citatos.
7 Quarto, regula supra firmata multo magis † li-
mitatur, non procedere, vbicunque causa de iure
& de facto vel sola veritate inspecta cognosci &
terminari potest, tunc veritas quomodocunque
habita amplectenda est, Rota *decision. 33. de rescrip.*
in nouu. & decis. 488. in antiq. decis. Pedemon. 1. sub diuer-
sis numeris. vbi plenissime.
8 Quinto, si ad condemnationem rei † instatur,
atque in processu & actis culpabilis noo proba-
tur, absoluendus est, tametsi iudex extra proces-
sum culpabilem illum esse pro certo sciat, quippe
tunc propriam conscientiam sequi non tene-
tur, sed secundnm acta iudicare necesse habet, &
est diuersitatis ratio, quia satius est nocentem ab-
solnere, quam innocentem condemnare, *l. absen-*
tem. ff. de pœnis. l. qui accusare. C. de edendo. l. fauor. ibi lio-
res. ff. de regulis iuris. & tenet Angel. præcitata. & Syluest.
in verb. iudex. 2. n. 5.
9 Sexto, si testes † suspecti reddantur ex causa
suspitionis in actis registrata, vt si cum pallore vel
trepidatione depnnant, vel ex alia causa, suspectos
se reddant secundum terminos, *l. tum magis. ff. de*
testibus. tunc vtiq; iudex potest testibus fidem non
adhibere, atq; contra acta & probata iudicare.
10 Septimo, quando iudicatis, † qui est supra le-
ges, nempe princeps & quiuis superiorem non re-
cognoscens, potest veritati adhærere, propriamq;
sequi conscientiam, quam extra acta vtcunq; con-
sequutus est. *Felynus in d. c. pastoralis.* vbi plurimum
auctoritatibus hoc ipsum confirmat.
11 Octauo & vltimo in † omnibus casibus, in qui-
bus iudex veritatẽ extra acta & probata sequi po-
test, restringendum est, id procedere, quando cer-
titudinarie veritas ad iudicis notitiam peruenerit,
aliud vero, quando suspitio vel opinio animum
pulsat, iudicare debentes, vt si ex aliquibus argu-
mentis indiciis credit, aliter veritatem se habere,
quam processus & acta præ se ferunt, hoc tunc se-
cundum propriam conscientiam iudicare nequit,
argument. cap. ne innitaris. de constitution. & tenet Fe-
lynus in dict. cap. pastoralis. numer 25. de officio delegat. se-
quutus Geraldum de Odone sic tenentem, quem dicit ex-
cellere omnes in hac quæstione.

SVMMARIA.

1 *Aduocatus & procurator an aliquo casu causam in-*
iustam tueri possint.
2 *Casus plures, in quibus peccant aduocati atque pro-*
curatores.
3 *Boni aduocati claustralibus præferuntur.*
4 *Malorum aduocatorum exempla.*

QVÆSTIO XXI.

HActenus de iudicis officio nũc de aduocato,
deq; procuratore agendum est, at in primis
præmitto aduocati procuratorisq; officiũ, in pari
versari periculo, idcirco promiscue de vtro-
que erit sermo. Quæritur igitur, an aliquo ca-
1 su liceat adoocato, vel procuratori † iniuste cau-
sæ patrocinari absq; peccati incursu, trimembri
distinctione responderi potest.

Aut ab initio aduocatus vel procurator cau-
sam cognouit iniustam esse; Aut iniustam esse
ab initio arbitratus est, verum in processu
causæ superuenit iniustitiæ notitia. Aut ab
initio

membra occurrentia ponens,& conf.Romani, &
alterum Petri de Perusio in materia subnectens.
3 Contraria huic sentẽtia † habet, quod contra-
bitur societas omnium bonorum tantum ex quæ-
stu,& lucris prouenientium, ita quod lucra nego-
tiationum communicare duntaxat voluisse præ-
sumantur, & sic ad actus sociales societas restrin-
gitur, & extra eos non extenditur, cum actus no-
stri voluntarii non extendantur vltra quã geran-
tur, & communicatio lucrorum vel fructuum
non infert communicationem capitalis vel pro-
prietatis bonorum, quam sententiam tenuit Bart.
in l.Titium,& Maeuium §.altero,ff.de administ tut.Bart.
& Salic.in l.si patruus.C.commun vtr.iud.Alex.cons. 4.
n.4.vol.2. Dec. cons. 21. Bolognin.cons. 7.per totum.Ber-
trand.cons.33.n.5. vol.2.part.2. Boer. Decisi. 214.n. 4.
Ant. Corset.in suis singularibus in verbo societas. Alex.
cons.77.n.10.vol. 4. vbi quod ita communiter doct.
concludunt, & quod ita etiam sit communis opi-
nio,& in iudicando, atque concludendo sequen-
da firmat Andr.Barbat.cons. 22. vol.1. Ego posteriori
sententiæ in actu practico adhærendum esse cen-
seo, quoniam in fructibus, ac lucris lex facile libe-
ralitatem præsumit. Alex.cons. 76. & cons. 77. vol. 4.
Secus cum de proprietate tractatur: quia magni
est præiudicii liberalitatem in ea præsumere, Ca-
strẽ.cons.349.vol.1.Cepol.cons.13.Ias.cons.11.vol.2.Acce-
dit quod non est verisimile socios ab initio inter-
rogatos respondisse se aliis communicare velle he-
reditates sibi obuenientes, legat donationes, do-
tes,& alia, quæ ipsorum propria futura sunt, Gloss.
in l.tale pactũ §.fin. ff. de pact l. Campanus ff. de oper. li-
bert. potestque forte sic inæqualitas, & iniustitia
magna inter fratres, vel socios contingere, quam
euitari debere iura suadent. l.2. C. de impuberum &
aliis substit.
4 Si alter fratrum in pupillari ætate existat, & tu-
torem habeat, tacite societatem contrahere po-
test, vel à patre antea contractam continuare, si
tutor fratri, vel patruo pupilli communiter vi-
uenti communicat, & ei communicatur. Bald. d. l.
si patruus n.15.Ias.d.l.1. n. 6. C. qui test. facere possunt.
Dec.cons.21.Bertrand.cons.62.n. 4. vol. 1. part. 2. plenius
Paris.cons.34.n.4.& sequenti vol.1. Secus quando pu-
5 pillus † tutore caret. Quoniam nec tacite, nec ex-
presse tunc consentire potest. At si adultus effe-
ctus ratum habeat, quod suo nomine gestum est,
ex tunc societas confirmatur. Bald. in l. cum oportet.
C.de bonis quæ liber.Barbat.cons.10.col.2.vol.4.Ias.d. l.1.
n.6.qui test.facere poss.Alex.d. cons. 49. n.1 vbi in addit.
concordantes referuntur vol. 1. Ripa. de consessioribus re-
6 sponso 1.n.6.Bertrand.d.cons.62.n. 4. vol.1.part.2. Soci-
etas vero non inducitur inter fratres nobiles ar-
tem quæstuariam non exercentes, nam etiam si-
mul habitantes, & hereditatem paternam indiui
sam retinentes, non præsumantur societatem con
trahere.Bart.d.§.altero.Ioan.de Anan.cons. 62.vbi Bolo-
gnin.in addit.Bertrand cons. 62.n. 2. & 6. & seq.vol.1.
part 2.vbi plene Paris.cons.64.n.2.vol.1. nisi cum dona,
7 salaria, & dotes in communi expendant, ex his e-
nim socialis affectus tacite resultat, vel nisi fra-
trum vnus negocietur, negotiationisq; suæ com-
moda & lucra in communi ponat, alter vero licet
nullam exerceat artem, omnia vndecunque ad se
prouenientia in communi confert, vt dona, salaria
fructus, præbẽdæ si Clericus sit, vel alia huiusmo-
di.Bald.d.l.si patruus n.14.& 15.Ias.d.l.1.n.7.& 8.C.qui
test fac.poss.Alex.d.cons.49.n 5.vol.1.
8 Secundo non inducitur societas † quando ap-
parent emptiones, ab vno ex sociis proprio nomi-
ne factæ altero sciente atque patiente, ex quibus
declaratur animus non ineundæ societatis, vel
prius contractæ dissoluendæ, nisi sint emptiones
factæ altero ignorante, quæ non inducunt disso-
lutionem Soc.cons. 291. n. 15. vol. 2. Aym. cons. 26. n. 2.
9 Tertio quando aliter ex sociis in libro rationum
se creditorem aut debitorem descripserit, alio sci-
ente, & patiente, ex hoc coniicitur societatem
inire voluisse, vel contractam dissoluere voluisse:
Alex.cons.76.n. 2. vol. 4. & in vltima subscriptione eius-
dem n.18.& cons.seq.n.23. Dec.cons.21.n.6. & licet Alci-
at.tract.præsump.reg.1.præsump. 25.n.4. videatur ali-
ud sentire, fatetur tamen in arbitrio Iudicis hoc
10 redire. Quarto si frater, vel patruus pupilli tutor
intitulationem apothecæ nomine proprio inscri-
pserit, non videtur habere animum societatem
cum pupillo ineundi, Barb.d.cons.10.col.6.in fin.vol.4.
Quinto societas contracta soluitur morte vni-
11 us ex sociis. l.adeo, & l.itaque, §.morte ff.pro soc. & §.
soluitur instit.eod.
12 Et adeo verũ est, quod societas non trãsit ad he-
redem, quod nec etiam pacto id conueniri potest,
nec si conuentum fuit ratum habendum erit, per
iura superius adducta, cum ibi not. & tenet Alex.
cons.34.vol.2.Dec.cons.213.n.1.Curt.Sen.cons. 52.per to-
tum Paris.cons.87.n.1.vol. 1. & ea vnius morte soluta
soluitur, quoad omnes alios socios superuiuentes.
Aret.d.§.soluitur instit.de societ.Dec.d.cons 213 n.3.& 10.
13 Imo neque virtute iur. transit in hæredem. Quia
iuramentum tanquam contra bonos mores præ-
stitum non est obligatorium. Alex. in addit. ad Bart.
in d. l.adeo, ff. pro soc. atque Curt & Paris. vbi sup.
comprobant.& tenet Ioann.Fab.d.§.soluitur instit.
14 de societ. Quo vero † ad bona durante communio-
ne acquisita, respondeo, aut sunt bona proprio
nomine clandestine empta, & propria non sunt,
sed potius communia efficiuntur, at si socio sci-
ente acquiruntur, proprio nomine propria ipsius
acquirentis remanent, plene Bertrand.cons.38.n. 4.
vol.2.part.2 Soc.d.cons.291.vol.2. Aym.cons.26.
15 Secũdo si societas † sit vnius negotiationis, vel
si fratres nobiles paternam hæreditatem insimul
possident, ab eis proprio nomine etiam de com-
muni pecunia empta propria remanent, & com-
municari debet tantum pecunia de communi ex-
pensa.Ias.in l.si socius n.2 ff.si cert. petat. post Bart. in l.
Titium & Maeuium §.Altero.ff. de administ. tut. Alex. d.
cons.49.n.11.vol.1.cum concordan.ibi relatis. Tertio † si
16 bona pecunia communi empta sint in Catasto
communi nomine descripta, atque onera eorum
communi nomine soluta communia remanẽt, li-
cet proprio nomine ab altero ex sociis acquisita
sint, Roman.cons 191. n.7. Bertrand cons. 62. n. 11. vol.1.
17 part.2. Alciat. præsumpt. 17. reg 3. n 4. Quarto † bona

 com-

cum iis, quæ iuris ciuilis interpretes superius affirmarunt, vere tamen sibi inuicem non aduersantur, quoniam id, quod dictum est, posse iudicem informationes capere extraiudiciales, & secundum eas iudicare, procedit, quia tunc verbis ionotescit iudici, tanquam iudici, qui informationes extra processum habitas in processu ponit ad partes. Si iudex, priusquam officium iudicandi assumeret, facti veritatem vt priuatus nouit, sic namque sentiunt vtriusq; iuris glossatores, omnes *in dict. l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præsidis. atque in l. eadem ratione. ff. de ferm. & dixit glossa in dicto cap. iudicet 3. quæstione 3.* quod secundum ea quæ vult, vt iudex pronunciare debet non secundum ea, quæ nouit, vt homo, & idem tenet Anchoranus *in capit. canonum statuta. num. 44.* vbi communius de constitut. quam etiam communem ait Nauarrus in Manuali *cap. 25. nu. 10. & Summistæ sequuntur,*
3 *qui & ipsi communem appellant.* Cæterum hac † opinione retenta, quæ habet veritatem à iudice tanquam priuato cognitam sequendam non esse, limitatur non procedere, quando imminet periculum animæ, vel quãdo læderetur publica vtilitas,
4 vt ex † mente Host. & Archidi. inquit Angelica, *in verb. iudicare. n. 7* & improbatur ex iis, quæ scribit Anton. de Butr. *in cap. ad petitionem. n. 14. de accusat. & Cardinalis ibidem nu. 3.* vbi de veritate inquirenda in causa vsurarum agebatur, & ibi quoque probat
5 Ioan. de Anania *num. 5.* Secundo quando † iudex procedere potest extraiudicialiter seu pro arbitrio suo, vel ex forma statutorum, vel ex potestate à principe sibi delegata, tunc in iis quę eius arbitrio committontur, sequi potest propriam conscientiam, vt firmat Angelica loco, de quo supra in fin. Syluest. *verb. iudex. 2. n. 5.* & comprobatur ex iis, quæ dicit Alberic. *in suo dictionario in verb. extraordinarie,* vbi inquit extraordinarie, hoc est, sine figura iudicii, seu arbitrio suo, accedit *Bartol. in extrauaganti ad reprimendum, in verb. sine figura.* vbi inquit, quod tunc sublata sunt ea, quę à iure ciuili sunt inducta, & seruanda sunt ea, quæ de iure naturali sunt; plane ius naturale atque diuinum iubet veritatem in omnibus præualere, à mendaciis vnumquemque cauere, quod non faceret iudex veritatem, vt priuatus sciens, & contra eam ex actis iudicans. Ius quippe diuinum non distinguit veritatem notam iudici, vt iudici vel vt priuato, sic ait Angelica vbi supra, subdens in præuaricatione Dei præceptorum: non habet locum hæc distinctio, non enim iudex puniretur contra cõscientiam iudicans, sed homo, quamuis faceret, vt iudex. Vbi ergo iudici auctoritas esset causas cognoscere atque terminare extraiudicialiter, vel extraordinarie, atque sine figura iudicii, tunc limitatio hæc procedit.
6 Tertio, si iudex ex † facultate sibi à superiore impertita procedere & decidere causas potest in scriptis & sine scriptis, propriam sequi conscientiam potest, secundum Fely. *d. c. pastoralis. n. 24. post Bart. & Bald. ibi citatos.*
7 Quarto, regula supra firmata multo magis † limitatur, non procedere, vbicunque causa de iure & de facto vel sola veritate inspecta cognosci & terminari potest, tunc veritas quomodocunque habita amplectenda est, Rota *decision. 33. de rescrip. in nouis. & decis. 488. in antiq. decis. Pedemon. 1. sub diuersis numeris. vbi plenissime.*
8 Quinto, si ad condemnationem rei † instatur, atque in processu & actis culpabilis non probatur, absoluendus est, tametsi iudex extra processum culpabilem illum esse pro certo sciat, quippe tunc propriam conscientiam sequi non tenetur, sed secundum acta iudicare necesse habet, & est diuersitatis ratio, quia satius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare, *l. absentem. ff. de pœn. l. qui accusare. C. de edendo. l. fauorabiliores. ff. de regulis iuris. & tenet Angel. præcitata. & Syluest. in verb. iudex. 2. n. 5.*
9 Sexto, si testes † suspecti reddantur ex causa suspitionis in actis registrata, vt si cum pallore vel trepidatione deponant, vel ex alia causa, suspectos se reddant secundum terminos, *l. tum magis. ff. de testibus.* tunc vtiq; iudex potest testibus fidem non adhibere, atq; contra acta & probata iudicare.
10 Septimo, quando iudicat is, † qui est supra leges, nempe princeps & quiuis superiorem non recognoscens, potest veritati adhærere, propriamq; sequi conscientiam, quam extra acta vtcunq; consequutus est. *Felynus in d. c. pastoralis.* vbi plurimum auctoritatibus hoc ipsum confirmat.
11 Octauo & vltimo in † omnibus casibus, in quibus iudex veritatē extra acta & probata sequi potest, restringendum est, id procedere, quando certitudinarie veritas ad iudicis notitiam peruenerit, aliud vero, quando suspitio vel opinio animum pulsat, iudicare debentes, vt si ex aliquibus argumentis indiciis credit, aliter veritatem se habere, quam processus & acta præ se ferunt, sane tunc secundum propriam conscientiam iudicare nequit, *argument. cap. ne innitaris. de constitution. & tenet Felynus in dict. cap. pastoralis. numer 25. de officio delegat. sequuntus Geraldum de Odone sic tenentem, quem dicit excellere omnes in hac quæstione.*

SVMMARIA.

1 *Aduocatus & procurator an aliquo casu causam iniustam tueri possint.*
2 *Casus plures, in quibus peccant aduocati atque procuratores.*
3 *Boni aduocati claustralibus praeferuntur.*
4 *Malorum aduocatorum exempla.*

QVÆSTIO XXI.

HActenus de iudicis officio nũc de aduocato, deq; procuratore agendum est, at in primis præmitto aduocati procuratorisq; officiũ, in pari versari periculo, idcirco promiscue de vtroque erit sermo. Quæritur igitur, an aliquo ca-
1 su liceat aduocato, vel procuratori † iniuste causæ patrocinari absq; peccati incursu, trimembri distinctione respondendum potest.

Aut ab initio aduocatus vel procurator causam cognouit iniustam esse; Aut iniustam esse ab initio arbitratus est, verum in processu causæ superuenit iniustitiæ notitia. Aut ab initio

membra occurrentia ponens,& conſ.Romani, &
alterum Petri de Peruſio in materia ſubnectens.
Contraria huic ſentẽtia † habet, quod contra-
hitur ſocietas omnium bonorum tantum ex quæ-
ſtu,& lucris prouenientium, ita quod lucra nego-
tiationum communicare duntaxat voluiſſe præ-
ſumantur, & ſic ad actus ſociales ſocietas reſtrin-
gitur, & extra eos non extenditur, cum actus no-
ſtri voluntarii non extendantur vltra quã geran-
tur, & communicatio lucrorum vel fructuum
non infert communicationem capitalis vel pro-
prietatis bonorum, quam ſententiam tenuit *Bart.
in l. Titium, & Maeuium §. altero, ff. de adminiſt. tut. Bart.
& Salic. in l. ſi patruus. C. commun. vtr. iud. Alex. conſ. 4.
n. 4. vol. 2. Dec. conſ. 21. Bologn in. conſ. 7. per totum. Ber-
trand. conſ. 33. n. 5. vol. 2. part. 2. Boer. Deciſ. 214. n. 4.
Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus in verbo ſocietas. Alex.
conſ. 77. n. 10. vol. 4.* vbi quod ita communiter doct.
concludunt, & quod ita etiam ſit communis opi-
nio,& in iudicando, atque concludendo ſequen-
da firmat *Andr. Barbat. conſ. 22. vol. 1.* Ego poſteriori
ſententiæ in actu practico adhærendum eſſe cen-
ſeo, quoniam in fructibus, ac lucris lex facile libe-
ralitatem præſumit. *Alex. conſ. 76. & conſ. 77. vol. 4.*
Secus cum de proprietate tractatur: quia magni
eſt præiudicii liberalitatem in ea præſumere, *Ca-
ſtrẽ. conſ. 349. vol. 1. Cepol. conſ. 13. Iaſ. conſ. 11. vol. 2.* Acce-
dit quod non eſt veriſimile ſocios ab initio inter-
rogatos reſpondiſſe ſe aliis communicare velle he-
reditates ſibi obuenientes, legat donationes, do-
tes,& alia, quæ ipſorum propria futura ſunt, *Gloſ.
in l. tale pactũ §. fin. ff. de pact. l. Campanus ff. de oper. li-
bert.* poteſtque forte ſic inæqualitas, & iniuſtitia
magna inter fratres, vel ſocios contingere, quam
euitari debere iura ſuadent. *l. 2. C. de impuberum &
aliis ſubſtit.*
4 Si alter fratrum in pupillari ætate exiſtat, & tu-
torem habeat, tacite ſocietatem contrahere po-
teſt, vel à patre antea contractam continuare, ſi
tutor fratri, vel patruo pupilli communiter vi-
uenti communicat, & ei communicatur. *Bald. d. l.
ſi patruus n. 15. Iaſ. d. l. 1. n. 6. C. qui teſt. facere poſſunt.
Dec. conſ. 21. Bertrand. conſ. 62. n. 4. vol. 1. part. 2. plenius
Pariſ. conſ. 34. n. 4. & ſequenti vol. 1.* Secus quando pu-
5 pillus † tutore caret. Quoniam nec tacite, nec ex-
preſſe tunc conſentire poteſt. At ſi adultus effe-
ctus ratum habeat, quod ſuo nomine geſtum eſt,
ex tunc ſocietas confirmatur. *Bald. in l. cum oportet.
C. de bonis quæ liber. Barbat. conſ. 10. col. 2. vol. 4. Iaſ. d. l. 1.
n. 6. qui teſt. facere poſſ. Alex. d. conſ. 49. n. 1 vbi in addit.
concordantes referuntur vol. 1. Ripa. de conſeſſionibus re-
6 ſponſo 1. n. 6. Bertrand. d. conſ. 62. n. 4. vol. 1. part. 2.* Soci-
etas vero non inducitur inter fratres nobiles ar-
tem quæſtuariam non exercentes, nam etiam ſi-
mul habitantes, & hereditatem paternam indiui
ſam retinentes, non præſumantur ſocietatem con
trahere. *Bart. d. §. altero. Ioan. de Anan. conſ. 62. vbi Bolo-
gnin. in addit. Bertrand conſ. 62. n. 2. & 6. & ſeq. vol. 1.
part. 2. vbi plene Pariſ. conſ. 64. n. 2. vol. 1.* niſi cum dona,
7 ſalaria, & dotes in communi expendant, ex his e-
nim ſocialis affectus tacite reſultat, vel niſi fra-
trum vnus negocietur, negotiationiſq; ſuæ com-
moda & lucra in communi ponat, alter vero licet
nullam exerceat artem, omnia vndecunque ad ſe
prouenientia in communi confert, vt dona, ſalaria
fructus, præbẽdæ ſi Clericus ſit, vel alia huiuſmo-
di. *Bald. d. l. ſi patruus n. 14. & 15. Iaſ. d. l. 1. n. 7. & 8. C. qui
teſt fac. poſſ. Alex. d. conſ. 49. n 5. vol. 1.*
8 Secundo non inducitur ſocietas † quando ap-
parent emptiones, ab vno ex ſociis proprio nomi-
ne factæ altero ſciente atque patiente, ex quibus
declaratur animus non ineundæ ſocietatis, vel
prius contractæ diſſoluendæ, niſi ſint emptiones
factæ altero ignorante, quæ non inducunt diſſo-
lutionem *Soc. conſ. 291. n. 15. vol. 2. Aym. conſ. 26. n. 2.*
9 Tertio quando aliter ex ſociis in libro rationum
ſe creditorem aut debitorem deſcripſerit, alio ſci-
ente, & patiente, ex hoc coniicitur ſocietatem
inire voluiſſe, vel contractam diſſoluere voluiſſe:
*Alex. conſ. 76. n. 2. vol. 4. & in vltima ſubſcriptione eiuſ-
dem n. 18. & conſ. ſeq. n. 23. Dec. conſ. 21. n. 6. & licet Alci-
at. tract. præſump. reg. 1. præſump. 25. n. 4.* videatur ali-
ud ſentire, fatetur tamen in arbitrio Iudicis hoc
10 redire. Quarto ſi frater, vel patruus pupilli tutor
intitulationem apothecæ nomine proprio inſcri-
pſerit, non videtur habere animum ſocietatem
cum pupillo ineundi, *Barb. d. conſ. 10. col. 6. in fin. vol. 4.*
Quinto ſocietas contracta ſoluitur morte vni-
11 us ex ſociis. *l. adeo, & l. itaque, §. morte ff. pro ſoc. & §.
ſoluitur inſtit. eod.*
12 Et adeo verũ eſt, quod ſocietas non trãſit ad he-
redem, quod nec etiam pacto id conueniri poteſt,
nec ſi conuentum fuit ratum habendum erit, per
iura ſuperius adducta, cum ibi not. & tenet Alex.
*conſ. 34. vol. 2. Dec. conſ. 213. n. 1. Curt. Sen. conſ. 52. per to-
tum Pariſ. conſ. 87. n. 1. vol.* 1. & ea vnius morte ſoluta
ſoluitur, quoad omnes alios ſocios ſuperuiuentes.
Aret. d. §. ſoluitur inſtit. de ſociet. Dec. d. conſ. 213 n. 3. & 10.
13 Imo neque virtute iur. tranſit in hæredem. Quia
iuramentum tanquam contra bonos mores præ-
ſtitum non eſt obligatorium. *Alex. in addit. ad Bart.
in d. l. adeo, ff. pro ſoc.* atque Curt & Pariſ. vbi ſup.
comprobant. & tenet Ioann. Fab. *d. §. ſoluitur inſtit.
14 de ſociet.* Quo vero † ad bona durante communio-
ne acquiſita, reſpondeo, aut ſunt bona proprio
nomine clandeſtine empta, & propria non ſunt,
ſed potius communia efficiuntur, at ſi ſocio ſci-
ente acquiruntur, proprio nomine propria ipſius
acquirentis remanent, plene Bertrand. *conſ. 38. n. 4.
vol. 2. part. 2 Soc. d. conſ. 291. vol. 2. Aym. conſ. 26.*
Secũdo ſi ſocietas † ſit vnius negotiationis, vel
15 ſi fratres nobiles paternam hæreditatem inſimul
poſſident, ab eis proprio nomine etiam de com-
muni pecunia empta propria remanent, & com-
municari debet tantum pecunia de communi ex-
penſa. *Iaſ. in l. ſi ſocius n. 2 ff. ſi cert. petat. poſt Bart. in l.
Titium & Maeuium §. Altero. ff. de adminiſt. tut. Alex. d.
conſ. 49. n. 11. vol. 1. cum concordan. ibi relatis.* Tertio † ſi
16 bona pecunia communi empta ſint in Cataſto
communi nomine deſcripta, atque onera eorum
communi nomine ſoluta communia remanẽt, li-
cet proprio nomine ab altero ex ſociis acquiſita
ſint, *Roman. conſ. 191. n. 7. Bertrand conſ. 62. n. 11. vol. 1.
17 part. 2. Alciat. præſumpt. 17. reg 3. n 4.* Quarto † bona

cum iis, quæ inris ciuilis interpretes ſuperius af-
firmarunt, vere tamen ſibi inuicem non aduer-
ſantur, quoniam id, quod dictum eſt, poſſe indi-
cem informationes capere extraiudiciales, & ſe-
cundum eas iudicare, procedit, quia tunc verbis
innoteſcit iudici, tanquam iudici, qui informa-
tiones extra proceſſum habitas in proceſſu ponit
ad partes. Si iudex, priuſquam officium iudicandi
aſſumeret, facti veritatem vt priuatus nouit, ſic
namque ſentiunt vtriuſq; iuris gloſſatores, nem-
pe *in dict. l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præſidis. atque
in l. eadem ratione. ff. de feriis. & dixit gloſſa in dicto cap.
iudicet. 3. quæſtione 3.* quod ſecundum ea quæ vult,
vt iudex pronunciare debet non ſecundum ea,
quæ nouit, vt homo, & idem tenet Anchoranus
in capit. canonum ſtatuta. num. 44. vbi communius
de conſtitut. quam etiam communem ait Nauar-
rus in Manuali *cap. 25. nu. 10. & Summiſtæ ſequuntur,*
3 *qui & ipſi communem appellant.* Cæterum hac † opi-
nione retenta, quæ habet veritatem à iudice tan-
quam priuato cognitam ſequendam non eſſe, li-
mitatur non procedere, quando imminet pericu-
lum animæ, vel quãdo læderetur publica vtilitas,
4 vt ex † mente Hoſt. & Archidi. inquit Angelica,
in verb. iudicare. n. 7 & improbatur ex iis, quæ ſcribit
Anton. de Butr. *in cap. ad petitionem. n. 14. de accuſat.
& Cardinalis ibidem nu. 3.* vbi de veritate inquirenda
in cauſa vſurarum agebatur, & ibi quoque probat
5 Ioan. de Anania *num. 5.* Secundo quando † iudex
procedere poteſt extraiudicialiter ſeu pro arbitrio
ſuo, vel ex forma ſtatutorum, vel ex poteſtate à
principe ſibi delegata, tunc in iis quę eius arbitrio
committuntur, ſequi poteſt propriam conſcien-
tiam, vt firmat Angelica loco, de quo ſupra in fin.
Sylueſt. *verb. iudex. 2. n. 5.* & comprobatur ex iis, quæ
dicit Alberic. *in ſuo dictionario in verb. extraordinarie,*
vbi inquit extraordinarie, hoc eſt, ſine figura iu-
dicii, ſeu arbitrio ſuo, accedit *Bartol. in extrauaganti
ad reprimendum, in verb. ſine figura.* vbi inquit, quod
tunc ſublata ſunt ea, quę à iure ciuili ſunt inducta,
& ſeruanda ſunt ea, quæ de iure naturali ſunt; pla-
ne ius naturale atque diuinum iubet veritatem in
omnibus præualere, à mendaciis vnumquemque
cauere, quod non faceret iudex veritatem, vt pri-
uatus ſciens, & contra eam ex actis iudicans. Ius
quippe diuinum non diſtinguit veritatem notam
iudici, vt iudici vel vt priuato, ſic ait Angellica vbi
ſupra, ſubdens in præuaricatione Dei præcepto-
rum: non habet locum hæc diſtinctio, non enim
iudex puniretur contra cõſcientiam iudicans, ſed
homo, quamuis faceret, vt iudex. Vbi ergo iudici
auctoritas eſſet cauſas cognoſcere atque termina-
re extraiudicialiter, vel extraordinarie, atque ſine
figura iudicii, tunc limitatio hæc procedit.

6 Tertio, ſi iudex ex † facultate ſibi à ſuperiore
impertita procedere & decidere cauſas poteſt in
ſcriptis & ſine ſcriptis, propriam ſequi conſcien-
tiam poteſt, ſecundum Fely. *d. c. paſtoralis. n. 24. poſt
Bart. & Bald. ibi citatos.*

7 Quarto, regula ſupra firmata multo magis † li-
mitatur, non procedere, vbicunque cauſa de iure
& de facto vel ſola veritate inſpecta cognoſci &
terminari poteſt, tunc veritas quomodocunque
habita amplectenda eſt, Rota *deciſion. 33. de reſcrip.
in nouis. & deciſ. 488. in antiq. deciſ. Pedemon. 1. ſub diuer-
ſis numeris. vbi plexiſſime.*

8 Quinto, ſi ad condemnationem rei † inſtatur,
atque in proceſſu & actis culpabilis non proba-
tur, abſoluendus eſt, tametſi iudex extra proceſ-
ſum culpabilem illum eſſe pro certo ſciat, quippe
tunc propriam conſcientiam ſequi non tene-
tur, ſed ſecundum acta iudicare neceſſe habet, &
eſt diuerſitatis ratio, quia ſatius eſt nocentem ab-
ſoluere, quam innocentem condemnare, *l. abſen-
tem. ff. de pœnis. l. qui accuſare. C. de edendo. l. fauorabilio-
res. ff. de regulis iuris. & tenet Angel. præcitata. & Sylueſt.
in verb. iudex. 2. n. 5.*

9 Sexto, ſi teſtes † ſuſpecti reddantur ex cauſa
ſuſpitionis in actis regiſtrata, vt ſi cum pallore vel
trepidatione deponant, vel ex alia cauſa, ſuſpectos
ſe reddant ſecundum terminos, *l. tum magis. ff. de
teſtibus.* tunc vtiq; iudex poteſt teſtibus fidem non
adhibere, atq; contra acta & probata iudicare.

10 Septimo, quando iudicat is, † qui eſt ſupra le-
ges, nempe princeps & quiuis ſuperiorem non re-
cognoſcens, poteſt veritati adhærere, propriamq;
ſequi conſcientiam, quam extra acta vtcunq; con-
ſequutus eſt. *Felynus in d. c. paſtoralis.* vbi plurimum
auctoritatibus hoc ipſum confirmat.

11 Octauo & vltimo in † omnibus caſibus, in qui-
bus iudex veritatẽ extra acta & probata ſequi po-
teſt, reſtringendum eſt, id procedere, quando cer-
titudinarie veritas ad iudicis notitiam peruenerit,
aliud vero, quando ſuſpitio vel opinio animum
pulſat, iudicare debentes, vt ſi ex aliquibus argu-
mentis indiciis credit, aliter veritatem ſe habere,
quam proceſſus & acta præ ſe ferunt, ſane tunc ſe-
cundum propriam conſcientiam iudicare nequit,
*argument. cap. ne innitaris. de conſtitution. & tenet Fe-
lynus in dict. cap. paſtoralis. numer 25. de officio delegat. ſe-
quutus Geraldum de Odone ſic tenentem, quem dicit ex-
cellere omnes in hac quæſtione.*

SVMMARIA.

1 *Aduocatus & procurator an aliquo caſu cauſam in-
iuſtam tueri poſſint.*

2 *Caſus plures, in quibus peccant aduocati atque pro-
curatores.*

3 *Boni aduocati clauſtralibus præferuntur.*

4 *Malorum aduocatorum exempla.*

QVÆSTIO XXI.

HActenus de iudicis officio nũc de aduocato,
deq; procuratore agendum eſt, at in primis
præmitto aduocati procuratoriſq; officiũ, in pari
verſari periculo, idcirco promiſcue de vtro-
que erit ſermo. Quæritur igitur, an aliquo ca-
1 ſu liceat aduocato, vel procuratori † iniuſte cau-
ſæ patrocinari abſq; peccati incurſu, trimembri
diſtinctione reſponderi poteſt.

Aut ab initio aduocatus vel procurator cau-
ſam cognouit iniuſtam eſſe; Aut iniuſtam eſſe
ab initio arbitratus eſt, verum in proceſſu
cauſæ ſuperuenit iniuſtitiæ notitia. Aut ab
initio

membra occurrentia ponens, & conſ. Romani, & alterum Petri de Peruſio in materia ſubnectens.

3 Contraria huic ſententia † habet, quod contrahitur ſocietas omnium bonorum tantum ex quæſtu, & lucris prouenientium, ita quod lucra negotiationum communicare duntaxat voluiſſe præſumantur, & ſic ad actus ſociales ſocietas reſtringitur, & extra eos non extenditur, cum actus noſtri voluntarii non extendantur vltra quã gerantur, & communicatio lucrorum vel fructuum non infert communicationem capitalis vel proprietatis bonorum, quam ſententiam tenuit *Bart. in l. Titium, & Meuium §. altero, ff. de adminiſt. tut. Bart. & Salic. in l. ſi patruus. C. commun. vtr. iud. Alex. conſ. 4. n. 4. vol. 2. Dec. conſ. 21. Bologmn. conſ. 7. per totum. Bertrand. conſ. 33. n. 5. vol. 2. part. 2. Boer. Deciſ. 214. n. 4. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus in verbo ſocietas. Alex. conſ. 77. n. 10. vol. 4.* vbi quod ita communiter doct. concludunt, & quod ita etiam ſit communis opinio, & in iudicando, atque concludendo ſequenda firmat *Andr. Barbat. conſ. 22. vol. 1.* Ego poſteriori ſententiæ in actu practico adhærendum eſſe cenſeo, quoniam in fructibus, ac lucris lex facile liberalitatem præſumit. *Alex. conſ. 76. & conſ. 77. vol. 4.* Secus cum de proprietate tractatur: quia magni eſt præiudicii liberalitatem in ea præſumere, *Caſtrẽ. conſ. 349. vol. 1. Cepol. conſ. 13. Iaſ. conſ. 11. vol. 2.* Accedit quod non eſt veriſimile ſocios ab initio interrogatos reſpondiſſe ſe aliis communicare velle hereditates ſibi obuenientes, legat donationes, dotes, & alia, quæ ipſorum propria futura ſunt, *Gloſ. in l. tale pactũ §. fin. ff. de pact. l. Campanus ff. de oper. libert.* poteſtque ſorte ſic inæqualitas, & iniuſtitia magna inter fratres, vel ſocios contingere, quam euitari debere iura ſuadẽt. *l. 2. C. de impuberum & aliis ſubſtit.*

4 Si alter fratrum in pupillari ætate exiſtat, & tutorem habeat, tacite ſocietatem contrahere poteſt, vel à patre antea contractam continuare, ſi tutor fratri, vel patruo pupilli communiter viuenti communicat, & ei communicatur. *Bald. d. l. ſi patruus n. 15. Iaſ. d. l. 1. n. 6. C. qui teſt. facere poſſunt. Dec. conſ. 21. Bertrand. conſ. 62. n. 4. vol. 1. part. 2. plenius Pariſ. conſ. 34. n. 4. & ſequenti vol. 1.* Secus quando pu-
5 pillus † tutore caret. Quoniam nec tacite, nec expreſſe tunc conſentire poteſt. At ſi adultus effectus ratum habeat, quod ſuo nomine geſtum eſt, ex tunc ſocietas confirmatur. *Bald. in l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. Barbat. conſ. 10. col. 2. vol. 4. Iaſ. d. l. 1. n. 6. qui teſt. facere poſ. Alex. d. conſ. 49. n. 1 vbi in addit. concordantes referuntur vol. 1. Ripa. de confeſſionibus re-*
6 *ſponſo 1. n. 6. Bertrand. d. conſ. 62. n. 4. vol. 1. part. 2.* Societas vero non inducitur inter fratres nobiles artem quæſtuariam non exercentes, nam etiam ſimul habitantes, & hereditatem paternam indiuiſam retinentes, non præſumantur ſocietatem contrahere. *Bart. d. §. altero. Ioan. de Anan. conſ. 62. vbi Bolognin. in addit. Bertrand conſ. 62. n. 2. & 6. & ſeq. vol. 1. part. 2. vbi plene Pariſ. conſ. 64. n. 2. vol. 1.* niſi cum dona,
7 ſalaria, & dotes in communi expendant, ex his enim ſocialis affectus tacite reſultat, vel niſi fratrum vnus negocietur, negotiationiſq; ſuæ commoda & lucra in communi ponat, alter vero licet nullam exerceat artem, omnia vndecunque ad ſe prouenientia in communi confert, vt dona, ſalaria fructus, præbẽdæ ſi Clericus ſit, vel alia huiuſmodi. *Bald. d. l. ſi patruus n. 14. & 15. Iaſ. d. l. 1. n. 7. & 8. C. qui teſt. fac. poſſ. Alex. d. conſ. 49. n. 5. vol. 1.*

8 Secundo non inducitur ſocietas † quando apparent emptiones, ab vno ex ſociis proprio nomine factæ altero ſciente atque patiente, ex quibus declaratur animus non ineundæ ſocietatis, vel prius contractæ diſſoluendæ, niſi ſint emptiones factæ altero ignorante, quæ non inducunt diſſolutionem. *Soc. conſ. 291. n. 15. vol. 2. Aym. conſ. 26. n. 2.*
9 Tertio quando aliter ex ſociis in libro rationum ſe creditorem aut debitorem deſcripſerit, alio ſciente, & patiente, ex hoc coniicitur ſocietatem inire voluiſſe, vel contractam diſſoluere voluiſſe: *Alex. conſ. 76. n. 2. vol. 4. & in vltima ſubſcriptione euſdem n. 18. & conſ. ſeq. n. 23. Dec. conſ. 21. n. 6. & licet Alciat. tract. præſump. reg. 1. præſump. 25. n. 4.* videatur aliud ſentire, fatetur tamen in arbitrio Iudicis hoc
10 redire. Quarto ſi frater, vel patruus pupilli tutor intitulationem apothecæ nomine proprio inſcripſerit, non videtur habere animum ſocietatem cum pupillo ineundi, *Barb. d. conſ. 10. col. 6. in fin. vol. 4.* Quinto ſocietas contracta ſoluitur morte vni-
11 us ex ſociis. *l. adeo, & l. itaque, §. morte ff. pro ſoc. & §. ſoluitur inſtit. eod.*

12 Et adeo verũ eſt, quod ſocietas non trãſit ad heredem, quod nec etiam pacto id conueniri poteſt, nec ſi conuentum fuit ratum habendum erit, per iura ſuperius adducta, cum ibi not. & tenet Alex. *conſ. 34. vol. 2. Dec. conſ. 213. n. 1. Curt. Sen. conſ. 52. per totum Pariſ. conſ. 87. n. 1. vol. 1.* & ea vnius morte ſoluta ſoluitur, quoad omnes alios ſocios ſuperuiuentes. *Aret. d. §. ſoluitur inſtit. de ſociet. Dec. d. conſ. 213 n. 3. & 10.*
13 Imo neque virtute iur. tranſit in hæredem. Quia iuramentum tanquam contra bonos mores præſtitum non eſt obligatorium. *Alex. in addit. ad Bart. in d. l. adeo, ff. pro ſoc.* atque Curt & Pariſ. vbi ſup. comprobant. & tenet Ioann. Fab. *d. §. ſoluitur inſtit. de ſociet.* Quo vero † ad bona durante communio-
14 ne acquiſita, reſpondeo, aut ſunt bona proprio nomine clandeſtine empta, & propria non ſunt, ſed potius communia efficiuntur, at ſi ſocio ſciente acquiruntur, proprio nomine propria ipſius acquirentis remanent, plene Bertrand. *conſ. 38. n. 4. vol. 2. part. 2 Soc. d. conſ. 291. vol. 2. Aym. conſ. 26.*

Secũdo ſi ſocietas † ſit vnius negotiationis, vel
15 ſi fratres nobiles paternam hæreditatem inſimul poſſident, ab eis proprio nomine etiam de communi pecunia empta propria remanent, & communicari debet tantum pecunia de communi expenſa. *Iaſ. in l. ſi ſocius n. 2 ff. ſi cert. petat. poſt Bart. in l. Titium & Meuium §. Altero ff. de adminiſt. tut. Alex. d. conſ. 49. n. 11. vol. 1. cum concordan. ibi relatis* Tertio † ſi
16 bona pecunia communi empta ſint in Cataſto communi nomine deſcripta, atque onera eorum communi nomine ſoluta communia remanẽt, licet proprio nomine ab altero ex ſociis acquiſita ſint, *Roman. conſ. 191. n. 7. Bertrand conſ. 62. n. 11. vol. 1.*
17 *part. 2. Alciat. præſumpt. 17. reg. 3. n. 4.* Quarto † bona

cum iis, quæ iuris ciuilis interpretes superius af-
firmaruot, vere tamen sibi inuicem non aduer-
santur, quoniam id, quod dictum est, posse iudi-
cem ioformationes capere extraiudicials, & se-
cuodum eas iudicare, procedit, quia tuoc verbis
ionotescit iudici, tanquam iudici, qui ioforma-
tiones extra processum habitas in processu ponit
ad partes. Si iudex, priusquam officium iudicandi
assumeret, facti veritatem vt priuatus oouit, sic
oamque sentiunt vtriusq; iuris glossatores, oem-
pe *in dict. l. illicitas. § veritas. ff. de officio præsidis. atque
in l. eadem ratione. ff. de feriis. & dixit glossa in dicto cap.
iudicet. 3. quæstione 3.* quod secundum ea quæ vult,
vt iudex pronunciare debet oon secundum ea,
quæ nouit, vt homo, & idem tenet Anchoranus
in capit. canonum statuta. num. 44. vbi communius
de constitut. quam etiam communem ait Nauar-
rus in Manuali *cap. 25. nu. 10. & Summistæ sequuntur,*
3 *qui & ipsi communem appellant.* Cæterum hac † opi-
nione retenta, quæ habet veritatem à iudice tan-
quam priuato cognitam sequendam non esse, li-
mitatur non procedere, quando imminet pericu-
lum animæ, vel quãdo læderetur publica vtilitas,
4 vt ea † mente Host. & Archidi. inquit Angelica,
in verb. iudicare. n. 7 & improbatur ex iis, quæ scribit
Anton. de Butr. *in cap. ad petitionem. n. 14. de accusat.
& Cardinalis ibidem nu. 3.* vbi de veritate inquirenda
in causa vsurarum agebatur, & ibi quoque probat
5 Ioan. de Aoaoia *num. 5.* Secundo quando † iudex
procedere potest extraiudicialiter seu pro arbitrio
suo, vel ex forma statutorum, vel ex potestate à
principe sibi delegata, tunc io iis quę eius arbitrio
committuntur, sequi potest propriam conscico-
tiam, vt firmat Angelica loco, de quo supra in fin.
Syluest. *verb. iudex. 2. n. 5.* & comprobatur ex iis, quæ
dicit Alberic. *in suo dictionario in verb. extraordinarie,*
vbi ioquit eatraordioarie, hoc est, sioe figura iu-
dicii, seu arbitrio suo, accedit *Bartol. in extrauaganti
ad reprimendum, in verb. sine figura.* vbi inquit, quod
tunc sublata sunt ea, quę à iure ciuili suot inducta,
& seruanda sunt ea, quæ de iure naturali sunt; pla-
ne ius naturale atque diuinum iubet veritatem in
omnibus præualere, à mendaciis vnumquemque
cauere, quod noo faceret iudex veritatem, vt pri-
uatus sciens, & contra eam ea actis iudicans. Ius
quippe diuioum non distinguit veritatem notam
iudici, vt iudici vel vt priuato, sic ait Aogelica vbi
supra, subdens in præuaricatione Dei præcepto-
rum: non habet locum hæc distinctio, noo enim
iudex puniretur contra cõscientiam iudicans, sed
homo, quamuis faceret, vt iudex. Vbi ergo iudici
auctoritas esset causas cognoscere atque terminoa-
re extraiudicialiter, vel extraordinarie, atque sine
figura iudicii, tunc limitatio hæc procedit.
6 Tertio, si iudex ea † facultate sibi à superiore
impertita procedere & decidere causas potest in
scriptis & sine scriptis, propriam sequi conscien-
tiam potest, secundum Fely. *d. c. pastoralis. n. 24. post
Bart. & Bald. ibi citatos.*
7 Quarto, regula supra firmata multo magis † li-
mitatur, oon procedere, vbicunque causa de iure
& de facto vel sola veritate inspecta cognosci &
terminari potest, tunc veritas quomodocunque
habita amplectenda est, Rota *decision. 33. de rescrip.
in nouis. & decis. 488. in antiq. decis. Pedemon. 1. sub diuer-
sis numeris. vbi plenissime.*
8 Quinto, si ad condemnatiooem rei † instatur,
atque in processu & actis culpabilis non proba-
tur, absoluendus est, tametsi iudex extra proces-
sum culpabilem illum esse pro certo sciat, quippe
tunc propriam conscieotiam sequi non tene-
tur, sed secundum acta iudicare necesse habet, &
est diuersitatis ratio, quia satius est oocentem ab-
soluere, quam ioooceotem condemnare, *l. absen-
tem. ff. de pœnis. l. qui accusare. C. de edendo. l. fauorabilio-
res. ff. de regulis iuris. & tenet Angel. præcitata. & Syluest.
in verb. iudex. 2. n. 5.*
9 Sexto, si testes † suspecti reddantur ex causa
suspitiooisin actis registrata, vt si cum pallore vel
trepidatione deponant, vel ex alia causa, suspectos
se reddant secundum termioos, *l. tum magis. ff. de
testibus.* tunc vtiq; iudea potest testibus fidem oon
adhibere, atq; contra acta & probata iudicare.
10 Septimo, quando iudicat is, † qui est supra le-
ges, nempe princeps & quiuis superiorem non re-
cognoscens, potest veritati adhærere, propriamq;
sequi conscientiam, quam extra acta vtcunq; con-
sequutus est. *Felynus in d. c. pastoralis.* vbi plurimum
auctoritatibus hoc ipsum confirmat.
11 Octauo & vltimo io † omnibus casibus, in qui-
bus iudex veritatẽ extra acta & probata sequi po-
test, restringendum est, id procedere, quando cer-
titudinarie veritas ad iudicis notitiam peruenerit,
aliud vero, quando suspitio vel opinio aoimum
pulsat, iudicare debentes, vt si ea aliquibus argu-
mentis indiciis credit, aliter veritatem se habere,
quam processus & acta præ se ferunt, sane tunc se-
cundum propriam coosciențiam iudicare nequit,
*argument. cap. ne innitaris. de constitution. & tenet Fe-
lynus in dict. cap. pastoralis. numer 25. de officio deleg. et. se-
quutus Geraldum de Odone sic tenentem, quem dicit ex-
cellere omnes in hac quæstione.*

SVMMARIA.

1 *Aduocatus & procurator an aliquo casu causam in-
iustam tueri possint.*
2 *Casus plures, in quibus peccant aduocati atque pro-
curatores.*
3 *Boni aduocati claustralibus præferuntur.*
4 *Malorum aduocatorum exempla.*

QVÆSTIO XXI.

HActeous de iudicis officio nũc de aduocato,
deq; procuratore agendum est, at in primis
præmitto aduocati procuratorisq; officiũ, in pari
versari periculo, idcirco promiscoe de vtro-
que erit sermo. Quæritur igitur, ao aliquo ca-
1 su liceat aduocato, vel procuratori † iniuste cau-
sæ patrocinari absq; peccati incursu, trimembri
distinctiooe responderi potest.

Aut ab initio aduocatus vel procurator cau-
sam cognouit iniustam esse; Aut iniustam esse
ab initio arbitratus est, verum in processu
causæ superueoit iniustitiæ ootitia. Aut ab
initio

membra occurrentia ponens, & conſ. Romani, &
alterum Petri de Peruſio in materia ſubnectens.
3 Contraria huic ſentẽtia † habet, quod contra-
hitur ſocietas omnium bonorum tantum ex quæ-
ſtu, & lucris prouenientium, ita quod lucra nego-
tiationum communicare duotaxat voluiſſe præ-
ſumantur, & ſic ad actus ſociales ſocietas reſtrin-
gitur, & extra eos non extenditur, cum actus no-
ſtri voluntarii non extendantur vltra quã geran-
tur, & communicatio lucrorum vel fructuum
non infert communicationem capitalis vel pro-
prietatis bonorum, quam ſententiam tenuit *Bart.
in l. Titium, & Maeuium §. altero, ff. de adminiſt. tut. Bart.
& Salic. in l. ſi patruus. C. commun. vtr. iud. Alex. conſ. 4.
n. 4. vol. 2. Dec. conſ. 21. Bolognin. conſ. 7. per totum. Ber-
trand. conſ. 33. n. 5. vol. 2. part. 2. Boer. Deciſ. 214. n. 4.
Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus in verbo ſocietas. Alex.
conſ. 77. n. 10. vol. 4.* vbi quod ita communiter doct.
concludunt, & quod ita etiam ſit communis opi-
nio, & in iudicando, atque concludendo ſequen-
da firmat *Andr. Barbat. conſ. 22. vol. 1.* Ego poſteriori
ſententiæ in actu practico adhærendum eſſe cen-
ſeo, quoniam in fructibus, ac lucris lex facile libe-
ralitatem præſumit. *Alex. conſ. 76. & conſ. 77. vol. 4.*
Secus cum de proprietate tractatur: quia magni
eſt præiudicii liberalitatem in ea præſumere, *Ca-
ſtrẽ. conſ. 349. vol. 1. Cepol. conſ. 13. Iaſ. conſ. 11. vol. 2.* Acce-
dit quod non eſt veriſimile ſocios ab initio inter-
rogatos reſpondiſſe ſe aliis communicare velle he-
reditates ſibi obuenientes, legat donationes, do-
tes, & alia, quæ ipſorum propria futura ſunt, *Gloſ.
in l. tale pactũ §. fin. ff. de pact. l. Campanus ff. de oper. li-
bert.* poteſtque forte ſic inæqualitas, & iniuſtitia
magna inter fratres, vel ſocios contingere, quam
euitari debere iura ſuadẽt. *l. 2. C. de impuberum &
aliis ſubſtit.*
4 Si alter fratrum in pupillari ætate exiſtat, & tu-
torem habeat, tacite ſocietatem contrahere po-
teſt, vel à patre antea contractam continuare, ſi
tutor fratri, vel patruo pupilli communiter vi-
uenti communicat, & ei communicatur. *Bald. d. l.
ſi patruus n. 15. Iaſ. d. l. 1. n. 6. C. qui teſt. facere poſſunt.
Dec. conſ. 21. Bertrand. conſ. 62. n. 4. vol. 1. part. 2. plenius
Pariſ. conſ. 34. n. 4. & ſequenti vol. 1.* Secus quando pu-
5 pillus † tutore caret. Quoniam nec tacite, nec ex-
preſſe tunc conſentire poteſt. At ſi adultus effe-
ctus ratum habeat, quod ſuo nomine geſtum eſt,
ex tunc ſocietas confirmatur. *Bald. in l. cum oportet.
C. de bonis quæ liber. Barbat. conſ. 10. col. 2. vol. 4. Iaſ. d. l. 1.
n. 6. qui teſt. facere poſ. Alex. d. conſ. 49. n. 1 vbi in addit.
concordantes referuntur vol. 1. Ripa. de conſeſſionibus re-
6 ſponſo 1. n. 6. Bertrand. d. conſ. 62. n. 4. vol. 1. part. 2.* Soci-
etas vero non inducitur inter fratres nobiles ar-
tem quæſtuariam non exercentes, nam etiam ſi-
mul habitantes, & hereditatem paternam indiui
ſam retinentes, non præſumantur ſocietatem con
trahere. *Bart. d. §. altero. Ioan. de Anan. conſ. 62. vbi Bolo-
gnin. in addit. Bertrand conſ. 62. n. 2. & 6. & ſeq. vol. 1.
part 2. vbi plene Pariſ. conſ. 64. n. 2. vol. 1.* niſi cum dona,
7 ſalaria, & dotes in communi expendant, ex his e-
nim ſocialis affectus tacite reſultat, vel niſi fra-
trum vnus negocietur, negotiationisq; ſuæ com-
moda & lucra in communi ponat, alter vero licet
nullam exerceat artem, omnia vndecunque ad ſe
prouenientia in communi confert, vt dona, ſalaria
fructus, præbẽdæ ſi Clericus ſit, vel alia huiuſmo-
di. *Bald. d. l. ſi patruus n. 14. & 15. Iaſ. d. l. 1. n. 7. & 8. C. qui
teſt. fac. poſſ. Alex. d. conſ. 49. n. 5. vol. 1.*
8 Secundo non inducitur ſocietas † quandoq; ap-
parent emptiones, ab vno ex ſociis proprio nomi-
ne factæ altero ſciente atque patiente, ex quibus
declaratur animus non ineundæ ſocietatis, vel
prius contractæ diſſoluendæ, niſi ſint emptiones
factæ altero ignorante, quæ non inducunt diſſo-
lutionem *Soc. conſ. 291. n. 15. vol. 2. Aym. conſ. 26. n. 2.*
9 Tertio quando aliter ex ſociis in libro rationum
ſe creditorem aut debitorem deſcripſerit, alio ſci-
ente, & patiente, ex hoc coniicitur ſocietatem
inire voluiſſe, vel contractam diſſoluere voluiſſe:
*Alex. conſ. 76. n. 2. vol. 4. & in vltima ſubſcriptione euſ-
dem n. 18. & conſ. ſeq. n. 23. Dec. conſ. 21. n. 6. & licet Alci-
at. tract. præſump. reg. 1. præſump. 25. n. 4.* videatur ali-
ud ſentire, fatetur tamen in arbitrio Iudicis hoc
10 cedere. Quarto ſi frater, vel patruus pupilli tutor
intitulationem apothecæ nomine proprio inſcri-
pſerit, non videtur habere animum ſocietatem
cum pupillo ineundi, *Barb. d. conſ. 10. col. 6. in fin. vol. 4.*
Quinto ſocietas contracta ſoluitur morte vni-
11 us ex ſociis. *l. adeo, & l. itaque, §. morte ff. pro ſoc. & §.
ſoluitur inſtit. eod.*
12 Et adeo verũ eſt, quod ſocietas non trãſit ad he-
redem, quod nec etiam pacto id conueniri poteſt,
nec ſi conuentum fuit ratum habendum erit, per
iura ſuperius adducta, cum ibi not. & tenet Alex.
*conſ. 34. vol. 2. Dec. conſ. 213. n. 1. Curt. Sen. conſ. 52. per to-
tum Pariſ. conſ. 87. n. 1. vol. 1.* & ea vnius morte ſoluta
ſoluitur, quoad omnes alios ſocios ſuperuiuentes.
Aret. d. §. ſoluitur inſtit. de ſociet. Dec. d. conſ. 213 n. 3. & 10.
13 Imo neque virtute iur. tranſit in hæredem. Quia
iuramentum tanquam contra bonos mores præ-
ſtitum non eſt obligatorium. *Alex. in addit. ad Bart.
in d. l. adeo, ff. pro ſoc.* atque Curt & Pariſ. vbi ſup.
comprobant. & tenet Ioann. Fab. *d. §. ſoluitur inſtit.
14 de ſociet.* Quo vero † ad bona durante communio-
ne acquiſita, reſpondeo, aut ſunt bona proprio
nomine clandeſtine empta, & propria non ſunt,
ſed potius communia efficiuntur, at ſi ſocio ſci-
ente acquiruntur, proprio nomine propria ipſius
acquirentis remanent, plene Bertrand. *conſ. 38. n. 4.
vol. 2. part. 2 Soc. d. conſ. 291. vol. 2. Aym. conſ. 26.*
15 Secũdo ſi ſocietas † ſit vnius negotiationis, vel
ſi fratres nobiles paternam hæreditatem inſimul
poſſident, ab eis proprio nomine etiam de com-
muni pecunia empta propria remanent, & com-
municari debet tantum pecunia de communi ex-
penſa. *Iaſ. in l. ſi ſocius n. 2 ff. ſi cert. petat. poſt Bart in l.
Titium & Maeuium §. Altero. ff. de adminiſt. tut. Alex. d.
conſ. 49. n. 11. vol. 1. cum concordan. ibi relatis.* Tertio † ſi
16 bona pecunia communi empta ſint in Cataſto
communi nomine deſcripta, atque onera eorum
communi nomine ſoluta communia remanẽt, li-
cet proprio nomine ab altero ex ſociis acquiſita
ſint, *Roman. conſ. 191. n. 7. Bertrand conſ. 62. n. 11. vol. 1.
17 part. 2. Alciat. præſumpt. 17. reg. 3. n. 4.* Quarto † bona

ſubiungens quicquid ſit de iure, de facto, contrarinm ſeruant indices, & praua conſuetndine, vel potius corruptela, & præcipue B. Antonius *tertia parte.tit.9.cap.20.§.8.in fine.* conſuetudinem reprobant, & Syluester verbo Iudex, *1. quæstiou. 8. verſ. quartum.* communem opinionem aſſerit, quod conſuetudo huiuſmodi non valet. At ſi im-
4 moderatas † extorquent contra publicas conſtitutiones, vel laudabiles conſuetudines, ad reſtitutionem earum tenentur, maxime in ſoro pœnitentiali, & eſt quippe canonib. adeo odioſa ſportularum indebita exactio, quod ſpontanea remiſſio iudici facta non liberat eum ab obligatione reſtituendi, niſi iudex actualiter offerat, vel reſtituat ei, à quo extortæ ſunt, *cap.ſtatutum §.ſi quid autem.de reſcriptis in 6.& c.2.de cenſibus. eod. tit.* & vtrobiq; gloſſa notat, donare ſane poteſt is, cui extortæ ſunt poſt reſtitutionem vel realem oblationem à iudice ſibi factam, ante oblationem, vel reſtitutionem, remittere non poteſt, ita quod iudex ſit in conſcientia tutus. Præmiſſa quidem comprobantur ex iis, quæ ſcribunt Gabriel Biel, *in 4. diſt. 15. quæſt.6.& in verb.iudex. Angelus num.8. Syluest. 1.quæſt.8. Fabien in verb.reſtitutio.num. 40. B. Antonius parte 2.titulo 2.cap.4 & part.3.tit.9.cap.2.* Non obſtat, quod contrarium tenent Hoſtienſ. *de vſuris. §.eſt autem.num.12.circa finem. Medina de reb.reſtituendis.quæſt.3.verſ.ſecunda cauſa. Caiet.ad S.Thom.2.quæſt. 62.art.6.ad tertium. ſequitur Nauarrus in Enchirid.c.17. num.45.* dicentes, remiſſionem libere factam ab eo qui donare poteſt, liberare debitorē. Ad hoc obiectum reſpondetur, in foro contentioſo illud verum eſſe, ſecus in foro conſcientiæ, vt aduertit S. Anton, ſup. cit. loc. *2.part.* Rurſus reſpondeo, regulariter verum eſſe, remiſſionem valere, ſed fallit in remiſſione iudici facta de ſportulis indebite ablatis, ad reprimendam malorum iudicum concuſſionem vel fraudem, vt gloſſæ prææallegatæ notant, ſicuti etiam fallit in aliis quibuſdam caſibus ſpecialibus, quos ponit Medina, vbi ſupra, *verſicul. poſtremo ad idem.* & textus ſunt aperti, qui euitari nequeunt, *in dict.cap.ſtatutum. & in d. c. 2.de cenſib.in 6.* & hęc eſt communis Theologorum ſententia, vt Hoſtienſ. refert, tametſi ipſe contrarium teneat. Porro iudices, qui ab huiuſmodi illicitis abſtinent, ſummum beatitudinis gradum in cœlis ſibi comparant, vt Eſaias inquit: Qui excutit manus ab omni munere, in excelſis habitabit, ſtudeant iudices eorum officium in charitate exercere. Hoc vtique æternæ Maieſtati adeo gratum eſt, quod etiam fidelibus bonis iudicibus
5 præmia largitur. Refert enim † Beatus Antoninus ex mente Petri de Palude, *2.part. titul.1.cap 19. §.2.* Quod cum in Francia quidam ſoderet agrum, inuenit linguam humanam viuam, quam interrogans cuius eſſet, illa reſpondit ſe eſſe linguam hominis Pagani, qui diu iudex fuerat, & nunquam ſententiam iniuſtam emiſerat, ob idque Deus animam ſuam in illo membro ſeruauerat, donec Baptiſmum reciperet. Quod cum nunciaretur Epiſcopo, ille cum clero illuc veniens, poſt locutionem linguæ auditam, Epiſcopus illam baptizauit, & confeſtim in puluerem reſoluta eſt. Vide ergo, quam diligat Deus iudicem bonum: econtra vero iudicem malum valde odit, in Sapientia namque legitur: Quoniam non cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, horrende apparebit vobis, & iudicium duriſſimum fiet his, qui præſunt.

SVMMARIVM.

1 *Cautela Baldi ad examinandum teſtes poſt publicatas atteſtationes.*
2 *Iudex ſecundum allegata & probata, quamuis indicare teneatur, non tantum prohibetur informationes extraiudiciales capere.*
3 *Concluſio in cauſa eſt terminus probationum excluſiuus.*
4 *Iudex pro abſente ex contumacia vel alia iuſta cauſa probationis inducere poteſt.*
5 *Iudex defenſor veritatis eſſe debet.*
6 *Ad veritatem perquirendam omnia iura clamat.*
7 *Iudex veritatē perquirere debet, ſicut venator leporē.*

QVÆSTIO XIX.

TESTES poſt publicatas atteſtationes ob timorem ſubornationis produci nequeunt. *Clement. teſtib. extr. de teſtib. & probant ibi Archid. Car.*
1 *& Imol.* eſt tamen cautela, † vt pars det iudici nomina teſtium, & ſe abſentet tūc iudex, in quo ſubornatio nō timetur, poteſt recipere teſtes, & teſtimonium eorū valebit, *Bal. in l. ampliorem. un. 8. C. de appell. ſequitur Lanfranc. in practic. in verb. teſtium depoſitiones. n 27. Iaſ. in l. vbi pactum. n. 14. C. de tranſact. plene Alex. in l. 4. §. hoc autem iudicium. n. 13. & ſeq. ff. de dam. infect.* reprobans Romanū ibi contrarium tenentem, & Baldi cautelam ſequūtur etiam Aym. *conſ. 134. n. 1. vol. 1. plene Marſ. in l. 1. §. ſi quis vltro. n. 8. de quæſt.* Contrarium tenet Corſetus *ſingul. 22.* limitans ex mente Rom. *in rub. de arbitr.* Baldi doctrinam procedere, quādo iudicis culpa teſtes minus recte forent examinati, & limitationem ſequitur additio ad Lanfranc. vbi ſupra, proxime Pau. de Caſt. *conſ. 246. per tot. vol. 1.* Ego vero Baldi ſententiæ libenter me ſubſcriberem, vt veritas ſæpius agitat magis
2 ſplendeſcat in lucem ex pluribus. Iudex † etſi ſecundū acta & probata iudicare teneatur, nihilominus non prohibetur à teſtibus extraiudicialiter receptis informationes capere, & cæteris paribus ſecundum eos iudicare, per ea quæ adducit Alexand *conſ. 112. vol. 4.* quodque iudex moueri poſſit ad iudicandum etiam ex iis, quæ extra acta ſunt, firmant Abbas & alii, & poſt eos Felynus *in capitul. paſtoralis. numer. 29. de offic. delegat.* quod vtique verum eſſe aiunt, quando iudici certitudinario de veritate conſtat, non quando ſuſpicatur, vel opinatur veritatem aliter ſe habere, quam conſtet in actis, ad idem quoque facit Iaſon *in §. ſi minus. numer. decimo quinto. vbi plene inſtitution. de actionib.* Aymo *conſilio centeſimo octuageſimo nono. nu. 1.*
3 Secundo concluſio † in cauſa, quamuis ſit terminus probationum excluſiuus, iudex tamen, cui nunquam concluditur, & cuius officium ſemper vniformiter viget, poteſt probationes ex officio recipere, & præſertim pro eius informatione,

Rota

Rota decis. 2. de testib. in nouis. Abbas in cap. cum dilectus. de fide instrum. Decius in cap. denique. 2. notabil. de exceptionibus. Berous cap. quoniam contra. num. 200. de probationibus. Iaso. repe. l. admonendi. numer. 62. ff. de iureiur.

4 Tertio iudex † probationes inducere potest pro absente ex contumacia, vel alias ex iusta causa. *Auth. qui semel. C. quomodo & quando index. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. vbi Bart. Alex. & reliqui.* imo fortius consuluit Aret. *cons. 246.* quod nedum potest iudex, sed etiam tenetur ad defensionem absentis ex officio testes recipere, quamuis sint publicatæ attestationes.

5 Quarto, iudex † defensor veritatis esse debet, alias nihil perniciosius contra Deum, nam semper male ostenditur veritas, inquit Paulus de Castro *consil. 234. in fine principii. volu. 2. & cons. 257. versicul. constat autem. in fine. volumin. eodem.* Idemque alias dixit *cons. 143. viso processu. num. 2. vol. 2.* Quando iudex in multis coram se gestis perpendit indubitanter ita esse, licet probatio directa facta non sit, potest salua conscientia iudicare, & melius *consilio trecentesimo octuagesimo, per totum. volum. 1.* vbi quod conformare iudicium suum cum veritate debet, & eam summopere adiuuare, ipsiusque veritatis probationes ampliare, & qui littera legis seruata repugnante conscientia veritatem offendit, ædificat ad gehennam, atque Bald. *consil. 10. in fine. volum. 1.* inquit, magis veritas quam iuris solemnitas attendatur, *per leg. cum tabernam. §. idem quæsit. ff. de pignorib.* & alibi idem Baldus *consilio 265. num. 3. volu. 1.* dixit, habita veritate secundum eam iudicandum est, & quando veritas nullo modo patere potest, iudicari potest secundum conscientiam, *per l. illicita. 5. §. veritas ff. de off. præsid. & arg. capit. cum clerici. de re iud. lib. 6.*

6 Quinto, ad † veritatem perquirendam omnia iura clamant, & præcipue lex diuina, vt habetur Deuteronomii *capit. 13. ibi: quære sollicite & diligenter rei veritate perspecta,* & apud Esdram: *lib. 3. cap. 4.* omnes populi clamauerunt, & dixerunt: *Magna est veritas & præualet.* Et Psalmista canit: *Ne auferas de ore meo verbum, veritas vsquequaque.* Et Saluator ait: *Ego sum via, veritas & vita,* ex quibus apparet, quod veritas in omnibus prædominari debet, & vti venator leporem per loca densa & aprica perquirit: sic iudex veritatem omni conatu venari debet. Neque propterea iuris ordo destruetur, sed iudicii forma regulariter seruetur, & si iudicem æquitas mouerit, Baldi cautela vitatur, & veritatem vtcunque potest assequatur. *Argument. l. vbicunque. ff. de interrog. action. l. prima. ff. de iurisdiction. omnium iudicum.* & sic ex præmissis patet, quod vti vera admittenda est Baldi cautela, de qua supra.

S V M M A R I A.

1 *In schola Theologorum est dissensio, an Iudex debeat iudicare secundum veritatem sibi isto processu, nota.*
2 *Receptior est opinio quod non.*
3 *Iudex non potest iudicare contra veritatem à iudice tanquam priuato cognitam.*
4 *Limitatur non procedere, quando imminet periculum animæ.*
5 *Secundo limitatur non procedere, quando extraiudicialiter procedere potest.*
6 *Tertio limitatur non procedere, quando facultatem habet prohibendi in scriptis, & sine scriptis.*
7 *Quarto limitatur, quando potest procedere de facto, & sola veritate inspecta.*
8 *Quinto, vbi agitur de reo absoluendo.*
9 *Sexto limitatur, non procedere, quando testes suspecti sunt.*
10 *Septimo, quando iudicat iis qui supra leges sunt.*
11 *Octauo declaratur, promissa procedere, quando veritas certitudinarie constat.*

QVÆSTIO XX.

1 MAGNA est in † schola Theologorum dissensio, an iudici liceat iudicare contra veritatem sibi notam, propterea qui in contrarium probantur ex processu, aliis partem negatiuam, aliis affirmatiuam sequentibus, qui partem negatiuam tenent, inquiunt: iudicare contra veritatem est iudicare contra ius naturale atq; diuinum, & quod vtilius est scandalum nasci, quam veritatem deserere, quodque iudicis officium latissimum est. Ideo potest subterfugere in fauorem veritatis, & alias quoque rationes adducunt auctoritatibus sacræ scripturæ munitas, quas refert & sequitur Angelica *in verb. iudicare. num. 7.* vbi plene hanc partem tuetur: veruntamen receptior est o-
2 pinio, † quod iudex tenetur iudicare secundum allegata & probata, etiam contra veritatem, quam ipse nouit, quæ sententia originem habuit ex verbis Augustini, dum ait: Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, sed secundum leges & iura pronunciat, quam quidem sententiam S. Thom. *22. quæst. 67. art. 2.* dicens, secundum iura iudicare, est secundum ea, quę in iudicio proponuntur & probantur, & rationem addit, quia iudicare pertinet ad iudicem, secundum quod fungitur publica potestate, non secundum id quod ipse nouit, tanquam priuata persona, per instrumenta & testes, & alia legitima documenta, quæ sequi tenetur, cum districtius ea discutiens non possit earum defectum inuenire, & hanc sententiam, qui eam tenent, asserunt eam veram esse tam in causis ciuilibus, quàm etiam criminalibus, ita quod iudex necesse habet reum iudicialiter conuictum ad mortem damnare, quamuis ipsi extra processum certa sit eius innocentia, imo volens causam superiori remittere, & se ab onere iudicandi eximere, non auditur, sed nec officio, quod gerit renuncians excusatur, præmissaque in singulis eius membris rationibus comprobant, contrariaque tollunt, Richardus *quodlibet o 24. quæst. 25. Caietan. ad S. Thomam loco, de quo supra Sotus de iustitia & iure libr. 5. quæst. 4. artic. 2.* quorum vterque fusissime rem dilucidant, aliosque enumerant eandem sequentes opinionem, & habent Canonistæ *in c. iudicet. 3. quæst. 7.* vbi est text. in hoc articulo admodum notabilis, præmissa confirmans, vbi dicitur, qui iudicat, voluntati suæ obtemperare non debet, sed tenere quod legum est, & hæc quidem Theologorum sententia licet pugnare videatur cum cautela Baldi, &

membra occurrentia ponens,& coos.Romani, &
alterum Petri de Perusio in materia subnectens.
3 Contraria huic sentētia † habet, quod contra-
hitur societas omnium bonorum tantum ex quæ-
stu,& lucris prouenientium, ita quod lucra nego-
tiationum communicare duntaxat voluisse præ-
sumantur, & sic ad actus sociales societas restrin-
gitur, & extra eos non extenditur, cum actus no-
stri voluntarii non extendantur vltra quā geran-
tur, & communicatio lucrorum vel fructuum
non infert communicationem capitalis vel pro-
prietatis bonorum, quam sententiam tenuit *Bart.
in l.Titium,& Mæuium §.altero,ff.de administ tut.Bart.
& Salic.in l.si patruus.C.commun vtr.iud.Alex.cons. 4.
n.4.vol. 2. Dec. cons. 21. Bolognin.cons. 7. per totum.Ber-
trand.cons.33.n.5.vol. 2. part. 2. Boer. Decisi. 214.n. 4.
Ant. Corset.in suis singularibus in verbo societas. Alex.
cons.77.n.10.vol. 4.* vbi quod ita communiter doct.
concludunt, & quod ita etiam sit communis opi-
nio,& in iudicando, atque concludendo sequen-
da firmat *Andr.Barbat.cons. 22. vol. 1.* Ego posteriori
sententiæ in actu practico adhærendum esse cen-
seo, quoniam in fructibus, ac lucris lex facile libe-
ralitatem præsumit. *Alex.cons.76. & cons. 77. vol. 4.*
Secus cum de proprietate tractatur: quia magni
est præiudicii liberalitatem in ea præsumere, *Ca-
strē.cons.349.vol.1.Cepol.cons.13.Ias.cons.11.vol.2.* Acce-
dit quod non est verisimile socios ab initio inter-
rogatos respondisse se aliis communicare velle he-
reditates sibi obuenientes, legat donationes, do-
tes,& alia, quæ ipsorum propria futura sunt, *Gloss.
in l.tale pactū §.fin. ff. de pact l. Campanus ff. de oper. li-
bert.* poteistque forte sic inæqualitas, & iniustitia
magna inter fratres, vel socios contingere, quam
euitari debere iura suadent. *l.2. C. de impuberum &
aliis substit.*
4 Si alter fratrum in pupillari ætate existat, & tu-
torem habeat, tacite societatem contrahere po-
test, vel à patre antea contractam continuare, si
tutor fratri, vel patruo pupilli communiter vi-
uenti communicat, & ei communicatur. *Bald. d. l.
si patruus n.15. Ias.d.l.1. n. 6. C. qui test. facere possunt.
Dec.cons.21.Bertrand.cons.62.n. 4. vol. 1. part. 2. plenius
Paris.cons.34.n. 4. & sequenti vol.1.* Secus quando pu-
5 pillus † tutore caret. Quoniam nec tacite, nec ex-
presse tunc consentire potest. At si adultus effe-
ctus ratum habeat, quod suo nomine gestum est,
ex tunc societas confirmatur. *Bald. in l. cum oporter.
C. de bonis quæ liber. Barbat.cons.10.col.2.vol.4.Ias.d. l.1.
n.6.qui test.facere poss.Alex.d. cons. 49. n. 1. vbi in addit.
concordantes referuntur vol. 1. Ripa. de confessionibus re-
6 sponso 1.n.6.Bertrand.d.cons.62.n. 4. vol.1.part.2.* Soci-
etas vero non inducitur inter fratres nobiles ar-
tem quæstuariam non exercentes, nam etiam si-
mul habitantes, & hereditatem paternam indiui
sam retinentes, non præsumantur societatem con
trahere. *Bart.d.§.altero.Ioan.de Anan.cons. 62. vbi Bolo-
gnin.in addit. Bertrand cons. 62. n. 2. & 6. & seq. vol. 1.
part 2. vbi plene Paris.cons.64.n.2.vol.1.* nisi cum dona,
7 salaria, & dotes in communi expendant, ex his e-
nim socialis affectus tacite resultat, vel nisi fra-
trum vnus negocietur, negotiationisq; suæ com-
moda & lucra in communi ponat, alter vero licet
nullam exerceat artem, omnia vndecunque ad se
prouenientia in communi confert, vt dona, salaria
fructus, præbēdæ si Clericus sit, vel alia huiusmo-
di. *Bald.d.l.si patruus n.14.& 15.Ias.d.l.1.n.7.& 8.C.qui
test fac.poss.Alex.d.cons.49.n 5.vol.1.*
8 Secundo non inducitur societas † quando ap-
parent emptiones, ab vno ex sociis proprio nomi-
ne factæ altero sciente atque patiente, ex quibus
declaratur animus non ineundæ societatis, vel
prius contractæ dissoluendæ, nisi sint emptiones
factæ altero ignorante, quæ non inducunt disso-
lutionem. *Soc.cons. 291. n. 15. vol. 2. Aym. cons. 26. n. 2.*
9 Tertio quando aliter ex sociis in libro rationum
se creditorem aut debitorem descripserit, alio sci-
ente, & patiente, ex hoc coniicitur societatem
inire voluisse, vel contractam dissoluere voluisse:
*Alex.cons.76.n. 2. vol. 4. & in vltima subscriptione eius-
dem n.18.& cons.seq.n.23.Dec.cons.21.n.6. & licet Alci-
at.tract.præsump.reg.1.præsump. 25.n.4.* videatur ali-
ud sentire, fatetur tamen in arbitrio Iudicis hoc
10 redire. Quarto si frater, vel patruus pupilli tutor
in titulationem apothecæ nomine proprio inscri-
pserit, non videtur habere animum societatem
cum pupillo ineundi, *Barb.d.cons.10.col.6.in fin.vol.4.*
Quinto societas contracta soluitur morte vni-
11 us ex sociis. *l. adeo, & l. itaque, §. morte ff. pro soc. & §.
soluitur instit. eod.*
12 Et adeo verū est, quod societas non trāsit ad he-
redem, quod nec etiam pacto id conueniri potest,
nec si conuentum fuit ratum habendum erit, per
iura superius adducta, cum ibi not. & tenet Alex.
*cons.34.vol.2.Dec.cons.213.n.1.Curt.Sen.cons. 52. per to-
tum Paris.cons.87.n.1. vol.* 1. & ea vnius morte soluta
soluitur, quoad omnes alios socios superuiuentes.
Aret.d.§.soluitur instit.de societ.Dec.d.cons 213 n.3.& 10.
13 Imo neque virtute iur. transit in hæredem. Quia
iuramentum tanquam contra bonos mores præ-
stitum non est obligatorium. *Alex. in addit. ad Bart.
in d. l. adeo, ff. pro soc.* atque Curt & Paris. vbi sup.
comprobant.& tenet Ioann. Fab. *d. §. soluitur instit.
14 de societ.* Quo vero † ad bona durante communio-
ne acquisita, respondeo, aut sunt bona proprio
nomine clandestine empta, & propria non sunt,
sed potius communia efficiuntur, at si socio sci-
ente acquiruntur, proprio nomine propria ipsius
acquirentis remanent, plene Bertrand. *cons.38.n. 4.
vol.2.part.2 Soc.d.cons.291.vol.2.Aym.cons.26.*
15 Secūdo si societas † sit vnius negotiationis, vel
si fratres nobiles paternam hæreditatem insimul
possident, ab eis proprio nomine etiam de com-
muni pecunia empta propria remanent, & com-
municari debet tantum pecunia de communi ex-
pensa. *Ias.in l.si socius n.2 ff.si cert. petat. post Bart. in l.
Titium & Mæuium §. Altero. ff. de administ. tut. Alex. d.
cons.49.n.11.vol.1.cum concordan.ibi relatis.* Tertio † si
16 bona pecunia communi empta sint in Catasto
communi nomine descripta, atque onera eorum
communi nomine soluta communia remanēt, li-
cet proprio nomine ab altero ex sociis acquisita
sint, Roman.*cons 191. n.7. Bertrand cons. 62. n. 11. vol.1.
17 part.2. Alciat. præsumpt. 17. reg 3. n 4.* Quarto † bona

communi nomine empta, in dubio de pecunia ementis acquisita præsumuntur, ideoque frater tenetur medietatem pretii fratri ementi restituete, in rebus emptis comuni nomine, alioquin in dubio de pecunia ementis præsumitur acquisita, sequitur Curt. *in leg. prima C. de furt. Rom. consilio tertio & iterum singul. 440. cum multis ibi in additione citatis, & Parisius quoque in addit. ad Bartolum in dicta leg. 2.* multos idem tenentes refert, & tenet Alexander *cons. 134. in fin. vol. 2.* & ita commonitet tenetur, vt Curt. & Alex. affirmant.

18 Nisi tamen probaretur, quod frater nulla bona propria possideret vel aliam negotiationem non exereeret, ex quibus verisimiliter pecunias proprias habere posset. Quia tantum non præsumitur de pecuniis propriis acquisiuisse. Sed potius de communibus. *Romano dicto consilio tertio in fin. & melius consilio 346. numero 16. Aym. consilio 131. numero 12. volumine primo Curt. dicta lege prima de furt. Parisius in additione ad Bartolum in allegat. lege secunda* qui alias duas falleotias referunt.

19 Dissoluta veto societate, seu comuniooe, cum de diuisione, superluetatorum agitur, res ita temperanda est, si ex communibus bonis lucra facta fuerint, pars communi capitali assignari debet, & inter ipsos fratres pro rata diuidi, residuum vero personis negotiantibus, siue operantibus pro modo industriæ singulorum.

20 Si vero absque commuoibus † bonis aliqnid superlucrati fuerint pro numero personarum & pro modo industriæ, eorum diuisio fieri debet & si à fratribus rusticis, lucrorum ex prædiis ad Saboretium conductis factorum diuisio fieri debeat, imprimis impensa seminis, expensæ in messe factæ, & reliquæ expensæ deduci debent, indeque collatiuum bonum, si enm bobus communibus, prædia conducta culta fuerunt, & in stirpes inter fratres ipsos diuidi, residuum vero io capita pro morbo industriæ singulorum de familia, partiri debet. *Baldus dicta lege si patruus. numero decimo sexto. Petrus de Vbaldis tract. de duobus fratribus quarta parte prin. numero duodecimo & sequentibus.* vbi multas ponit quæstiones ad materiam hanc pertinentes. *Bartolus consilio centesimo octuagesimo sexto, Cucciarellus Alexander consilio centesimo trigesimo tertio, in principio, & consilio 19. per totum volumine secundo, & consilio trigesimo quinto numero duodecimo vsque in finem consilii volumine primo,* vbi multos concordantes citat, & plenius Marianus Socinus Iunior *consilio septuagesimo quarto per totum volumine secundo, & est magis communis secundum Alexandrum, Parisium & Socinum Iuniorem.*

21 Neque passim, & indistincte lucri pars † dimidia capitali assignari debet, aut inter operantes æqualiter in capita diuisio fieri. Sed id totum arbitrio boni viri committitur, qui varie decetnere debet secundum qualitatem capitalis, & industriæ, ita, vt qui magis solers operarius fuit, maiorem ferat partem, qui vero minus, minorem secundum prælegatos, & inquit Corneus *consilio vigesimo septimo, numero decimo quarto & decimo quinto, volumine secundo,* opere adulti quindecim vel sexdecim annorum non sunt eiusdem æstimationis, vt opere viri perfectæ ætatis. Iudex ergo, vel arbiter electus infornet se à notis coosanguineis, vel vicinis, cum super his certa meta vel doctrina dari nequeat, & habetur iofra *recol-*
22 *lecta centesima septima, num. quinto.* Estque † in materia notandum inter rusticos, quod sicut frater, ita & soror viriliter in lucris concurrere debet, quando ligonizant in prædio sicut masculus. *Ias. in leg. prima. numero vigesimo C. qui test. facere possunt. Petrus de Vbaldis tractat. de duobus fratribus, quarta parte principali numero 17. in fin.* vbi hoc verum de iure esse dicit: sed quod de consuetudine non seruatur.

23 Et de filiis impuberibus fratrum vide eundem Petrum de Vbald. *vbi supra numero 14. & 18. & numero 19. circa finem,* atque etiam de filiis maioribus ponit Angelus *cons. 112. Rom. consilio 165. Alexander consilio 98. & consilio 132. volumine secundo.* Quodque
24 impensa † ab altero ex fratribus facta in nuptiis, vel ad sui honorem, in militia, vel alias, vel etiam in funeralibus de communi soluendo non sit, ponit Specul. *de indit. § sequitur n. 9. Alex. d. cons. 133. n. 4. dubio vol. 2. Petr. de Vbald. part. 6.*

25 Et quod solutum pro condemoatione, vel redemptione alterius, sit in eius portione imputandum, id totum quod expensum est, tradit Alex. *d. cons. 99. in fin. & d. cons. 133. in fin. vol. 2.*

26 Quid de fratre, seu socio de † commuui filias dotante, vid. Ant. de Butr. *consilio 7. per totum. Rum. consilio 121. volumine 1. plene Dec. in l. pactum quod dotali. col. fin. C. de collat.*

27 Et est quoque † sciendum, quod in dubiis quæstionibus propter conflictum probationum ipsarum partium, & dubitabiles rationes hinc, & hinc adductas arbitri partes componere possunt, & vt eis videtur diuisionẽ facere, & pro eorũ arbitrio rem dirimere, Baldus & Imol. *in lege si paterfamilias Titium ff. de hered. instit. Socinus Iunior consilio septuagesimo quarto, numero duodecimo, volumine secundo,* & ad idem faciunt adducta infra *quæst. 21. numero 9.*

28 In arbitrariis autem † iudex de eo quod facit argui non potest, cum præsumatur moueri ex iusta causa. *Paulus de Castr. consilio ducentesimo nonagesimo nono, volumine secundo. Aym. consilio septuagesimo tertio, numero tertio:* qui ait vtrum iudex benefecerit conscientiæ suæ relinquendum videtur, & iudex appellationis non debet reuocare sententiam primi Iudicis vitio probationis, quam lex iudicis ipsius committit arbitrio. Hucusque de societate in foro exteriori actum, est nuoc de societate in foro interiori agendum est.

SVMMARIVM.

1 *Societas in mercatura quomodo licite contrahitur.*
2 *In diuisione lucri & damni regulam Caietanus ponit.*
3 *Aliam regulam Soc. tradit.*

Senton

tnitio causa visa est dubia. Quando à principio cognouit causam iniustam, videretur dicendum, licere huiusmodi causæ patrocinium præstare,
2 quoniam, quemadmodum licet medico † curam infirmitatis desperatæ assumere, & peritiam suæ artis ostendere, ita aduocatus & procurator non videtur peccare, si iniustam causam defendit peritia & arte sua. Rursus, licet militi aduersus hostem insidiis astutiisque vti ad eum debellandum, pariter aduocato atque procuratori licere videtur causam iniustam tueri, ad acumen ingenii, artisque peritiam manifestandam. In contrarium est veritas, vt habetur Paralipomen. 2.c.19. *Qui impio prebes auxilium, iram Domini merebe-ris*, & expressius *in c. si quis vero, 11. quæst. 3. ibi: Non defendas improbum.* Et est moralis text. ad hoc *in l. rem non nouam. C. de iudicijs.* Quocirca, qui sciens prudensque iniustæ causæ patrocinatur, auxilium & consilium dat impio, & proculdubio mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur eius damni, quod contra Iustitiam per eius auxilium pars altera incurrit.

Non obstat, quod de cura medici dicitur, quoniam diuersa est ratio medici & aduocati: etenim medicus nulli facit iniuriam, at vero aduocatus, procuratorque partem lædit aduersam. Non obstat, quod de milite dicitur, quoniam licet militi in bello iusto ex insidiis agere, prudenter occultando quæ facere intendit, non autem licet falsitate vti, & fraudulenter agere, cum etiam hosti sit seruanda fides. Hinc infertur, quod licet aduocato vel procuratori causam iustam defendenti prudenter occultare ea, ex quibus processus posset impediri, ceterum non cōceditur illi falsitate vti. Quando vero à principio causæ iustam illam esse credit, & pendente processu superuenit scientia, quod causa est iniusta, tunc tenetur causam deserere, & ad cedendum clientem suum admonere, vel ad componendum inducere sine aduersarii damno. Hæc habentur ex S. Thom. *2. 2. quæstion. 71. articul. 3. Gabriel Biel in 4. distinction. 15. quæstione sexta articul. 2. conclusione nona. Asten. libr. primo. tit. 39. articulo primo. Hostiens. de pœnitentiis & remißionibus, numer. 32. Nauarrus in Manuali, capit. vigesimo quinto. numer. 20. & est textus in dict. l. rem non nouam.* Quando vero causa est dubia, propter rationes & auctoritates, pro vtraque parte concurrentes, vtique tunc remouendus non est à patrocinio aduocatus & procurator in foro conscientiæ, quia iniustam causam non defendit, sed forte iustam. *Sylvester in verb. Aduocatus. num. 5. Tabien. num. 15. Sotus de iust. & iur. lib. 5. quæst. 8. art. 3.* qui in fortioribus terminis tenet, etiamsi minus probabilitatis habet pars, quam tuetur aduocatus, licere illam defendere, quod ego non facile admitterem, quando aduocatus & procurator credit, partem aduersam esse iustiorem, & partem, quam tuetur, minus probabilem, tametsi multæ sint pro vtraque parte rationes & auctoritates, quoniam tunc contra conscientiam suam facit, & qui facit contra conscientiam, etiam erroneam, ædificat ad gehennam, *cap. omnes. 28. quæstion. 1. cap. literas. de restitutione spoliatorum.* Et hoc est, quod idem Sotus dixit, vix absque periculo infirmior pars defendi potest, præterea in dubio tutior pars est eligenda, maxime in concernentibus salutem animæ, *capit. inuenit. de sponsalibus, & matrimonialib.* quibus accedit Nauarrus in Manuali post Antonium de Butrio. Sin autem in causa dubia aduocatus partem, quam tuetur, credit probabiliorem, secure agit in foro conscientiæ per prædicta, admonito tamen prius cliente de dubio causæ, sicuti faciendum esse docet Sotus præallegatus. Sunt præterea multi alii casus, in quibus peccant aduocati & procuratores, quando, inquam, subdole fouent causas, cum illas desperatas defendunt contra conscientiam, cum nimis magnum salarium recipiunt, cum opprobriis certant, cum positiones cauillosas faciunt, vt partem aduersam capiant, cum clientem inducunt ad peierandum, ponendo, vel respondendo, cum recepto salario non amplius student. Hæc Hostiensis loco superius relato.

Modestia vero aduocatorum describitur *in c. si. 5. quæst. 4.* vbi dicitur, quod ab eis proponitur, mitissima relatione verborum proferri debet, vt nec contentiosis vocibus nec contumeliis, vel risibus, sensus audientium perturbent, scriptum est enim: Eiice derisorem, & exibit cum eo iurgium. Ceterum, si quem in eorum officio offenderint, audiant. Hostiensem vbi supra dicentem: Satisfaciant aduocati iis, quos læserūt, & per veram pœnitentiam suo satisfaciant creatori, si nolunt apud inferos perpetuo cruciari Attendite obsecro Domini aduocati id quod dixit idem Hostiensis *in proœmio summæ, numero octauo.* Aduo-
3 cati fideles, & iusti iudices magis vitam † fructuosam ducunt, quam religiosi vitam contemplatiuam seruantes. allegat *cap. nisi cum pridem. §. final. de renunciatione.* vbi dicitur, ne putes Martham malam partem elegisse, quia Maria optimam elegerit, quoniam etsi illa sit magis secura, ista est magis fructifera, *& in capit. licet. de regulis iuris.* dicitur.

Præponitur sollicitudo contemplationi & labor quieti, gaudeant igitur aduocati boni, quia maius præmium habebunt in iudicio finali, quam claustrales. Ad laudemque vestram dicitur, *in l. aduocati. C. de aduocat. diuersorum iudicum.* Aduocati non minus prouident humano generi, quam si præliis & vulneribus patriam parentesque saluarent. Militant namque causarum patroni, qui laborantium spem, vitam, & posteros defendunt.

De malis vero aduocatis legitur apud Beatum Antonium, quod vnus in extremis laborans clamabat, inducias, inducias, quas obtinere non potuit, quia superfluas viuens postulabat. Alius cum ad confessionem sollicitaretur, ait: Appello; & sic vadens ad iudicem supernum, appellatio sibi non profuit.

Malorum aduocatorum pœnas plurimas legi, quas consulto omisi, ne videar in contemptum nostrum hæc scribere.

4 *Sententia auctoris.*
5 *Societas saluo capitali quam rationem iniri possit.*

QVÆSTIO XXIII.

QVæritur igitur de societate in mercatura
quid iuris sit in schola Theologorum, dic
quod societas tuta conscientia in negotiatione
1 contrahitur. Primo si ars † siue negotiatio sit de
re licita. Secundo si pecuniam in societate expo-
nens, alio periculo damni subiiciatur. Tertio
si seruetur æquitas in lucro & damno, quæ qui-
dem æquitas in hoc consistit, quod nisi aliter
consuetudo proborum mercatorum disponat,
nisi pecuniæ præualeat opera mercaturam exer-
centis.

Diuisio lucri fieri debeat, vt ad vtrumque
sociorum pro medietate pertineat, ita quod de-
ducto capitali, quod præcipuum erit ponentis
illud in societate superlucratum pro medietate
ipsi assignetur, & pro alia medietate illi, qui in-
dustriam suam contulit. At vbi de diuisione da-
mni contenditur, pecuniam in societate ponens
sustinet damnum capitalis, quod ipsi soli non o-
peram ponenti perit, iactura vero industriæ mer-
caturam exercentis ipsi soli, qui illam exercet,
appropriatur.

Sin autem dissoluta societate, neque lucrum,
neque damnum in mercatura reperitur, tunc ca-
pitale restituitur ei, qui exposuit illud omni lu-
cro priuatus, sicut & opera mercaturam exercen-
tis remanet inanis, & absque lucro *S. Thom. 2. 2. quæ-
stione 18. art. 2. in responsione ad 5. & ibi Caiet. Gabriel
Biel. in quarta distinct. 15. quæstione secunda dub. 10. Ang.
verb. societas. numero quarto & decimo.* Syluest. eodem
verbo. numero primo Nauar. in enchiridion cap. 17. nu-
2 *mero 251. & sequentibus.* Cumque ad patriam † res
deducitur, regulam hanc in diuisione lucri, & da-
mni seruari debere docet Caietanus ad S. Thom.
vbi supra inquiens: Sunt tres socii, vnus ponit
mille ducatos, alius ponit operam æstimatam
mille ducatis. Tertius ponit operam æstimatam
ducatis quingentis, lucrum diuidendum erit, vt
ex singulis quinque superlucratis. Tertius habet
vnum, & duo pro quolibet percipiant alii, ita
quod si lucrum constat ex duobus millibus, &
quingentis ducatis. Tertius habeat quingentos,
& alii duo habebunt singuli mille ducatos. Ve-
rum regulam † hanc non admittit Soc. *de iustitia &*
3 *iure. libro sexto. articulo primo,* distributionem lucri,
& damni inter socios fieri debere docens, non pro
rata pecuniæ & operæ singulorum, sed pro rata
periculi, cui vnusquisque sociorũ subiacet, sed Na-
uarr. loco præcitato, adhæret Caietano & declinat
ab opinione Sot.

4 Ego vero sententiam hanc sic expendi posse
arbitror, nempe vbi extat consuetudo diuisionem
faciendi pro rata operæ & pecuniæ in societatem
collatæ, Caietani sequenda est opinio à consue-
tudine sic approbata. Vbi vero viget consuetudo
quod distributio lucri, & damni fiat pro rata peri-
culi, quod quilibet sociorum subiit, Soti sententia
præualere debet, ex arbitrio namque boni viri
pendet æquitas seruãda inter socios, sicuti omnes
præallegati fatentur.

Vbi ergo bonorum virorum consuetudo v-
num alterumue diuidendi modum recepit, sic
æquitas societatis suggerit esse faciendum, quo-
niam consuetudo optima est legum interpres, at
vbi deest consuetudo, Caietani opinio esse rece-
ptior videtur, & si non satis inuicem discrepare
videantur, si recte vtraque perpendatur.

Insuper dubitatur an aliquis sit casus † in quo
5 societas coiri possit vt capitale sit saluum, & id
quidem licite resp. affirmatiue Syluest. *in verbo so-
cietas primo, numero secundo.* dicens capitale saluum
esse potest, non ex natura societatis, sed ex con-
tractu assecurationis à tertio factæ, vel ab eodem
socio, vt si pecuniam in societate ponens certum
quid dat tertio, vel ipsi socio, vt subeat periculum
capitalis. Quo casu duo sunt contractus, vnus so-
cietatis, alter assecurationis, qui sane contractus
assecurationis licitus est, vt post Archidiaconum,
& Laurentium de Rodulphis affirmat Syluest. *in
verb. negotium. numero quarto, verb. societas,* contra-
ctusque assecurationis contractus est innomina-
tus, do vt facias, probat Ang. *verb. societas. primo, nu-
mero septimo iunctis ibi additis. Sanctus Antonius parte
tertia, titulo octauo, capite quarto, §. primo.* Caietanus
vero opusculorum *tom. primo tractat. trigesimo primo
respons. vndecima,* pleniori manu scribit super hoc
determinans quæstionem è partibus Germaniæ
ad se transmissam, cui maior inerat dubitatio, &
tenet contractum vtrumque licitum, modo con-
tractus sint separati non simultanei, sicut ibi *sub n.
sexagesimo & septuagesimo Nauarr.* in manuali *capite
17. numero 53* approbat casum Caiet. propositum
discrepat, & contractum reprobat Sotus superius
relatus præfacto articulo primo. Verum contra
Sotũ magis cõmunis est sentẽtia, quã sequuntur
Archid. Laurentius Syluest. Ang. Anton. Caiet. & c
proxime relati.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta citatus, qui statim soluit, moram pur-
gasse dicitur, secundum Innocentij sententiam.*
2 *Qui absque requisitione iuditiali, vel extraiuditiali
soluit moram purgauit secundum Hostiensem.*
3 *Domino declarante rem in commissum incidisse, am-
plius mora purgari non potest secundum alios.*
4 *Declaratoria voluntatis directi domini expresse &
tacite fieri potest.*
5 *Declaratoria domini parte non citata fieri potest, tam
ob canonem non solutum quam ob alienationem,
non requisita Ecclesia factam.*
6 *Mora non soluti Canonis purgari potest infra breue
tempus arbitrio iudicis moderandum secundum
magis communem opinionem.*
7 *Breue tempus est vnius vel duorum mensium.*
8 *Contrarium deciditur quod sit arbitrarium.*

QVÆSTIO XXIIII.

EMphyteutæ qui per biennium canonem sol-
uere distulit an possit celeri satisfactione
sibi

sibi consulere, moramque purgare multiplices
seutentiæ scribeutium extare leguntur. Prima
1 quidem † Inuocentii sententia fuit *in cap.potuit. de*
locat. vbi exponendo textum illius decretalis, in-
quit, quod celeri satisfactione sibi prouideri dici-
tur, qui in iodicium vocatus statim & sine vllo
termino vel dilatione soluit, multoque fortius, si,
priusquam sit in iudicium tractus, id ipsum fa-
cit, & concordat Speculat. *titul de locat.* §. *nunc ali-*
qua.versicul.34.sub numer. 106. Ancharan. consilio qua-
dringentesimo vigesimo. numer. 4. dicens, in iudican-
do & coosulendo oou esse tantum reecdere ab o-
2 pinioue Innoceotii. Secuoda † fuit Hostiensis
opioio *in eodem capitul. potuit.* qui ab Innocentio
dissentiens, dixit, nou deberi expectari requisi-
tionem in iudicio, vel extra faciendam, quia tuuc
non dicitur sponte, sed iuuitus soluere, oec ce-
leri satisfactione sibi prouidere, & idem sequun-
tur ibi Abb. *numer.12 Cardinal. numero 14. Ioann. de*
Anan.numer.30. Andr. Barbat. numer. quarto. Augustin.
Bero.num.142. qui plenius ceteris reprobat opinio-
nem Innocent. & Abbas quoque ipsum reprobat
in consil.67.lib.2. & confirmo ego ex tex. *d.cap.potuit,*
ibi soluere studuisset, noo enim studium & dili-
gentiam adhibere dicitur, qui expectat se in iudi-
cio vel extra requiri, & hoc ipsum probatur *in l. 2.*
C.de iur.emphyt. ibi sed vltro sese offerre. Non igi-
tur requisitatio debet expectari, sed sponte statim
soluere, & moram purgare.

3 Tertia succedit † sententia, quod possit tam-
diu mora purgari, quamdiu directus Dominus
non declarauerit voluntatem suam, quod rem
pro deuoluta habet, & inteodit in commissum
cecidisse. Nam vbicunque voluntas declaratoria
præcesserit, oon est amplius purgationi morum
locus, quia executio à lege facta dicitur, & res in-
tegra nuu est. Ideoque in præiudicium iuris Do-
mino quæsiti, non potest mora purgari. *Decius in*
authent. qui rem. numer.6. C. de sacrosanct. Eccles. Abbas
dict.consil.67.num.2. & 4. & magis aperte Ioan. Crott.
in l.si insulam.num.64. ff.de verbor.oblig. Rom. cons.103.
numer.3. Ias.in l.non solum.§.morte.numer.48.ff.de noui
operis nunciat. & expressius Decius consil.147.num.4. &
difficile esset in practica cootrarium obtinere, in-
quit Ias. *in dict.l.2 num.70. C.de iur. emphyt.* licet ibi
de hoc ipse dubitare videatur. Cuius rei ea est po-
tissima ratio, quod emphyteuta non soluente Ca-
nonem per bienniuio, res cadit io commissum i-
pso iure volente cum Domino, & quamdiu pati-
tur emphyteutam possidere, non dicitur priuatus
neque mala fide possidere, vt præter Canonistas *in*
d.c.potuit, tenet Corn. cons.16.num.10.vo.2. Vinc. Hercu-
lanus de Perusio d. l.si insulam. n. 54. ff.de verb. obligat. &
secundum eum ita teuet Paris. *cons.108. num.33. vo-*
lum.1. qui & ipse de communi testatur Ioan. Ron-
cbegall. *in l.2.num.27. & 33. C.de duob reis.* vbi pleno
stylo hanc opinionem probat, & commuuem re-
4 fert. Quam † voluntatis declarationem nedum
expresse, sed etiam tacite domious facere potest.
Salic. in l.2.n.9.C.de iur.emphyt. Ias.ibid. n.79. Dec.cons.
146.n.4. & pręmissa quoq; confirmat Abb. *cons.57.*
volu.2. Alex.cons.6.vol 3. Rum.cons.50. & cons.153.volu.1.
& voluntatis declarationem parte non citata atq;
absente fieri posse prææallegati tenuerunt. Et quæ
5 dicta † suut de non soluente canonem procedunt
etiam in alienante irrequisito domino. Nam &
tunc cadit ipso iure domino voleote, & volunta-
tem suam declarante etiam non citata parte. *Ias. in*
leg.finali numer. centesimo quarto. C.de iur. emphyteut.
Anton.de Butr.cons.22. Curtius senior consil.81. Iun. tract.
de feud. 4.part.numer. 156 Alexand. consil. 82. numer.3.
volumine 7. & consil.27.numer.quarto cum aliis ibi addi-
6 *tu.vol.6.* Quarta occurrit seutentia, quod † mora
possit purgari infra breue tempus, arbitrio iudicis
moderandum, qui inspecta qualitate personarum
& circumstantiis aliter atq; aliter arbitrari debe-
bit, imo si uimis longo tempore id fieri posse ar-
bitretur, poterit appellari vel reductio ad arbi-
trium booi viri peti, *Imol.d. cap.potuit. num 29.* vbi
Anania *num. 30.* communiter ita teneri arbitratus
est, eaudem sequitur sententiam Ias. *in dict. l.2.num.*
84. C. de iur. emphyteut. Bartol.dict.l.si insulam in 2.op-
posit.ff.de verbor.obligation. & post alios Ripa ibidem nu-
mer.35. communem affirmans Corn.consil.9.in 1. additio-
ne.num.3.vol 1. Paris.cons.108.n.44.vol.1. Bertrand.cons.
11.n.30 vol.2 part.1. Dec.cons.138.n.7 & est magis com-
munis secundum Bertr. Dec. & alios, de quib. sup.
& hanc tuto auimo teuendam esse existimo, & ar-
bitrio iudicis, eiusq; prudeotiæ confidẽdum, cum
non possit certa regula dari, diuersimode enim se-
cundum diuersitatem casuum, locorum, tempo-
rum & personarũ bonus iudex arbitrabitur. Hinc
dixit Bald. *in auth qui rem. in princ. C.de sacros Eccles.*
Quædam Ecclesiæ habent de consuetudine, quod
modicum tempus sit vna dies tantum, vt Ecclesia
S. Petri. *gl.d c potuit.* refert, quosdã tenere, tempus
modicũ esse 10. dierũ, alii de duob. mensib. alii de
quatuor dixerunt, quos reprobant Canonistæ, *in*
d c.potuit. & præcipue Cardiual. Bertrand. *cons.34.*
num.4. volu 3.part.1. arbitratus est, modicum tem-
pus considerandum esse, respectu biennii, sicuti
dictio *plus* refertur ad modicum respectu quaoti-
tatis nominatæ. Beron *d.cap.potuit,* dicit citissime,
& quamprimum potest, purgandam esse mo-
7 ram. Baldus vero in † margarita Inuocentii in
verbo *Emphyteuta*, sequutus Abbatem antiquum
in capit primo.de frigid & malefi. per illum textum in fi-
nali casu, & Decium quoque dicto consil. centesimo trige-
simo octauo. & cons.146.num 1. Ripa d l.si insulam. Ias.d.
l 2. C.de iur. emphyt. teoent de vno vel ad summum
de duobus mensibus, & non vltra posse iudicem
8 arbitrari. Quibus ego † indistincte non adhæreo,
ita vt oee vltra, nec citra duos mẽses arbitrari pos-
sit, *arg.l.de precio ff.de publiciana. c. solita. de maior. &*
obedient. Quod enim canou taxare noluit, neque
nos taxare debemus, sed magis iudicantis arbitrio
relinquere, q modo breuiori, modo lõgiori tẽpo-
re purgandá esse morã respondebit, secũdum di-
uersitatẽ personarum, locorum atq; temporum,
sicut æquitas iudicantis animum mouebit, con-
siderando causas & impedimẽta, & alia huiusmo-
di. Hæc etenim consideranda esse dixit Paris.
consil. 108. numer. 44. volumin. 1. Ias.consil.9. numer.3.
volum. primo. ergo emphyteuta audiri debet intra
breue tempus arbitrio iudicis moderandum,
secun-

secundũ rationabiles circumstãtias, non rigorem sed æquitatem amplectendo. Quoniam æquitatis præ cæteris ecclesia cultrix esse debet, nec solum quod licet, sed quod honestum est in actibus præcipue ecclesiæ spectandum est, *c. sua vbi casus de petris Abbas cõs. 72. versiculo ad primum. parte prima c. vnico versiculo diuersum de alien. feudi, & qua ibi not. Afflict. num. 2. Anch. cons. 122 n. 3.*

Summarium.

1 *Promissionem non seruans peccat.*
2 *Nisi rationabili causa excusetur.*
3 *Mora in delectatione qualis esse debeat, vt peccatum inducat.*
4 *Mora emphyteotæ qua ratione destinari debeat.*
5 *Emphyteota morosus in foro pænitentiali sibi consulat.*

Quæstio XXV.

1 QVæritur quanta debeat esse mora, per quam emphyteota canonem suo tempore non soluens cadat à iure suo. Præmitto id quod dixit S. Thomas 2. 2. *quæstione 100. art 3 ad quæstionem* Qui aliquid promittit, infideliter agit, si non facit quod promittit, & idem in *4 dist. 27. art. 3. ad primum* inquit peccat, qui promissum non soluit, confirmant Syluest. *verb. pact. numero 4. & Tabiensis eodem verbo numero 3.* Dicentes, promissor obligatur in conscientia sub pæna peccati mortalis
2 promissionem adimplere. Ergo † emphyteota qui canonem certo tempore soluere promisit non soluens infideliter agit, atque in peccatum incidit nisi rationabili causa excusare se possit, ad quod argumentum præstat *S. Bonauent. in 2. dist. 24. part. 2 dubio primo* in responsione v, bi quærit quanta mora in delectatione faciat peccatum esse mortale. Respondet tanta mora esse † debet, quod adeo
3 crescit repellendi negligentia quod superuenit contemptus: in speciali vero non potest responsio dari quanta esse debeat, sed secundum diuersos status & conditiones personarum, determinat hoc conscientia recta, quæ animaduertit, quando superuenit consensus, & contemptus, ex quibus ad moram emphyteotæ sumpto argumento à simili ex rationis identitate infertur, quod ad cognoscendum, quando emphyteotæ mora punibilis sit inspicere debemus, an tanta sit repellendi negligentia quod ad contemptum directi Domini Emphyteota morosus peruenerit. Sequitur ergo concludendum, quod modica mora, quæ non est in cõsideratione *l. scio. ff. de rest. in integ.* facile purgari potest, & directus dominus tenetur solutionem canonis recipere, quasi emphyteota in Dominum suum venialiter peccauerit. At si mora longa est, tunc ad mentem Sancti Bonauent. atq; Sancti Thom. distinguo, aut mora adeo longa est, quod contemptum directi domini comprehendit, tunc mora non est excusabilis, quæ peccatum mortale includit, hoc est emphiteotæ culpam, idcirco in culpa existens ex culpa sua à iure suo cadit, aut mora longa quidem est, sed ad contemptum non pertingit, quia concurrunt aliquæ circumstantiæ, quæ emphyteutam morosum ita excusant, quod contemptum excludunt, & tunc reconciliatione sine laudemii solutione dignus est emphyteuta ob rationabiles causas moram excusantes, & hoc est quod S. Thom. superius citatus dixit, potest promissor excusari, si non facit, quod promisit, quando sunt mutatæ conditiones personarum & negotiorum, & S. quoque Bonauent vbi supra inquit, mora diuersimode æstimatur secundum diuersos status & conditiones personarum, vnde ait ille non determinat hoc scientia, sed potius recta conscientia, cuius sane loco, in hoc casu succedit rectum Iudicis arbitrium, qui emphyteutam admittendum esse arbitratur ad seruiendum directo domino absque Laudemii solutione, quoties in culpa non est, vel si qua est illa excusabilis est, quoniam vbi culpa non est, ibi pæna cadere nequit: quare in quæstione deciditur ex legistis, atque canonistis hoc iudici arbitrarium esse, prout etiam ad idem est bonus textus *in l. mora, ff. de vsur.* vbi Iurisconsultus de mora scribens ait, mora apud Iudicem examinabitur, nam difficilis est huius rei definitio, vbi glos. dixit difficilis est, id est impossibilis, id ipsumque ex Theologis determinatur. Præterea sciendum est emphyteutam morosum animaduertere debere quibus casibus peccatum veniale, vel mortale commiserit, vt in foro pænitentiali sibi consulere possit, quamuis enim ex circumstantiis rationabilibus sit à caducitate absolutus in foro exteriori, ni-
5 hilominus debet confiteri, & absolui in foro pænitentiali. Benedictus Canofilus in methodo fori, & poli regula 15. quod etiam sentit S. Bonauent. præallegato loco, dum ait securiorem partẽ eligere debet, & confiteri, atque dolere, quasi mortaliter peccauerit.

Summarium.

1 *Actori pauperi tenetur reus sumptus Iuditii, & alimenta præbere non tam indistincte sed cum declarationibus, de quibus infra.*
2 *Subditus pauper contra illius superiorem, & alii de quibus hic iuditium mouentes, obtinent expensas litis & alimenta sibi decerni.*
3 *Pauper qui vendicat bona, quæ propria esse constat & ea rationabili causa interim ab eo auferuntur impetrat expensas & alimenta.*
Descendens qui agit ad hæreditatem sui ascendentis consequitur à reo expensas litis & alimenta.
5 *Actori pauperi, qui in prima instantia obtinuit, reus prouider de sumptibus & alimentis.*
6 *Vbicumque præsumptio est pro Actore paupere, subministranda sibi sunt expensa à Reo, & alimenta.*
7 *Præsumptio quæ sufficit, iudicis arbitrio committitur.*
8 *Actor pauper non cauet de restituendis expensis sibi decretis, sed nec vinceus eas compensat.*
9 *Pauper quis dicatur arbitrio Iudicis relinquitur.*

Actori

10 *Actori pauperi prouidet Iudex de aduocato, & procuratore vbi de expensis à reo prouideri nequit.*

QVÆSTIO XXVI.

Actor petens litis† sumptus à reo sibi submi-
1 nistrari ob eius paupertatem an obtinere debeat, videtur q; sic, *per tex. in l fi. C. de ordin. cognit. Oldrad. q. 27. Guid. Papa decis. 161. Boer. decis. 303. Aym. q. 164. Ioan. Cephal. cons. 127. vol. 1.* Ego vero sententiam hanc distincte veram esse non arbitror, sed tantum in casibus de quibus infra speciali ratione, atque fauore, de quo in eis.

2 Primo litis expensæ † alimentaque actori pauperi reus conuentus præstat, quando lis agitur inter subditum & superiorem, vt si seruus agat contra Dominum, Monachus contra Abbatem, vxor contra virum, filius contra patrem, vasallus contra Dominum, *secundum gloss. in d. l fi. C. de ordine cognit.* & in his terminis loquuntur ibidem Odofred. & melius Alberic. & Salic. omnesque supra in contrarium allegati, prout etiam præmissa confirmant, Alciat. *tract. præsumpt. reg 3. præsumpt. 9. n. 9. & sequitur Marian. Soc. Iun cons. 8. n. 3.* fitque specialitatis ratio, quod vbi seruus, Monachus, vxor, vel filius sunt in quasi possessione, seruitutis, monacatus, vxoratus, filiationis sibi de alimentis, ac aliis sibi necessariis prouidendum est ab eo, cum quo lis agitur, ne sua quasi possessione priuētur donec lis agitur. Secundo † litis expensæ
3 alimentaque à reo præstari debent, quando Actor vendicat bona propria, & quæ propria esse constat, sed ex aliqoa rationabili causa interim ab eo auferuntur, vel sequestrantur, tunc enim de ipsis boois, super quibus lis agitur, tanquam de proprio patrimonio litis expensæ, alimentaque subministrari debent, & ita textum *d. l. fi.* intelligit Alberieus & Salic. & ante eos Odofred. & melius ibi Baldus, Ias. *in l. fideiussor §. fi. numero 30. digest. qui satisdare cogant.* exemplaque plura ponit Alberic. *in dicta leg final.* vt si Canonicus dicatur non legitime institutus, & petatur repelli, interim habet expensas ab Ecclesia tanquam de bonis propriis, si mulier accusatur de adulterio, vt dote priuetur, interim tanquam de bonis suis dotalibus expensas habet. Si accusatur quis de crimine, propter quod bona ipsius appræhensa sunt, pendente lite debet ali.

4 Tertio vbi est contentio † super hæreditate, vel ipsius parte, quam vendicat filius, vel quiuis alius ex descendentibus, tanquam hæreditatem sui ascendentis ad se spectantem, pendente [illegible] sa consequentet expensas paupertate illius [illegible] posita, secus autem est vbi ageretur de successione alicuius collateralis, vel alterius extranei. Actor enim extraneus non eam Iuris præsumptionem habet, quam habet descendens in bonis ascendentis, *lege finali C. de codicill.* & declarat Boer. *decis. 324.* & omnes qui supra in contrarium fuere allegati.

5 Quarto actori expensæ † subministrandæ sunt, quando in prima instantia fauorabilem obtinuit sententiã, secundũ Alberic. *in d. l. fi. Specul. tit. de inquisitione § fi. Fely. in c. si qui testi. n. 9. de testibus,* tametsi per appellationem sententia pro actore paupere lata suspensa sit, *l. si instituta §. de inofficioso, ff. de inofficioso testam. vbi casus Fely. d. c si qui testi.* Rotaque *decis. 2. titulo de iudi.* in antiquioribus quæ Bisigneti appellantur, voluit quod eadem æquitas, vendicet sibi locum in prima atque in secunda instantia, & idem tenet Bellamera *decis. 88. in fine Afflict. decis 10. & 11. Cornel. Beninca. tract. de paupertate q. septima speciali 4. numero 14.* Iohannes Cæphal. *d. cons. 127.* vbi inquit, quod hæc est communis opi-
6 nio. Quinto & vltimo vbicunque est † aliqua præsumptio de bono iure actoris, de quo saltem summatim constet, præcedente aliqua causæ cognitione, locus est prooisioni præteritæ, aliter vero si præmissis cessantibus prouisioni expensarum & alimentorum locus fieret paupertatis prætextu, sequeretur absurdum, quod quilibet ribaldus posset facere alteri quæstionem, & sic obtinere interim alimenta expensasque Iuditii, *Bartol. in leg si neget, ff. de liber. agnoscend. Alber. & Odofred. in leg si quis à liberis, §. si vel parens, ff. eodem,* vbi bonus textus idemque ponit, *in leg. Imperatores ff. de tutel. & ration. distrahen. Paul. de Cast. in leg. qui de inofficioso ff. de inofficiosis testamentis Fely in c. si qui testi. numero 9 de testi Alciat. tract. præsumpt. regula tertia præsumpt. 9. Marian Soc. iun. cons 8. num. 4. vol. 3. Didac. Couarru. practicarum quæstionum capit. 6. numero 5. & seq. Rebuff. 1. suorum cõmentariorum tomo in constit. Regni tit. de sententiis præiudic. seu prouision. art. 1. glo. 2.* Qualis ve-
7 ro præsumptio † pro actore esse debeat, arbitrio iudicantis committitur, *Boer. decis. 325. numero 1. Alciat. dicta præsumptione 9.* inquiens, quod quælibet præsumptio sufficit, de qua constet Iudici summarie subdens exemplum, si ex lectura attestationum licet nondum publicatarum deprændit Iudex esse probatum de intentione actoris, aliud ponit Odofred. *d. l. si quis à liberis §. si vel parens. sc.* si per epistolam summatim fiat fides de iure agentis, vel per famã, quæ est in ciuitate. Vbi vero † acto-
8 ri pauperi sumptus Iudicii & alimenta decernuntur, non debet angariari, vt caueat, de eis restituendis in casum succumbentiæ, cum ad id non teneatur, quinimo si in causa obtinet, expensas habitas non compensat in eo quod iuditialiter euincit, per ea quæ allegat Boer *dec. 324.* & licet Couarruuias *loc. præallegato n 7.* contrarium teneat, ita tamen non adhæreas Didaci sententiæ, cui concordantem non inuenio, Boer. vero plerosque sibi concordantes habet, vt in eius præcitata decisione legitur eiusque sententia paupertari fauorabilior est, idcirco sequenda. Atque si paupertas actoris † in controuersiam deducitur, ad arbitri-
9 um Iudicis confugiendum est, qui paupertatem extare, vel non extare decernet, prout sibi æquum esse videbitur, ex rationabilibus circumstantiis, *l. si constante in princ. ff. solut. matrim. vbi Bart. Alex. & reliqui, Ias in auth. præterea n. 27. C. vnde vir, & vxor. Dec. cons. 163. n. 6.* & est cõmunis, vt Ias. & Dec. affirmant. Si quis vero in paupertate constitutus sit extra casus super enarratos, non tantum legis beni-

gnita-

gnitate destitui debet, sed magis bonus Iudex præcipiet vni ex Aduocatis, atque procuratoribus loci sub pœna, vt patrocinium eorum pauperi gratis impendant, quod si non præstant ab officio eorum remouendi sunt, nisi rationabili causa excusentur, *Guida Papa decis. ibi pleuius Benincas. tract. de paupertate nonagesima septima speciali primo & sequenti* extendena hoc ad notorios, multaque ad id probandum allegans. Sintque Iurisconsulti memores, quod dum ad doctoratua insignia promouentur, iureiurando se obligant operam ac patrocinium suum pro pauperibua gratis erogare, vt eesset quod scriptura dixit, consule pauperi, quia non habet subleuantem, & id quod traditur *in §. si tibi in Auth. de mandatione Principum, ibi ne iustitia pereat.*

SVMMARIA.

1 *Patrocinium præstare causis pauperum quando Aduocatus teneatur.*
2 *Patrocinium præstare causis pauperum, vnum est eleemosynarum opus.*
3 *Aduocatus patrocinari tenetur pauperibus tempore quo suis non inseruit causis.*
4 *Quod de Aduocato dicitur idem de procuratore dicendum, & de iurisconsulto.*

QVÆSTIO XXVII.

HActenus quid nostrates sentiant audiuimus, modo quid sacri scriptores iubeant audia-
1 mus. Patrocinium præstare † causis pauperum ad opua misericordiæ pertinet, quod pro loco, & tempore illis debet impendi, non enim passim omnibus tenetur Aduocatus, sed iis tantum quibus in promptu non apparet, quomodo eis aliter subueniri possit tenetur. Quamuia si id facit laudabiliter facit, hæc S. Thomas *2. 2. quæst. 71. art. primo & ibi Caiet.* declarana, quod sit in promptu apparere, quod possit pauperi subueniri, quando inquam offertur modus, quo potentia probabili apparet aliunde subuentio, enimuero si alii exstant Aduocati, qui tantum illi non patrocinantur, aduocatus requisitus non defendena pauperem non excusatur, quin peccati reus sit, quod ad mortale referendum, quando extrema necessitas imminet.
2 Sin autem notabile † damnum pauper incurrit tunc veniale erit, *secundum Caiet. & ad præmissa facit Sotus de iustitia & iur. libro 1. quæst. 8. art. 1.* vbi inquit causis pauperum patrocinari vnum est eleemosynarum genus, de quo idem dicendum est, quod de aliis misericordiæ operibus, subiungẽ a, quid prodest misero, quod multi patrocinari possint, si patrocinatur illi nemo? In promptu igitur apparere intelligendum est de proxima aptitudine, ita quod videas ab aliis statim subuentum iri, alioqui aliorum culpa tuam non excusabit. At vero Sotus à Caiet. dissentit in eo quod Caiet. differentiam ponit inter extremam, atque grauem necessitatem, ita vt 1. casu mortale sit, 2. vero veniale. Sotus vtroque casu mortale asserit, subiungitque dicens, viscera quæ sola extrema necessitas appetit, ferrea sunt, quamobrem proinde ac in aliis eleemosynis in patrocinio pauperis locum babeat, grauis tametsi non extrema necessitas. Quod tamen tempe-
3 rat † Sotus vt aduocatus teneatur de superfluo, quemadmodum & diues, de superfluo ad eleemosynam corporalem astringitur, superfluumque in aduocato erit tempus, quo suis non patrocinatur causis, ita vt aliquas impendere possit horas ad seruitium pauperis, atque etiam necessitatem extremam grauemque porificatur. *Med. part. 1. tract. 5. quæst. 3. vbi plene ad partes*, qui etsi de eleemosyna ad victum pauperibus eroganda scribit, an in præcepto sit, nihilominua idem de patrocinio aduocati tenendum est ex S. Thom. prælegato, quem alii vbique sequuntur, quodque vtro casu præceptum sit, quod obligat ad mortale, tenet quoque Ang. *in 4. verbo Aduocatus §. 10.* & quæ de aduocato † dicta sunt, eadem de iurisconsulto, qui domi consulit deque procuratore determinãda sunt, qui omnes pari legis vinculo ligantur, *secundum Caiet. prælegatum in initio suo commenti.* Tu vero qui huiusmodi officium exerces, præceptum time, & consilium patrocinationis pauperia ama. Quod si feceris gloriosior corona tibi præparabitur in cælis.

SVMMARIVM.

1 *Pendente euictionis iudicio contra emptorem moto venditor tenetur emptori expensas litis subministrare, idemque fideiussor obtinet.*
2 *Promissio de emendo vel vendendo, non est emptio, vel venditio promittensque pœnitere potest, ad interesse tantum conuentus valet.*
3 *Promittens emere, pretiumque soluens pro futura venditione pœnitere potest illudque repetere.*
4 *Pactum nudum à solennitate verborum parit actionem de iure Canonico, secus si nudum sit respectu causæ.*
5 *In promissione de vendendo iuramento vallata pœnitentiæ locus est.*
6 *In contractu innominato, qui ad contractum nominatum ordinatur facta oblatione, non est pœnitentiæ locus.*
7 *Intellectus Baldi ad l. labeo scribit ff. de contrahen. emption. notatur.*
8 *Promissio de vendendo transit in contractum, traditione secuta cum pretii receptione.*

QVÆSTIO XXVIII.

AN emptor pendente euictionis iuditio aduersus venditorem contra eum moto agat ad sumptus litis sibi subministrandos, videtur quod non, quia non est certum eos deberi, forte enim obtinebit emptor, & expensas ab euincente recuperabit *gloss. in l. prima C. de euiction. & in l. cum test C. de testamentaria manumiss. & expresse firmat ibi Bald. n. 5. & Alberic. in l. qui absentem ff. de procuratore.*
1 Contrarium quod imo † venditor emptori teneatur ad expensas litis, quamdiu lia contra emptorem mota pendet tenendum est, *per tex. in l. si plus §. mota quæstione ff. de euiction. glo. expressius in d. l. qui absentem ff. de procur.* Quam ibi ad hoc not. Bolognin. dicens, quod qui tenetur defendere, suis propriis

expenſis id facere debet. Idemque plenius coofir-
mat ibi Baldus *in tertia quæſtione* concludens, quod
interim venditor tenetur ad ſumptus litis, & no-
tariis aduocatiſque ſoluere, niſi venditor vellet
ſuſcipere in ſe iuditium, & eandem firmant opi-
nionẽ Bart. & Paul. de Caſt. poſt Guglielmum de
Cuneo *d. l. qui abſentem, vbi & Alex. in addit. ad Baldum*
Quia tenetur venditor litem defendere, quod ſi
non facit, committitur ſtipulatio ad intereſſe
quod eſt de ſumptibus litis. Præterea tenetur ven-
ditor emptori promittere, habere, licere, io qua
promiſſione venit intereſſe expenſarum, & non a-
git tamquam re euicta, ſed tanquam defenſione
non facta. Et præmiſſa quoque approbat Immol.
in c. fi. n. 23. circa medium de emptio. & venditio. & eſt de
mente Bart. & aliorum *in l. venditores ff. de verb. oblig.*
& tenet Iohan. de Anan. [illegible]*f. 31.* & ibi Bolognin. *in
addit.* Bart. *in d. l. prima C. de euictio* dicens quod em-
ptor gerit negotium venditoris, qui tenetur de-
fendere, & facit ſimile, quod fideiuſſor, à credito-
re conuentus, poteſt petere ab eo, pro quo fide-
iuſſit, vt pendente iuditio contra ipſum moto ſibi
pecuniam det pro expenſis, quia eius negotium
gerit, *Bart. in l. exceptione in fi. ff. de fideiuſ.* Et hæc ſine
dubio procedunt vbi Notarii in emptionum in-
ſtrumentis apponunt, quod venditor promiſit in
ſe litem ſuſcipere, propriiſque expenſis defendere
quod vtile eſt ad euitandas opiniones, ſecundum
Alberic. Bald. & Paul. de Caſt. *in d. l. qui abſentem* vbi
Bald. inquit, quod tunc omnes ita communiter
tenent, ſed etiam poſtpoſito pacto, de quo ſupra
eadem opinio tamquam communis tenenda eſt,
vt ex auctoritate ſupralatorũ apparet, quã etiam
tenet Marant. *in 5. membro prima part. n indit. n. 8.* etſi
ſuccincte ſatis in hoc pertranſeat: ſin autem non
venditio, ſed promiſſio de emendo & veodendo
2 interuenerit, quieſcit dubitatio. Quoniam † ex
promiſſione de emendo vel venden do contractus
non dicitur eſſe perfectus, cum aliud ſit promiſſio
de emendo vel vendendo, aliud emptio vel ven-
ditio, quocirca promittens emere vel vendere pæ-
nitere poteſt à promiſſioneque recedere, licet a-
ctio ad iotereſſe detur contra promiſſorem pro-
miſſa non ſeruanrem, *l. in bonæ fidei, vbi gloſſ. ff. de eo
quod certo loco, vbi plene Paul. de Caſt. & plene quoque Iaſ.
n. 3. & ſeq.* & Paul. ibidem dicit ſe in contingentia
facti ita conſiluiſſe, prout vere conſuluit *conſ. 93. n.
4. vol. 2. GoZad. in l. 2. n. 18. C. de pact. inter emptor. &
venditor. Alex. conſ. 212. n. 14 vol. 6. cum multis concor-
dantibus ibi ſignatis Soc. conſ. 170. n. 2. vol. 2. Aret. conſ. 6.
& conſ. 28. Tiraq. de retract. conuentionali ad fi. tit. n. 41.
& 44. & alibi per diſcurſum.* Quin etiam ſi is, qui e-
3 mere conuenit, prætiom † ſoluit pro futura em-
ptione, adhuc recedere à promiſſione poteſt, &
pretium repetere, quaſi cauſa non ſequuta, quia
voluit emere, *Paul. de Caſt. d. l. in bonæ fidei. & d. conſ. 93.
vol. 2. & probat Iaſ. in ead. l. in bonæ fidei, Tiraquel. de re-
tract. conuentionali ad fin. tit. n. 44.* Nec obſtat quod
4 ex pacto quamuis nudo oritur † actio de iure ca-
nonico *capit. primo de pactis cum ibi not. Bald. in rubr.
C. de rerum permut.* Quoniam reſpondetur contra-
rium procedere in pactis uudis à ſolennitate ver-
borum, ſecus in pactis nudis reſpectu cauſæ, & ſi-
cut de iure ciuili pænitere licet, ita & de iure cano-
nico, cum contrarium expreſſe non ſit diſpoſi-
tum, *Corn. conſ. 27. n. 2. & ſeq. & numero 8. & ſeq. vol. 1.
GoZad. d. l. 2. n. 57. C. de pact. inter emptor. & venditor.*
5 Sed etſi promiſſio de vendendo vel veodeodo eſ-
ſet iuramento vallata, non tantum promiſſor præ-
ciſe ſeruare præmiſſa tenetur, nec ad aliud quam
ad intereſſe conueniri poteſt, quoniam iuramen-
tum, quatenus dicitur quod obligat præciſe id ve-
rum eſt, ſecundum naturam actus ſuper quo iura-
tur, *Immol. in capit. cum contingat. num. 85. de iureiur.
Iaſ. in d. l. in bonæ fidei n. 7. & in l. quoties n. 34. C. de rei
vendic. Thom. Parpalia in l. ſi quis maior n. 59. C. ſi aduer-
ſus vendit. Tiraq. de retract. conuentionali ad fi. tit. nu-
mero 48.*
6 Noo obſtat † quod vbi cõtractus innominatus
ordinatur ad contractum nominatum facta obla-
tione, non eſt locus pœnitentiæ, & agitur ad im-
plementum contractus nominati, *per tex. in l. labeo
ſcribit ſi mihi bibliotecam ff. de contrahen. empt.* per quẽ
tex. dixit Bald. *in l. quamuis n. 3. C. de tranſact.* quod
vbi fuit facta promiſſio de vendendo ob certam
cauſam, quæ promiſſio eſt contractus innomina-
tus, non habet locum pænitentia, ſequitur Iaſ. *in l.
iuriſgentium n. 11. ff. de pact. Dec. conſ. 350. n. 3.* Reſpon-
de quod intellectus Baldi ad illum textum non eſt
verus, quia ibi non fuit promiſſio de vendendo,
ſed venditio conditionalis propter pactum in-
continenti appoſitum continens conditionem
quæ pendet ex facto emptoris, & tertii, quæ con-
ditio babetur pro impleta, ex quo ſtat per empto-
rem, quo minus tertius impleat, ideo agitur quaſi
adimpleto contractu, nec eſt pænitentiæ locus, &
hoc probant verba tex. *d. l. Labeo ibi ita vendideris, ſi
decuriones Campani &c.* Nec dicit tex. ita vendere
promiſeris, ſed ita vendideris, & ſic textum illum
ibi interpretantur Odofred. Alberic. & Baldus i-
pſe, Ad idem facit Bart. *in l. ſi quis n. 4. ff. de iur. iur. &
alii ſequuntur, & tradit Paul. de Caſt. in l. in bonæ fidei n.
3. ff. de eo, quod certo loco, & ſequitur ibi Iaſ. num. 4. Idem
Paul. conſ. 93. n. 4. vol. 2.* Et promiſſio de vendendo
atque venditio ſub conditione, quod diuerſam
naturam habeant, ponit Alexander *conſilio centeſi-
mo ſexageſimo octauo, numero ſeptimo, volumine ſexto.*
Venditio namque conditionalis, quoad effectum
impænitentiæ dicitur eſſe perfecta, ita vt condi-
tione pendente partes recederea contractu non
poſſint, *Pariſ. conſilio ſeq. numero 4. & ſeq. vol. primo* &
dixit Paul. *in d. l. labeo,* quam etiam reprehendit Go
zad. *in l. 2. n. 32. in fi. C. de pact. inter empt. & vendit.* non
obſtat quod ſolutione prætii, poſt præcedentem
promiſſionẽ contractus videatur eſſe perfectus ex
Paul. *conſ. 451. lib. 2. Tiraq. de retract. conuentio ad fi. tit.*
8 *n. 79.* Nam vti verum admittitur, quod traditione
rei, & prætii receptione præcedẽs promiſſio tranſ-
it in contractum per tradita *pro Soc. conſ. 170. col. pri-
ma, volumine ſecundo, Tiraq. vbi ſupra numero 77.* ſecus
vero ſi citra rei traditionem partes ſteterunt in
puris terminis promiſſionis de vendendo, tunc
namque emptor qui pretium ſoluit pœnitere po-
teſt per ea quæ ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Promissio obligat in foro conscientiæ sub pœna peccati mortalis.*

2 *Promissio sine causa, an obliget in conscientia.*

3 *Deciditur obligare quando causa subest, quamuis non expressa.*

4 *Et idem in foro fori dicendum est.*

5 *Promittens vendere vel emere de iure ciuili pœnitere potest, de iur. can. non potest.*

6 *Maxime vbi adest iuramentum.*

QVÆSTIO XXIX.

TAmetsi promissio de qua supra retractabilis
sit de iure ciuili, secus est de iure diuino, se-
cundum illud Psalmistæ. Quæ præcedunt de labiis
meis non faciam irrita: Quæritur igitur, an ex
simplici promissione de emendo vel vendendo ita
obligetur promissor, quod de necessitate salutis
teneatur promissum seruare, neque possit pœnite-
re. Respondeo quod si est † deliberata promissio,
in foro conscientiæ obligat contrauenientem ad
mortale, quando notabile detrimentum infertur
1 proximo ex promissione violata, *S. Thom. 2 2. quæst.
88. art. primo. in responsione vbi Caietanus & S. Thom. ibi-
dem art. 3. ad primum.* dicat, quod ex qualibet pro-
missione homo homini obligatur secundum ho-
nestatem, Caietanus ibi declarat, quod obligatio
secundum honestatem, est secundum debitum
mortale, quod spectat ad forum conscientiæ,
quodque promissio simpliciter facta obliget pro-
mittentem, sub pœna peccati mortalis, plene con-
firmat S. Antonius *part. 2. tit. 10. cap. primo §. 4. Na-
uarrus in manual. cap. 18 numero 6. ad idem S. Bonauent.
in 4. dist. 38 in principio in 3. dub.* Sed oritur de promis-
sione nuda à causa, quoniam Ang. *in verbo pactum
numero quarto* tenet promissionem sine causa fa-
ctam in conscientia non tenere, tamquam erro-
neam allegans Rosellam, & Abbat. *in cap. si cautio
de fide instrum.* & ibidem Tabien sentire videtur, eo-
dem verb. numero tertio, contrarium firmat Syl-
uest. *verb. pactum numero quarto* dicens: non differt,
quo ad Deum, siue exprimatur causa siue non.
2 Quod verum esse declaratur, quando extat vera
promittendi causa, non tamen expressa, at si nulla
subest, tunc promissio, tanquam indiscreta, & er-
ronea non tenet, etiam in foro pœnitentiali, & hoc
sentire videntur vtriusque opinionis sectatores,
si illorum scripta accurate perpendantur, & vide-
tur de mente Nauarri supra citati, quod ipsum
probatur ex doctrina Sancti Thomæ *in 4. dist. 38.
articulo primo.* Vbi ait: promissio homini facta, si sit
nuda, non habet plenam vim obligandi, vnde o-
portet, quod aliquid addatur, ergo ad hoc, vt pro-
missio sit obligatoria, necesse est, quod non sit nu-
da, alioqui non erit deliberata, sed potius proce-
det ex leuitate, vel per errorem, qui consensum
excludit. Proinde siue causa sit expressa, siue non,
dummodo causa ipsa præcesserit, obligat, secus si
3 nulla adsit. Quo vero ad forum † exteriorem, ab-
soluti iuris est, quod promissio sine causa non est
obligatoria *l. nuda ratio ff. de donat. cap. si cautio de fid.
instrument.* Nihilominus si adest causa, etsi non ex-
pressa, tunc etiam in foro exteriori obligat, quia
præsumitur in antecedentem causam facta, *gloss.
in l. triticum in verbo cogitauerit ff. de verborum obligat.*
4 Non obstet si dicatur promissorem non † tener-
præcise ad promissa obseruandum, quia promit
tens vendere, vel emere promittit factum, ideo
soluendo interesse liberatur, factum enim pro-
mittitur explicite, tacite vero interesse si non fiat,
Felin in capit. primo de pact. numero nono. Contrarium
tenet Fortunatus Garcia in repetitione eiusdem
capit. *num. 16. ver. tertia declaratio.* Vbi satis ample
scribit, & tenet, quod quicquid sit de iure ciuili de
iure canonico promittens factum præcise com-
pellitur ad faciendum, nec liberatur soluendo in-
teresse. Quod quidem proculdubio tunc verum
erit, vbi promissio, de emendo, vel vendendo est
iuramento firmata, quia iuramentum obligat
præcise, *gloss. sing. in l. si pecuniam, in principio, in verbo
necesse, ff. de condictione ob causam. & habetur in cap. per
tuas de arbitr. & per Iasonem in §. actionum instit. de a-
ction.* & est communis opinio, quam refert, & com
probat, & contrarium tenentes Garcia improbat,
ibidem versic. restat quæstio. iunctis numeris sequen-
tibus, & tamquam magis communem sequitur
Ieronymus Zanetinus *tract. de differentiis, inter ius
canonicum & ciuile, differentia sexagesima septima.*
Non obstat, quod supra dictum fuit numero 4.
quoniam illud de iure ciuili procedit, secus est de
iure canonico, multoque magis in foro conscien-
tiæ, per ea quæ allegat Ang. *in verbo iuramentum
quinto numero 34. & sequitur Syluest. eodem verbo iura-
mentum 4. numero 21. & videtur de mente Sancti Thom.
2. 2. quæstione 89. articulo septimo.* Vel dic quod etiam
de iure ciuili iuramentum obligat præcise etiam
extra naturam actus, super quo iuratur, vt habes
supra *recollecta secunda num. 28.* Quare concluden-
dum est, quod hic qui promittit vendere vel eme-
re, tametsi de iure ciuili pœnitere possit, in foro ca-
nonico, atque conscientiæ à promissione recede-
re non potest, alioqui mendacium, quod mortale
peccatum est incurrit, secundum superius relatos,
vel secundum alios, quia caritati aduersatur pro-
missum non soluere, quod est iustitiæ subuersio,
vt voluit Sotus *de iustitia & iure. libro septimo, quæstio-
ne secunda, articulo primo.* Promissor ergo à promissis
non discedat, ne laqueo reatus mortalis seipsum
obstringat.

SVMMARIVM.

1 *Sponsus sponsæ ante nuptias ornamenta tradens ea donare non censetur.*

2 *Nisi in traditione donandi, animum expressit.*

3 *In die nuptiarum, ornamenta à sponso sponsæ tradita post verba de præsenti repetuntur soluto matrimonio.*

4 *Etiam annuli sponsalitii.*

5 *Nisi annuli sint quotidiani.*

6 *Tradita mulieri à parentibus, & consanguineis sponsi soluto matrimonio repetuntur, similiter econtra.*

7 *Vestes pretiosæ donata à marito non præsumuntur, secus in quotidianis.*

8 *Arbitrio iudicis committitur distinguere vestes pretiosas à quotidianis.*

QVÆSTIO XXX.

ORitur dubitatio de ſponſalitia largitate, quę
ſic diluitur: aut ſponſus ſpoſæ ante nuptias
1 tradit, vel ad eam transmittit Armillas, monilia,
torques ghirlandas vel veſtes precioſas, quæ ſpon-
ſalitia largitas à iure appellatur, & in dubio alio
non expreſſo, hæc donata non cenſentur, ſed gra-
tia tradentis commodata, vt ſponſa ad domum
ſponſi ornatior traducatur, & ſoluto matrimonio
repetuntur à marito, vel hæredibus illius, niſi
2 ſponſus donandi animum habeat, & hoc in
traditione fuit expreſſum, tunc enim donatio
tenet ab initio, neque ſoluto matrimonio retra-
ctatur, cum inter ſponſum, & ſponſam non ſit
prohibita donatio, *Baldus in l. cum te C. de donationi-
bus ante nuptias, Campeg. tractat. de dote 2. parte, quæ-
ſtion. 55. numero quarto, Cagnol. in leg. contractus, numero
trigeſimo quarto, ff. de reg. iur. Ant. de Butr. conſilio trige-
ſimo ſeptimo, numero quarto, Ang. conſilio 339. incipiente
Nicolettus de Tartagnis, per totum. Alexander conſilio 155.
numero 12. volumine 70. vbi magis communiter hoc tene-
ri refert.* Et quamuis ſuper ſtatuto Arimioenſe
ſcribens contrarium voluerit Corn. *conſilio 81. volu-
mine primo. Roland. conſilio 10. volumine primo*, eorum
ſententia tamquam contra communem ſequen-
3 da non eſt. Aut in die nuptiarum à † ſponſo orna-
mentorum traditio facta fuit, & tunc ſi poſtquam
puella per verba de præſẽti in maritum conſenſit,
maritus incontinenti ornamenta mulicbria puel-
læ ſimpliciter tradit, ſimiliter hæc ſoluto matri-
monio, marito vel ſuis hæredibus reſtitui debent,
tum quia in dubio cenſentur commodata mulie-
ri ad illius ornamentum, tum etiã quia ſi expreſ-
ſe donata forent, donatio non teneret, quia poſt
verba de præſenti dicitur perfectum matrimo-
nium, ideo donatio quæ inter virum & vxorem
conſtante matrimonio prohibetur, & hoc loco
4 non conceditur. Imo etiam annuli, cum quibus
mulier deſponſatur donati non dicuntur, ſed ab
ea repetuntur ratione qua ſupra, quia poſt verba
de præſenti à puella prolata, dicitur conſtare ma-
trimonium, prætereaque donatio non tenetur,
*Bald. d. l. cum te C. de donat. ante nupt. Corn. in l. vt liberis
C. de collat. Cagnol. d. l. contractus n. 36.* vbi contra opi-
nionem vulgarium hoc notat Ang. *d. conſ. 339. Ni-
colettus de Tartagnis, Soc. conſ. 122. per totum vol. 1. Card.
conſ. 43. per totum, & eſt communis opinio ſecundum Soc.
& Corn. vbi ſupra*, & nuncupatim de annulis ſpon-
ſalitiis firmant omnes ſupra relati, quamuis con-
trarium voluit Roman. *conſ. 146.* & non bene, quia
in contrarium eſt communis ſententia, vt firmant
5 Soc. & Corn. proxime citati. Poſſet tamen ſaluari
opinio Romani in anoulis quotidianis, non au-
tem in his, qui ad vſum feſtiuum ſunt, prout con-
6 cludendo diſtinguit *Alex. conſ. 42. num. 4. vol. 1.* Aut
tempore nuptiarum parentes ſponſi, vel eius con-
ſanguinei & affines, puellæ donant aliqua, exce-
ptis iocalibus, quæ xenia dicuntur, licet impropriè
& corrupte aliqui ſcribentium encenia appellant,
vel è contra parentes mulieris, vel illius conſangui-
nei & affines donant ſponſo, & tunc donata mu-
lieri, à mariti conſanguineis, dicũtur donata con-
templatione viri, eique acquiruntur, & ideo ſoluto
matrimonio apud virum & illius hæredes rema-
nent. Donata vero marito à conſanguineis mulie-
ris, contemplatione puellæ donata dicuntur & ei
acquiruntur propria mulieri, vel eius hæredibus
reſtitui debent, matrimonio poſtea reſoluto, *Bart.
in l. ſed ſi plures, §. in arrogato ff. de vulg. & pupill. vbi Alex.
& Iaſ. qui alios referunt, Cagnol. in d. l. contractus, n. 38.
Ant. de Butr. conſ. 38. n. 4. Roman. conſ. 172. n. 2. Iaſ. Dec.
Corn. & alii, in l. vt liberis C. de collat. Auffrer. in addit. ad
Capellam Toloſanam deciſione 336. & eſt communis opi-
nio, & referunt Rom. d. conſ. 132. & Iaſ. & Corn. de l. vt li-
beris* niſi conſuetudo ſit in contrarium, ſecundum
eundem Corn. *in d. l. vt liberis* quæ in huiuſmodi eſt
attendenda, prout etiam ponit Capra *conſilio 135.*
7 Aut conſtante † matrimonio maritus vxori tradit
toralia, ſeu veſtes ad vſum mulieris, & hæc quidem
ſi ſunt precioſæ, & magni valoris, quibus ad vſum
feſtiuum mulier vti conſueuit ſecundum mores
Ciuitatis, non præſumuntur donatæ, ſed magis
commodatæ, vt compta ſit, & ornata mulier ince-
dat, ſi vero ſunt veſtes quotidianæ, quibus famili-
ariter mulier vti ſolet, & hæ ſtatim mulieris fiunt,
eique acquiruntur durante matrimonio, cum lo-
co alimentorum ſint, ad quæ maritus vxori tene-
tur, ſoluto vero matrimonio ab ea non repetun-
tur, cum inter huiuſmodi perſonas amara inter-
pretatio non admittatur, in iis, quæ modici mo-
menti ſunt. *Bart & Alex. in leg. in his §. ſeruus vxori, ff.
ſol. matrim. Campeg. de dote, parte 2. q. 55. Rom. conſ. 146.
Capra conſ. 74 Alex. conſ. 42. vol. 5. cum multis concordan-
tibus ſignatis. Bertrand. conſ. 264. n. 3. vol. 3. & conſ. 37. n.
4. volum. 6.* & fere omnes prææallegati, communem
ſententiam hanc eſſe teſtantur, & Afflict. quoque
deciſione 315. in princ. multos citat ſubiungens. quod
plurimum operatur iudicis arbitrium in diſtin-
guendo veſtes quotidianas à feſtiuis, conſideran-
do nobilitatem, & diuitias perſonarum, & quod
hoc iudicis arbitrio committatur voluit Capra *d.
conſ. 135. n. 16.*

SVMMARIA.

1 *Ornatus mulierũ non eſt peccatũ ex ipſis rebus ſed ex parte hominis.*
2 *Ornatus quamuis ad laſciuiam prouocatiuus non eſt peccatum, ſi praua deſit intentio.*
3 *Ornatus mulieris coniugatæ vt placeat viro ſuo non eſt peccatum.*
4 *Ornatus mulieris ad prouocandum maritum ad libidinem peccatum eſt.*
5 *Ornatus virginum vt placeant alicui matrimonium intendentes non peccant.*
6 *Ornatus ad prouocandum alios ad concupiſcentiam mortalis eſt.*
7 *Ornatus ex quo ſcandalum oritur damnatur.*
8 *Superfluus veſtimentorum vſus mortalis eſt.*
9 *Ornatus contra conſuetudinem loci illicitus eſt.*
10 *Ornatus ex inordinato affectu vitioſus eſt.*
11 *Mulier colorans ſe peccatũ mortale quando cõmittat.*
12 *Mulieres mamillas oſtentantes quando à mortali non excuſentur.*

Mulie-

13 *Mulieres caput velatum non gestantes, quando illi-
cite faciant.
14 *Artifices quando peccant ornamenta fabricantes.*

QVÆSTIO XXXI.

SErmo habitus de vestibus preciosis aureisque
ornamentis sponsæ traditis ad illius ornatum
admonet, vt sponsæ & reliquæ mulieres ornatum
cupiẽtes certiores reddantur, quando sine pecca-
to liceat seipsas ornare.
1 Sciendum est igitur † quod in ornatu nedum
mulierum, sed etiam virorum, potest esse pecca-
tum ooo quidem ab ipsis rebus exterioribus, qui-
bus homo ad ornatum vtitur, sed magis ex parte
hominis, qui eis immoderate vtitur, *Sanct. Thomas
2.2. quæstione 169. articulo primo, & habetur in c. quis-
quis. quadragesima prima distin.* vbi dicitur non ex re-
rum natura quibus vtimur, sed ex causa vtendi, &
modo appetendi probandum est, vel improban-
dum, quod facimus. Nec enim vsus rerum, sed li-
bido in culpa est. Imo inquit Caietanus ad San-
ctum Thomam, dicens, *quæst. 169.* ornatus quam-
2 uis † in se sit ad lasciuiam prouocatiuus, non est
peccatum mortale, nisi praua adsit intentio. Ete-
nim ornare se secundum decentiam viri vel muli-
eris, non est de genere malorum. Quia etiam re-
cta ratio dictat, vt quilibet honorifice prout eum
decet, in hac vita procedat, sicuti etiam pulchritu-
do naturalis, tametsi secundum se prouocatiua
sit ad concupiscentiam, attamen si absit libido,
peccatum non est, ita quod mala intentio non re-
rum vsus vel naturalis pulchritudo peccatum effi-
cit, obidque ornans se ipsum vt non appareat in
contemptum honestis personis licite facit, *Sanctus
Antonius parte secunda, titulo quarto, cap. quinto §. septi-
mo in fin. Angelica in verbo ornatus in principio*, proinde
iis in sic genere præmissis ad particularia descen-
dendo.
3 Dicitur quod ornatus est † sine peccato quan-
do mulier coniugata ornat se, vt placeat viro suo
ne per eius contemptum maritus in adulterium
labatur, eademque ratio est de viris erga suas vxo-
res. *S. Thomas præcitatus art. 2. in corpore & ad primum
probat que tex. in cap. fucare de consecratione dist. 5. ubi fæ-
mina solis viris suis permittenda sunt ornari, idque secun-
dum veniam non secundum imperium.* Quod declarat
Vngarelus ad Angelicam *vbi supra n. 1. addit. 1.* ve-
rum esse, quãdo videt maritum pronum ad adul-
terium. At si maritus non est pronus ad peccan-
dum cum alienis mulieribus, vxor illicite se or-
nat, quoniam cessante causa se ornandi, cessare de-
bet ornatus. Qui asserunt mulieribus licere se or-
nare vt placeant viris suis, intelligunt hoc proce-
dere, etiam si supra ornatum, qui est secundum
decentiam status sui aliquid addunt. At vero extra
hunc casum non liceret mulieribus nec maritis ad
ornatum suum, qui secundum illius conditionem
sit, quicquam superaddere, *S. Thom. præallegatus ad*
4 *quartum.* Nota tamen singulariter quod si muli-
er ornat se, vt placeat marito ad prouocandum
ipsum ad libidinem, mortaliter peccat, vt habetur
in cap. origo 32. quæst. 4. vbi amoris magnitudo in v-
xorem reprehenditur glosa, ibi ait amoris magni-
tudo dicetur immoderata debiti exactio, & Sanct.
Thomas *2.2. quæst. 154. art. 8. ad 2.* inquit ardentior
amator vxoris matrimonio inhoneste vtitur, de
quo plenius scripsit infra *quæst. 119. n. 26.* non nega-
tur tamen mulieris ornatus ad prouocandum ma-
ritum, vt debitum sibi reddat ad prolem suscipi-
endam vel ad remedium concupiscentiæ, non au-
tem ad luxuriam & carnis delectationem explen-
dam, Vngarellus supra relatus *in 1. addit. post Rosel-
5 lam in verbo ornatus.* Quin etiam virgines † quæ nu-
bilis sunt ætatis sine peccato se ornant, vt placeant
alicui viro cui nubere cupiunt, quia matrimoni-
um intendens bonum appetit, neque ob id pra-
uam intentionem habere dicitur, ornatus tamen
illarum debet esse simplex & preciosus, *Ang. supra
relata n. 14.* vbi adiicit & communiter teneri ait i-
bidem Ang. & tenet Nauarrus *in manuali cap. 16. n.
14.* & hæc de cultu exteriori licito dicta sufficiant.
6 De illicito autem † dic, quod mulieres virique se
ornantes, vt alios ad concupiscentiam prouocent
proculdubio mortaliter peccant. Quoniam non
solum concupiscere, sed velle concupisci extra sta-
tum matrimonii damnabile est, inquit S. August.
quem refert & sequitur Ang. *in verb. ornatus num. 1.*
7 Imo quoties † ex cultu exteriori oritur scandalum
vel probabiliter oriri timetur, abstinendum est, vt
si ex ornatu mulier animaduertit alios ad sui con-
cupiscentiam promoueri, tametsi ipsa hoc non in-
tendat, nihilominus ab huiusmodi, vt scandalum
proximo auferat desistere debet, & maiori, quam
fieri potest moderatione atque honestate vesti-
tus & ornatus vti tenetur, pariterq; si vir, seu mu-
lier vtitur ornatu sibi condecenti, & aduertit pro-
pterea alios, quos non sic decet ob tenues eorum
reditus vti ornamento, & eius exemplo iudici ad
eundem ornatum in detrimentum facultatum su-
arum, earundemque dilapidationem debet absti-
nere, ad quod extat notabilis glos. *in c. aliud 11. quæst.
1.* quæ exponens verba Pauli dicentis: Omnia mi-
hi licet sed non omnia expediunt. Ait: non expe-
dit id quod licitum est, quoniam vsus ipsius aliis
affert impedimentum, & plura ponit exempla, &
facit *l. semper & l. non omne quod licet ff. de regul. iuris &
plenissime tractatum habes apud S. Thom. 2. 2. quæst. 43.*
quando scandalum actiuum atque passiuum pec-
8 catum sit mortale siue veniale. Secundo † vero lo-
co superfluus vestimentorum vsus tam respectu
multiplicationis, quam preciositatis, dummodo
superfluitas sit notabiliter excessiua mortalis quo-
niam superfluus vestium vel auri vsus aufert pau-
peribus alimooiam sibi debitam, propterea dici-
tur *in cap. sicut 47. distinction.* non minus est criminis
habenti tollere, quam cum abundans sis, indigen-
ti denegare, esurientium panis est, quem detines,
nudorum indumentum est, quod recludis, & te-
net S. Thom. vbi supra. Ang. quoque & Vngarel-
lus præallegati & S. Anton. *part. 2. tit. 4. cap. 5. §. 1.* in-
quit, quod in modestia ornatus in mutatione ve-
stium propria est mulierum, de quibus legitur in
psalmo: Filiæ eorum compositæ circum ornatæ,
vt similitudo templi referens, quod quædam co-
mitissa erat pauperibus officiosa & orationibus

dedita, erat tamen vana in ornatu capitis, quæ post eius mortem apparuit cuidam mulieri, quæ interrogauit eam de statu suo, cui respondit, se esse damnatam præcipue propter ornatum capitis & capillorum. Tertio etsi non sit cultus superfluus,
9 nihilominus si sit contra † consuetudinem bonorum loci, cum quibus viuitur, vtique tunc illicitus est, ideoque peccatum. *S. Thom. vbi supra, & facit tex. in d. l. quisquis & cap. delitia 41. distinctione* vbi habetur quod qui sic vestib. vtitur, vt metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur excedat, flagitiosus est, ad idem eatat bona glossa *21. quæst. 4. in summa*, & contra præsumptionem nouitatum inuehitur S. Antonius proxime citatus adducens illud psalmi: dimisit eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Et illud Soffoniæ 1. Visitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina. Quarto vitiosus esse dicitur vsus
10 ornamentorum † ex inordinato affectu nimiaq; solicitudine, quamuis sit secundum consuetudinem loci, & nullus sit finis malus, quoniam ex affectu inordinato oritur vana gloria, secundum Beatum Thomam *d. quæst. 169. art. 1. & 2.* in corpore quæ vtique vana gloria ex suo genere peccatum veniale est. Nam habere diuitias vel vestes preciosas cum abusu earum in laudem hominum non est mortale. Nisi hæc sint occasio peccati mortalis, vt quia ordinata sint ad animas capiendas, vel nisi hoc fiat contra prohibitionem superioris, quibus casibus mortale erit, Albertus Magnus in compendio Theolog. *lib. 3. capite 22.* idem Thom. vbi supra *art. 1. & est tex. in cap. parsimonia 41. distinct. & probat Ang. in verbo ornatus n. 1.* declarans veniale esse nisi propter nimiam se ornandi solicitudinem necessaria ad salutem omitteret. Notandum hoc etiam loco erit, peccare eas mulieres, quæ tantum temporis ad se ornandas consumunt, vt missas, atque diuina officia ob id omittant, peccant enim mortaliter, non solum ex omissione non obseruando præceptum ecclesiæ de sacro audiendo, sed etiam ex hoc quod tempus in huiusmodi rebus conterant, & quando inanis gloria peccatum sit mortale, vel veniale, plenius aliis docet S. Thom. 2. 2. *quæst. 132. art. 3. Nauarrus in manuali cap. 23.* qui & ipse omnis confirmat hic annotata.
11 Quinto fucatio † mulieris, hoc est, coloratio, vt rubicundior vel candidior appareat aspectui illam intuentium an mortale sit, Doctores dissentire videntur, vt plurimum tamen in hoc conueniunt quod mortale sit peccatum, quia reformare quod Deus formauit diuinum opus est impugnare, & fucare adulterinæ est fallaciæ & inhonestatis, inquit tex. *in cap. fucare de consecratione distinctione 5.* ex alia quoque adducitur ratio, quod alios prouocat ad lasciuiam, qui faciem mulieris sic fucatæ intuentur, verumtamen S. Thom. supra citatus *art. 2.* excusat se fucantem, quando id fiat ad occultandum mulieris defectum, seu deformitatem prouenientem ex nimio pallore naturali, vel etiam accidentali ex infirmitate, vel alias vel si næuum, seu aliam in facie maculam deformantem habeat, quemadmodum tenent plures quos allegant Ang. superius relata, & plenius ibi Vn[...]
12 lus in additione. Sexto mulieres † pectore ap[...]o incedentes, & mammillas ostentantes, impu[...] agere dicuntur, ob idque non à mortali excus[...]tur, quando notabiliter in hoc excedunt, præte[...] quam si in domo propria, coram maritis earum id faciant, vel coram aliis fœminis, neque illis suffragatur consuetudo aliarum, quoniam abusus, & corruptibile imitanda nō sunt, sed fugienda. *Ang. d. verb. ornat. n. 3.* & facit quod habetur in scol. aad Albertum Magnum *in compendio Theolog. lib. 3, cap. 22.* vbi narratur vna ex reuelationibus S. Brigidæ dicentis: Diabolus dictauit mulieribus nouam abusionem, pudorosam consuetudinem, ornamenta ad prouocandum ad luxuriam, in o[...]ione mamillarum, & in pluribus vani[...]bus, quæ
13 omnino sunt Deo odiosa. Septimo mulieri caput velatum gestare conueniret, & capillos non nudare, veruntamen propter contrariam consuetudinem excusantur, cum hoc inter actus imp[...]d[...]os connumerari non valeat, *idem Ang. vbi supra* sed neque mulier ornare se debet intortis crinibus, auro vel margaritis aut veste pretiosa, sed magis ornatus illius debet esse sobrius, atque moderatus. Etenim superfluus inuerecundus atque impudicus prohibet S. Thom. supra citatus *articulo 2. ad 1.* nec duntaxat mulieres vtentes, sed præterea prohibentur
14 † artifices atque textores ornamenta superflua & curiosa fabricantes, qui sane peccant, quia aliis peccandi occasionem præstant, *cap. totum in fine 2. quæst. 1.* secus vero de iis qui exercent artem earum rerum, quibus mulieres licite se ornant, Innocent. *in c. 1. ne clerici vel monachi* vbi ait gladii & colores, qui possunt esse ad aliqua, vetres, id esse ad defensionem vel ad colorandum mulierem pro bono licitum est, *S. Thom. præallegatus articulo 2. ad 4. & alii quoque de quibus supra sequuntur, & præsertim Astensis parte 1. lib. 3. tit. 8. quæst. 10.* dicens intentionem facientis attendendam esse. Nam si artifices hæc faci-
3 ant seu vendant iis quos credunt abusuros arti[...]ciis eorum peccant mortaliter. At si credunt ad vsum licitum, hæc ab emptoribus vtenda esse non peccant, nisi tamen tales sint, qui non alias quam ad vsum illicitum vti valeant.

SVMMARIVM.

1 *Debitor fugitiuus carceratus relaxari debet dato fideiussore de iud. sisti, non etiam de iudicatum soluendo.*
2 *Sequestratio in casibus specialibus admittitur.*
3 *Præcipue si adest timor dilapidationis.*
4 *Timor dilapidationis probatur, quando reus male vtitur substantia sua.*
5 *Citatio præcedere debet, nisi periculum sit in mora.*
6 *Sequestratio, vbi non admittitur, descriptio conceditur.*
7 *Summaria cognitio etiam per coniecturas sufficit ad obtinendam sequestrationem.*
8 *Sequestratio fructuum in causa principali non conceditur.*
9 *Quando possessor est soluendo.*

Quæstio

Quæstio XXXII.

Quæstioni excitatæ satisfaciendo, respon-
deo, quod ad mentem iuris, atque scri-
1 bentium esse censeo, quod † debitor carceratus
vti suspectus de fuga, relaxari debeat, dato fide-
iussore de iudicio sisti, absque eo quod etiam fide-
iubere teneatur, de iudicatum soluendo, licet
contrarium dicendum fore videatur ex traditis
per Paulum de Castro *in l. ne quis impuberes. §. primo.
de in ius vocando.* vbi tenuit debitorem de fuga su-
spectum non debere relaxari, nisi datis fideiusso-
ribus de iudicio sisti, atque iudicatum soluendo,
& idem decidit Concilium Neapolitanum, vt re-
fert Afflict. *decis. 170. in fin.* & idem allegant tenuis-
se Ioannem Baptist. Caccial. *tract. de debitore suspe-
cto, & fugitiuo, quæstion. 9.*

Contrariam vero partem veriorem esse arbi-
tror, & primo per gloss. *in l. dies festos, in verb. fideius-
sione. C. de ferus.* vbi expresse gloss. in debitore su-
specto fideiussionem detestaudo iuri requirit,
non autem de iudicatum soluendo, quam glo. ap-
probant ibi Angel. Salic. & alii, nam si de iudica-
tum soluendo fideiussorem addi debere glossa
voluisset, vtique hoc expressisset, *argum. l. vnic. § fin
autem deficientu. C. de caduc. toll.*

Secundo, hoc idem probatur auctoritate plu-
rimorum grauissimorum Doctorum, *Bart. in l. ait
prætor. §. si debitorem. num. 3. ff. quæ in fraud. cred.* hoc
idem voluit motus auctoritate gloss. *in d. l. dies fe-
stos,* idipsumque firmant scribentes *in d. l. neque im-
puberes. §. 1. vbi Roma. num. 3.* solam fideiussionem de
comparendo, siue de iudicio sistendo, neque de
fideiussione de iudicatum soluẽdo vllũ verbum.
Idem etiam voluit ibidem Soc. qui sub num. 2. ait,
eo ipso quod est satisfactum causæ, per quam fit
captura, debet captus de fuga relaxari dando fi-
deiussionem de stando iuri. Idemque magis aper-
te voluit ibi Alexand. *num. 1. circa medium,* inqui-
ens: si quis captus est ratione suspitionis fugæ,
satis videtur esse, quod satisdet de iud. sisti, quam-
uis non caueat de iudicatum soluendo, & hoc di-
cit esse de mente Baldi, & Ang. in locis ibi citatis,
& iura hoc probantia adducit. Idem etiam sequu-
tus est Paulus de Castr. *consilio 474. in princip. volu. 1.*
quod est consilium finale, & in hanc partem in-
clinat Ioann. Baptista Caccialup. *dict. tract. it. de de-
bitore suspecto & fugitiuo, quæst. 9* vbi in finalibus
verbis ait: Doctores videntur sentire, debito-
rem teneri tantum satisdare de iudicio sisti, et-
si practicatur, quod etiam de iudicatum soluen-
do, nimis est, attento fine, propter quem captus
est, & quamuis in præcedentibus arguat contra
motus hac ratione, quod ideo debitor de fuga su-
spectus capitur, vt creditor se tutum reddat, quod
debitum sibi soluatur, tamen ab hac ratione re-
cedit, dum in finalibus verbis dicit, hoc nimis
durum est, attento fine, propter quem capitur,
sentiens debitoris capturam fieri, vt iudicium as-
securetur, non autem vt soluat, vt omnes supra
relati sentiunt, & præsertim Socinus *dicta l. neque
impuberes. §. primo. & Alexand. in l. sciendum. in prin-
cipio. ff. qui satisdare cogant.* & qui referunt Caccia-
lupum contrarium tenere, non bene eius scripta
perpenderunt. Fateor tamẽ, quod in locis, in qui-
bus ita practicatur, etiam de iudicio sisti & iudica-
tum soluẽdo, fideiussorem dari, contrariá partem
Caccialupum tenere, cui ego quoq; assentio, vbi
de consuetudine etiam cõmuni practica constat,
cum ea sit optima legum interpres. At circumscri-
pta locali practica, de iure tenendum est solam fi-
deiussionem de iudicio sisti sufficere, quoniam si
auctoritates vtriusq; partis recenseantur, appare-
bit pro carcerato, sententiá communiorẽ esse, id-
que miseris debitoribus carceratis salubrius est, cũ
illis difficile foret inuenire fideiussorẽ de iudica-
tum soluendo: & de sequestratione personæ hæc
sufficiant. Bonorũ vero sequestratio etsi regulari-
2 ter † prohibita sit, *l. vnic. C. de prohib. sequest. pecun.* in
casibus tamen admittitur enumeratis per gl. ibi, &
per Abb. *in c. 2. de seq. poss. & fruct.* & quindecim ca-
sus enumerat Host. in summa de sequestra. & alios
quoq; recenset ibi additio, & inter alios concedi-
tur sequestratio, quando extat suspicio, seu timor
consumptionis, & dilapidationis ipsius rei, in qua
ius sibi competere prætendit actor, alioquin se-
questratione denegata iudicium redderetur elu-
sorium, *leg. imperatores. ff. de appell. & leg. si fideiussor.
§. finali. ff. qui satisdare cogant. vbi Bart. Ias. & alii. Al-
beric. dict. cap 2 n. 16. & c. final. eod. tit. num 7.* Timor
3 autem † dilapidationis ex eo probatur, quod reus
male vtitur substantia sua, & aliter in ea versatur,
quam diligens paterfamilias versaretur, quemad-
4 modum præallegati affirmant. Et citatio † proce-
dere debet, atq; si compareat reus, offeratq; cau-
tionem de re conseruanda, seu non baratanda au-
diendus est, sequestratioq; non concedenda, tenet
Papiens. *in for. sequest. in verb. sapiens n. 5. Alex. d. l. si fi-
deiussor.* nisi tamen periculum sit in mora, tantum
enim citatio procedere nõ debet. Imo tunc etiam
dieb. feriatis ad sequestrationem deueniri potest,
secundum Alex. vbi supr. & alii concordant. etiam vbi a-
5 lias sequestratio non admittitur, † descriptio de-
bet admitti, *Bart. d. l. imperatores. ff. de appel.* atq; ra-
tione contumaciæ, vel alterius iustæ causæ, poterit
iudex præcipere ostium rei conuenti claudi & si-
gillari. *Ias. d. l. si fideiussor. §. fi. n. 21. ff. qui satisd. cog.* vbi
officiales curię Romanæ hoc multũ practicare as-
serit. Nec vera est opinio Bart. *in l. vnic. C. de agric. &
cens. lib. 11.* quod nisi constet de credito per publicũ
instrumentũ, nõ debet sequestratio admitti, quo-
niam contrariũ est verius, vt tenet Abb. *d. c. 2. n. 28.
plene Ias. post Alex. in d. l. si fideiussor. num 9. Decius consil.
75. num. 1.* vbi asserunt sufficere semiplenam pro-
6 bationem, & summariam † cognitionem, & per
coniecturas summarie procedendum, prout iu-
dici sederit in animo ex qualitate personæ, qui si
ei videbitur, stabit actoris iuramento. *Abb. d. cap. 2.
num. 28 Alexand. d. l. si fideiussor. num. 10. & 11. & ibidem
Iason numer. nono.* post sequestrationem statuat iu-
dex actori terminum ad producendum libellum,
& docendum de iuribus suis. *Papiens. vbi sup. in ver-
bo audeat in fin.*

7 Sequestratio vero † fructuum rei super qua
lis pẽdet in causa principali fieri nõ debet propter

timorem dilapidationis, aut conuersionis eorum in proprios vsus, cum lite pendente nihil sit innouandum, nec possessor commode possessionis suæ priuari debeat. *Cardinal. capit. final. in princip. de sequestr. Curt. plene in dicta l. vnica. numer. 8. & 9. C. de probibita sequestratione. Alexand. consil. 163. nnmer. 1. vol. 6. Paris. consil. 41. num. 45. volum. 1. Bertrand. consilio 58. nnm. 8. volu. 1. part. 1. & consil. 51. vol. 2. part. 1. & communiter secundum Alex. tenetur.*

8 Hoc autem intelligendum est, † quando possessor est soluendo, ita quod actori consultum est in casu victoriæ, & quod fructus sint dissipati, & in proprios vsus à possessore conuersi, alioqui secus, Abb. Curt. & Paris. proxime relati.

SVMMARIA.

1 *Debitor, qui in dolo vel culpa lata versatus est, potest etiam in foro conscientiæ carcerari.*
2 *Secus si culpa leuis vel leuissima concurrit.*
3 *Debitor carceratus post condignam carcerationem non potest citra peccatum in carceribus detineri.*
4 *Tempus condignæ carcerationis iudicis arbitrarium est.*
5 *In causa excarcerationis non datur appellatio.*
6 *Alimenta à creditore oblata non impediunt excarcerationem in foro conscientia.*
7 *De æquitate canonica subueniendum est pauperi bono & malo.*
8 *Æquitas rigori præfertur in foro poli.*
9 *Debitoris cessio bonorum, vbi bona non extant, in foro conscientiæ non admittitur.*

QVÆSTIO XXXIII.

QVoad carcerationem debitoris de fuga suspecti, quæritur, an citra peccatum debitor
1 pauper † in carceribus detineri possit. Respondeo, quod carcerare aliquem est illicitum, quia libertati repugnat impedire motum & vsum membrorum suorum, nisi tamen fiat secundum ordinem iustitiæ in pœnam, vel cautelam alicuius mali vitandi. *S. Thom. 2. 2. quæst. 65. artic. 3.* Quocirca, si culpa debitoris, procedit damnum creditoris, vt quia impotens ad satisfaciendum effectus est culpa sua, culpa, inquam, lata, quæ dolo comparatur, tunc iuste carceribus mancipatur, ibique absque peccato detinetur, vt Sanctus Thomas præcit. insinuat, & tenet Angelica, *verb. carcer. numer. 2. in fin. & Syluester eodem verb. num. 3. & Tabiens. quoque num. 3 in fin.*

2 Sin autem interuenerit culpa † leuis vel leuissima, tunc in foro conscientiæ pœna est debitori imponenda de negligentia, seu culpa leui, vel leuissima, non autem pœna est illi infligenda de damno creditoris, *capitul. fraternitas. iuncta gloss. finali. in fine. 12. quæstione secunda Innocentius in capitul. sicut dignum. numer. quarto. de homicid. Felynus in capitul. primo. de constitut. numer. quadragesimo primo. versicul. tertius casus. & numer. quadragesimo sexto. in fine.* Pœna igitur carcerationis debitor non plectitur, non valens satisfacere creditori ob eius culpam leuem vel leuissimam, alioqui peccat creditor, sic debitorem impotentem affligens, secun-
3 dum supra relatos. Verum postquam † debitor carceratus ob eius dolum latamue culpam, per aliquod temporis spatium ex ipsa carceratione meritas luit suæ culpæ pœnas, tunc creditor ipsum excarcerare, & suæ libertati restitui debere tenetur, quod si non facit, quia contra præceptum charitatis facit, mortaliter peccat. Ait namque Dominus: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Quomodo ergo creditor debitorem vt se ipsum diliget, illum arctans ad id, quod ipsi impossibile est, atque ad id, quod in se nollet, si sibi hic casus extremæ necessitatis accideret. Et hoc est, quod Apostolus Iohannes inquit. Quomodo Deum diligit, quem non videt, si proximum, quem videt, non diligit, subaudi propter Deum, & in Deo, secundum Mag. sent. *in tertio. distinctione vigesima septima.* ad idem facit Gregorius de Arimino *in primo, distinction. decima septima. articulo primo. conclusione secunda.* Ad tertium, vbi exponit verba Augustini, dicentis: Caritatis venenum est spes temporalium. Patet, inquit Gregorius, quod contraria charitati est cupiditas, quæ venenum appellatur. Quocirca suo veneno creditor seipsum interimit, qui debitorem inopem in carcere detinet post condignam carcerationis pœnam. Cæterum, quanto tempore condignam culpæ suæ pœnam carceratus sustinere debeat, lex vel canon non diffinit,
4 neque † nos diffinire debemus, *argumento l. vnica. §. sin autem deficientis. C. de caduc. tollend.* Sed bonus iudex arbitrio suo hoc æstimabit, qui, si viderit creditorem duriorem, assignet illi terminum ad dicendam causam, quare debitor egestate in carceribus laborans non debet relaxari elapso termino, & nihil docto, quod releuet excarcerari eum mandet, sub cautione iuratoria de satisfaciendo creditori, si ad meliorem fortunam ve-
5 nerit. Neq; audiatur creditor, si per † appellationem miseri debitoris excarcerationem impedire nititur, quoniam in his, quæ non recipiunt dilationem, sicuti est causa alimentorum, non datur appellatio. *leg. finali ff. de appellat. recipiend* excarcerationis quippe causa habet annexam alimentorum causam. *Felynus in capit. ex rescripto. numer. duodecimo. circa finem, de iureiurand.* Non etiam
6 audiatur, † si alimenta debitori offerat, vt non relaxetur à carcere, non intendens suam vtilitatem, sed carcerati pœnam, quoniam alimenta hæc essent debitori nutrimentum, creditori vero mortiferum animæ suæ venenum. Quare Dei timoratus iudex non admittet creditorem in æternam suam damnationem ruere, propter odium, quod concepit aduersus debitorem, secundum Ecclesiastici consilium, dum ait: Ne sis prospector, videns casum proximi tui. Non et-
7 iam audiatur † creditor dicens, qui sua culpa in paupertatem incidit, non gaudet paupertatis priuilegio, *l. penultima. ff. de iure dot.* Contrarium de æquitate verius est, quod non est facienda distinctio pauperum, cum bono & malo subuenire possumus, *capit. quiescamus, 42. distinction. vbi bonus textus. Ioannes Andreas in capitul. quæ in Ecclesiarum. de constit.*

constit. Felynus in capitul. si qui testium. de testibus. In
8 foro namque Poli æquitas rigori iuris † positiui
præfertur, *Abbas in capit. quia propter, de electione, &*
ad hoc optime facit ratio in dict. capitul. quiescamus ex-
pressa. ibi non ex vita pauperis mercedem tibi re-
tributuris est Deus. Postremo, si creditor ad-
uersus debitorem instat, vt vel bonis cedat, vel
pœna carceris puniatur, præceptum charitatis
huic aduersatur, cessio quippe bonorum præsup-
ponit bona, quæ vbi non adsunt petita, cessio est
iniuriosa. Ideoque quod debitori nocet, & cre-
ditori non prodest, reiiciendum est. Compro-
batur ex *capitul. Odoardus. de solutione.* Vbi senten-
tia debitoris condemnatoria reuocatur, quia
constitit ipsum soluere non posse, & declarat ibi
glossa *in verb. non valentem*, dicens: Si certum esset
iudici, nihil solui posse, vel si debitor cessit bonis,
sententia condemnatoria non tenet, aperte glos-
sa sentiens, quod in duobus casibus debitor con-
demnari non valet. Primo, quando constat iu-
dici, creditorem nihil habere. Secundo, quan-
do cedit bonis, ergo debitor, qui nihil habet in
bonis, si non potest condemnari, minus potest
carceri nuncupari, ad idem est glossa *in leg. penulti-*
ma. C. qui bonis ced. poss. quæ ait: Nugatio est dicere,
quod cedat bonis, qui nulla bona habet, & bene
facit notabilis textus *in capitul. non satis. octuagesima*
sexta distinctione, vbi dicitur: Grandis culpa est, si
te sciente fidelis egeat, & in carcere positus, pœ-
nis & suppliciis propter debitum aliquod excru-
ciatur. Et licet glossa ibi dicat, non est crucian-
dus, sed sufficit, quod cedat bonis. Tu dic idem
esse, etsi non cedat bonis, qui nihil habet per præ-
9 dicta. Proinde suppositis iis † pro veris in foro
exteriori, multo quippe magis in foro conscien-
tiæ, vt supra concludendum est *per dictum capitul.*
non satis, octuagesima sexta distinctione, & per com-
minationem Psalmistæ dicentis: Faciet Domi-
nus iudicium inopis, & vindictam pauperum, at-
que etiam parabolæ Euangelicæ serui illius, qui
conseruum suum misit in carcerem, cui Domi-
nus ait: Serue nequam, omne debitum dimisi ti-
bi, nonne oportuit & te misereri conserui tui?
Vide ergo quid agas, neque exemplo Euangeli-
co in conseruum tuum sæuias sub indignatione
Domini, ne post obitum tuum te in carcerem
mittat, & pœnis infernalibus affligat.

SVMMARIA.

1 *Tempus cuius initii memoria non extat, habet vim ti-*
tuli, quem neque allegare neque probare neces-
se est.
2 *Ex tempore immemorabili oritur præsumptio iuris*
& de iure.
3 *Decennalis solutio facit præsumi veritatem allegatæ*
causæ, ita vt in posterum ad soluendum cogi possit,
qui decennio antea soluit.
4 *Nisi probentur solutiones factæ non animo obliga-*
tionem inducendi.
5 *Eleemosyna Ecclesiæ antiquitus dari consueta de-*
negari non debet, alioquin officium iudicum im-
plorari potest.

QVÆSTIO XXXIV.

QVæritur, an huius Capellæ rector postulans
consuetam eleemosynam sibi non denegari
ab hominibus villæ eam præstare recusantibus, sit
audiendus, videtur dicendum quod iure agat.
1 Quoniam † Rector probans tempus, cuius initii
memoria in contrarium non extat, fundatam ha-
bet intentionem, ita vt neq; titulum allegare neq;
probare necesse habet, nec bonam fidem, tãquam
præscriptionis essentialia, cum hæc omnia inter-
cessisse præsumatur, tẽpusq; immemorabile vim
habet priuilegii à principe emanati. *c. super quibus-*
dam. §. præterea. de verb. signif. l. 1. §. ductus aquæ. ff. de aq.
quotid. & æsti. Bart. in l. cum de in rem verso. num. 2. ff. de
vsur. ponunt scribentes in l. si certis annis. C. de pact. tra-
dit Aym. de antiq. temp. 4 part. in princ. num. 9. & 48. &
alibi per discursum. & plenius Balbus tract. de præscript.
part. 3. qu. 10. cum multis sequentibus, quibus acce-
2 dant, quæ habes infra, & sequen. Et adeo † potens
est, & efficax probatio temporis immemorabilis,
quod ex ea oritur præsumptio iuris, & de iure, cõ-
tra quam probatio non admittitur, nisi quod non
sit decursum tempus immemorabile. *Ant. de Butr.*
in c. peruenit. col. 3. vers. tertio casu. de censib. & magis a-
perte Fel. in c. cum nobis. n. 6. vers. sctas etiam. de præscrip.
sequitur Bald. d. tract. præscrip. part. 3. 2 requisito. 6. qu. 9.
3 *n. 19.* Præterea Capellæ rector prædecessorum † de
villa donationẽ allegat, & diuturna præstatio de-
cem saltem annorum spatio continuata, inducit
probationẽ allegatæ causæ, propter quã præstatio
facta fuisse dicitur. Ideoq; in futurũ ad soluẽdum
compelli possunt, tanquã ad id obligati, ex causa
allegata, est tex. quamuis vulgaris, tamẽ notabilis,
vt ibi scribentes inquiunt *in d. l. cum de in rem verso,*
iuncta gl. ff. de vsur. & declarant ibi Bart. & Bal. Ang. Sal.
& in l. si certis annis. C. de pact. vbi hoc notant Bart. Bald.
Salyc. Paul. Alex. Ias. Dec. & Rimin. Bald. d. tract. præscri.
3 part. principali. q. 10. n. 1. cum plurib. seq. Non obstat,
4 si † dicatur, quod scribẽtes monent reum, sic con-
uentũ, vt probet, quod ex liberalitate, gratisq; diu
soluerit, & non animo se obligandi, sicut origina-
liter voluit Odofred. *in d. l. cum de in rem vers. n. 3. cir-*
ca prin. dicens, quod multæ animæ hominũ ob hoc
perditæ sunt, quia potentes viri suppeditant sibi
rusticos, qui portant xenia, vt captent beneuolen-
tiam, & quando cessant, dicunt, quia prædecesso-
res tui, & tu longo tempore præstitistis, ideo peto,
vt condemnetis in futurũ, & qui hoc faciunt, pec-
cant mortaliter. Verum inquit, sit rusticus cautus,
vt ꝓbet, ꝙ veniebat, dicẽs, ego do vobis ista xenia,
nõ causa debitũ exsoluendi, verba formalia Odo-
fredi *in d. l. cum de in rem vers. quem sequitur ibi Ang. &*
tenet Ias. in d. l. si certis annis. in 3. limi. Dec. n. 25. post alios
ibi relatos. Idem Ias. in §. præiudiciales. n. 69. instit. de actio.
Balb. de præscrip. 3. part. princ. q. 10 n. 21. & n. 24. hoc fa-
ctum fuisse nullibi constat, merito non obstat,
5 immo esto, † quod ii fructus ex deuotione dari
conuenerint Capellanis d. Capellæ seruientibus,
nihilominus si nõ iure actionis, saltẽ offic. iudicis
homines villæ cõpellendi sunt ad seruandã huius-
modi laudabilẽ consuetudinẽ longissimo tẽpore
introductam, de dando hos fructus Capellanis,
sacrum

ſacrum illis ibi celebrantibus, ea enim, quæ ſunt meræ facultatis inducunt obligationem in futurum, quando bonum & laudabile habuerunt initium à mera liberalitate introductum fauore Eccleſiæ, vel etiam quando non eſt ſimplex eleemoſyna, ſed ad aliquid relationem habet. *Gloſſ. in capitul. ſuam. & in capitul. Apoſtolicam, per illa iura de ſimonia, & facit textus in cap. ex parte. de cenſibus.* atque notant vtrobique Canoniſtæ, & maxime *in capit. ſuam. Abb. cum ibi in addit. ſignatis.* Idemque tenent ibidem Bartol. Cardinal. & plene Ioann. de Anan. atque Felyn. & plenius Henricus Borch. *in cap. Iacobus. eodem tit.* communem referens, quam etiam communem dicit Felyn. *dict. cap ad Apoſtolicam.* & inquit Ant. Franciſcus in addit. ad Alexand. *in l. non amplius. §. 1. ff. de legat 1.* quod Collegium Paduanum in partibus Germaniæ conſuluit, quod ſi pietatis cauſa aliquid dari conſueuit pro eleemoſyna alicui Eccleſiæ, poteſt officio iudicis compelli in futurum ille, qui conſueuit dare, & præmiſſa etiam confirmat Iaſon *in dicta l. non amplius.* dicens, in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum ab hac ſententia. Ex quibus concluditur, obligatoriam eſſe conſuetudinem, vel ſaltem officio iudicis, ad compulſionem obſeruationis, laudabilis conſuetudinis antiquitus conſtitutæ, animarum ſaluti conſulendo, homines de villa condemnari poſſe.

SVMMARIVM.

1 *Eleemoſyna de neceſſariis ad decentiam ſtatus ſui danda eſt, de conſilio: Extreme pauperi danda eſt de præcepto.*

2 *Neceſſarii terminus non conſiſtit in indiuiſibili.*

3 *Status ſui decentia quando minuitur.*

4 *Eleemoſyna de ſuperfluo ad victum & ad decentiam ſtatus danda eſt de præcepto.*

5 *Superfluum non eſt diuitis ſed pauperum quo ad vſum.*

6 *Superfluum quando ſit, non poteſt ratione determinari.*

7 *Eleemoſyna quando ſit pro peccatis ſatisfactoria.*

8 *Vxor de bonis dotalibus eleemoſynam ſine licentia viri facere non poteſt.*

9 *Præterquam de pane, vino, & aliis huiuſmodi.*

10 *Poteſt eleemoſynam facere ſecundum qualitatem pauperis.*

11 *Poteſt etiam in aliis caſibus hic expreſſis.*

12 *Vxor de bonis ſuis extradotalibus etiam inuito marito eleemoſynam facit.*

QVÆSTIO XXXV.

ET hæc de eleemoſyna Eccleſiæ ab vniuerſitate debita ſufficiant. At vero de eleemoſyna pauperibus à priuatis debita, quid iuris ſit ad
1 mentem Theologorum videamus. Aut † is, qui temporalia poſſidet, habet tantum ea, quæ ad neceſſitatem naturæ pro ſe, familiaque ſufficiunt, & non tenetur de his eleemoſynam aliquam dare, nec de præcepto, neque de conſilio, imo illicitum eſt de huiuſmodi dare, quia ſibi & ſuis quiſque magis tenet ſecundum debitum charitatis ordinem. Aut habet bona ad decentiam ſtatus ſui, ſuorumque neceſſaria, & de illis ex præcepto non tenetur eleemoſynam dare, præterquam iis, qui in extrema neceſſitate conſtituti ſunt. Itaque niſi illis ſubueniatur, probabiliter timeri poteſt, ne fame pereant, & in grauem & magnam aliquam infirmitatem incidant. Ad quod dicitur *in capitul. paſce. octuageſima ſexta diſtinctione.* Paſce fame morientem, ſi non paſceris, fame occidiſti. Quilibet enim tenetur magis diligere vitam proximi, quam decentiam ſtatus ſui. Sic determinat Sanctus Thomas, *ſecunda ſecundæ quæſtion. trigeſima ſecunda articul. ſexto.*
2 Vbi inquit, quod neceſſarii terminus † non eſt in indiuiſibili, eo quod etiam multis ſubtractis adhuc conuenienter vita tranſigi poteſt, ſecundum proprium ſtatum, & ſic de his, quæ ad ſtatum ſuum pertinent eleemoſynam dare, conſilium eſt, non autem præceptum, niſi extreme laboranti, vel niſi in magna neceſſitate Reipublicæ. In idem quoque concordat Gabriel. *in quarta diſtinction. decima ſexta quæſtion. quarto articul. ſe-*
3 *cundo. concluſione ſecunda.* declarans, † ſtatus decentiam tunc diminutam fieri, quando per ſubtractionem eius, quod in eleemoſyna erogandum eſſet, quis redderetur inhabilis ad exercitium operationum ſtatui ſuo debitarum.
4 At vero diues, † qui habet ſuperflua, nedum reſpectu indiuidui, ſed etiam reſpectu conditionis ſuæ tenetur id, quod ſibi ſuperabundat, pauperibus erogare, alioqui peccat non dando. Sanctus Thomas *Quodlibeto octauo, articulo duodecimo. & inſuper ſecunda ſecundæ quæſtion. trigeſima ſecunda. articulo quinto.* vbi in reſpectu ad tertium ait, quod ſuperfluum conſideratur ſecundum præſentem ſtatum, prout probabiliter æſtimari poteſt, nec oportet conſiderare omnes caſus, qui contingere poſſent in futurum, ſed eos duntaxat, qui probabiliter, & vt in pluribus occurrunt.

Et Summiſtæ quoque probant, inter quos Aſtenſis *libro quinto. titul. vigeſimo ſexto. articulo tertio. quæſtione prima.* opponit, quod licet diuiti ſua retinere, ſoluit, quod ſuperfluum ſuum eſt, quo ad diſpenſationem, quo vero ad vſum, non eſt
5 ſuum, ſed eſt † pauperum, qui ſuperfluo illo indigent, *capitul. ſicut. §. nunquid iniquus eſt Deus. diſtinctione quadrageſima ſeptima.* vbi dicitur, non minus eſt criminis habenti tollere, quam cum abundans ſis indigenti denegare, eſurientium enim panis eſt, quem detines, nudorum indumentum eſt, quod includis: vbi gloſſa in verbo eſurientium ait: Pauperes non poſſunt directo iudicio illud ſuperfluum petere, ſed denunciare poſſunt Eccleſiæ, & ſic Eccleſia poteſt cogere: Accedit Gloſſa ſuper illud Matthæi 5.

cum facis eleemosynam, & cætera quæ dixit, elee-
mosyna est pars iustitiæ : quodque officio iudi-
cis diuites compelli possint, confirmat Angeli-
ca, *verb. eleemosyna. numero vndecimo.* atque præ-
terea quod superfluum respectu vtriusque ne-
cessitatis, nempe naturæ, atque decentiæ, ero-
gandum sit in pauperes, plene admodum con-
firmat Tabienf. *verb. eleemosyna. quæstione quarta,*
quinta, sexta, & septima, vbi accurate & diffu-
se locutus est supra alios, qui in hoc articulo
scripserunt; & Saliect. Sanctum Thomam à qui-
busdam notatum, quod in hoc variauerit, con-
cludens *quæst. 5. & 6.* communiter Doctores sen-
tentiam hanc sequi.

6 Declarant etiam, quod † superfluum, quod
obligat ad mortale, non potest ratione deter-
minari, sed committitur prudentiæ, & fidei
dispensatoris. Medina vero *tomo primo. tractat.*
primo quæstione tertia dubio secundo, inquit, quod
magna est inter Doctores controuersia: An ha-
bens superflua naturæ & status, teneatur sub
peccato mortali superfluum dispensare in paupe-
res, non in extrema, sed in graui egestate exi-
stentes, distinguens triplicem pauperum ne-
cessitatem: prima est extrema, secunda est ar-
cta seu notabilis, tertia communis, & ad partes
quæstione discussa concluditur, quod de su-
perfluis diuites tenentur pauperibus subueni-
re, quando de necessitate extrema vel quasi, hoc
est, notabili, sibi constat, nec sunt alii, qui ve-
lint, ac possint subuenire, extra hanc necessita-
tem extremam vel arctam, si pauperes com-
munem patiantur indigentiam, diuites non te-
nentur sub pœna peccati mortalis illis subueni-
re, sed superflua sua retinere possunt, modo ad
aliquem bonum finem ea retineant, vel vt me-
lior opportunitas se offerat pauperibus subue-
niendi.

Immo si extrema necessitas vrget, neque di-
ues pauperem pascit, non prohibetur pauper
furari, vel rapere sibi necessaria, quod nimi-
rum facere potest absque incursu pœnæ tempo-
ralis, vel spiritualis, vt est textus *in capitul. discipu-*
los de consecratione, distinctione quinta, iuncta glossa i-
bi, & in capitul. si quis propter. extra de furtis, & ple-
ne confirmat Sanctus Thomas secunda secundæ quæstion.
sexagesima sexta. articul. septimo. & plenius dixi infra
Recollecta.

7 Non tamen omittendum est, quod † elee-
mosyna est pro peccatis satisfactoria, quando
datur de iis, quæ sunt ad decentiam status ne-
cessaria, sin autem datur de iis, quæ superflua
sunt, inquit Sanctus Bonauentur. *in quarto, di-*
stinctione decima quinta, parte secunda, articulo secun-
do, quæstione prima, in fine. quod de rigore iusti-
tiæ non est satisfactoria, subiungens, credo ta-
men, quod diuinæ misericordiæ benignitas tan-
ta est, quod totum acceptat, & quasi pro
nihilo soluat nos, sentiens, quod qui dat su-
perflua, debitum soluit, quasi quod det pau-
peribus, quod proprium ipsorum est, atque
confirmat Durandus *eadem distinctione, quæstione*
sexta, numero nono, dicens, dare eleemosynam,
quando est in præcepto, est quippe meritoria,
non autem satisfactoria, quia tunc non datur
suum, sed redditur alteri debitum, quando ve-
ro non est in præcepto, tunc non solum est me-
ritoria, sed etiam satisfactoria. Studeat Chri-
stianus eleemosynis abundare, iuxta monitio-
nem Thobiæ senioris, qui filium suum insti-
tuens, ait: Quomodo poteris, ita esto mi-
sericors, si multum tibi fuerit, abundanter tri-
bue, si exiguum, etiam exiguum libenter im-
pertiri stude.

Eleemosynæ fructus & vtilitates adeo mul-
tæ sunt, quod hic describi nequeant, sed ad sa-
8 cros Doctores te remitto, vxor † eleemosynam
facere non potest sine licentia viri, *capitul. quod*
Deo, trigesimo tertio, quæstione quinta. vbi Augusti-
nus ait: Nihil † de rebus terrenis suis sine viri
arbitrio facere debuisti, ex quo textu glossa ibi
notat, quod vxor non possit facere eleemosy-
nam sine licentia viri de rebus dotalibus; de
parafernalibus vero, inquit, consilium est; nam
cui commisit corpus, honestum est, vt res com-
mittat: Maritus enim habet imperium in vxo-
rem, quasi vicarius Dei, inquit textus *in capitul.*
hæc imago, causa, & quæstione de qua supra. Minus
potest de bonis propriis ipsius viri eleemosy-
9 nam facere. Nihilominus † potest de pane, vi-
no, & aliis, quæ ad dispensationem vxoris perti-
nere ex consuetudine solent, moderate dare, di-
ctante sibi conscientia, quod maritus debeat
ratum habere, tametsi aliquando prohibuerit,
cum soleant mariti ad terrorem prohibere, ne
immoderate detur, & si manifeste viderit vo-
10 luntatem viri ad oppositum debet † abstinere,
vel potest licite dare, ex qualitate pauperis,
quando credit, quod si maritus cum videret,
ipsemet daret: Immo, etsi crederet marito dis-
plicere, quando occurrit pauper in extrema ne-
cessitate existens, tunc sane de licentia summi
sponsi eleemosynam illi largiri potest, vel si ma-
11 ritus † crudelis sit, & sceleratus, potest occulte
eleemosynam dare, vt auertat iram Dei ab illo,
& diuina gratia ipsum illuminet, quia tunc
mulier mariti negotium vtiliter gerere dici-
tur.

De bonis vero dotalibus æstimatis, ea existi-
matione, quæ facit emptionem, quorum domi-
nium transit in maritum, idem respondendum
est, quod de aliis mariti bonis. Dotalia vero inæ-
stimata, vel æstimata ea æstimatione, quæ non fa-
cit emptionem, remaneant quidem in dominio
vxoris, non tamen in præiudicium mariti, de il-
lis eleemosynam facere potest, nisi vt supra, vt-
pote quod eorum fructus ad maritum pertinent,
l. doce ancillam. iunctis ibi notatis, & alibi quoque, C. de
iure dot. & faciunt quæ habentur infr. *Recoll. 103. n. 1.*
12 *& 7.* Aut quæritur † de bonis vxoris propriis,
nempe de iis, quæ sunt extra dotem, & ad libi-
tum de illis vxor eleemosynam facere potest, &
in secundo pios vsus ea conuertere, etiam inuito
marito, quoniam quoad dispensationem eorum
quæ

quæ propria ſunt, mulier ſui iuris eſſe dicitur. Neque quod attinet ad hoc, eſt in poteſtate viri, niſi tamen ex conſuetudine, vel ſtatuto bonorum non dotalium fructus ad maritum pertineant, vel ſi mulier ſit lucroſa, vt ſi domus & familiæ negotiis compoſitis exerceat aliquam artem, ex qua ſuperlucratur, poteſt de lucris ſuis eleemoſynam facere. Hæc ex variis ſacrorum Doctorum locis eliciuntur, & ex Sancto Thoma *2.2. quæſtion.32. articul.octauo. Gabriel.Biel in 4. diſtinctio. 15.quæſtion.3.articul tertio.dubio 2. vbi & Durandus qu. 8. & Summiſtæ omnes ſequuntur.* Quare pia hæc mulier ab hæredibus viri nullatenus inquietari poteſt.

S V M M A R I A.

1 *Emptio iuſto pretio cum pacto de retrouendendo licitus eſt contractus.*
2 *Niſi deprauatam emptor haberet intentionem.*
3 *Lucrum principaliter operatum vſurarium eſt.*
4 *Spes in contractu mutui quando non damnatur.*
5 *Pecuniam ſub vſuris accipere quando abſque peccato liceat.*
6 *Ruſticus ſi mutuat domino poſſeſſionis, vt eius laboretium ſibi detur, vterque peccat.*
7 *Molendinarius mutuans vt ad eius molendinum molatur, peccat.*

QVÆSTIO XXXVI.

1 AN emptio † iuſto pretio cum pacto de retrouendendo licitus ſit contractus, tam de iure ciuili, quam canonico, emptorq; interim, donec vẽditor fundum redimat, faciat fructus ſuos, neq; illos cõputet in ſortem, dic quod licitus eſt, *l.2.C.de pact.inter empt.& vend.cap.ad noſtram.de emp. & vend.* vna cum aliis, quæ allegat Nauarr. in Ma-
2 nuali, *c.17.n.247.* At vero contractus, de † quo ſupra, alioqui iuſtus, tunc illicitus fieret, quãdo emptor deprauatam intentionem haberet, vt quia non emptionem intenderet, ſed mutuum vſurarium, quo caſu quoad Deum mortaliter peccat, & in foro pœnitentiali reſtituere tenetur fructus, quos recipit, vel in ſortem ea computare, qua quidem in re ad coniecturas non eſt recurrẽdum, quia de foro exteriori non agitur, ſed conſcientiæ ipſius hoc relinquendum eſt; etenim Eccleſia hunc non cogit, quæ de occultis non iudicat, ſic tradit Henricus Boier *in dict.cap.ad noſtram.nume.3.* confirmatur ex c.conſuluit, de vſuris, iuncta gloſſa, in verbo, ſperantes, vbi Canoniſtæ de vſura
3 mentali agunt, † diſtinguentes, quod qui principaliter ſperat lucrum ex mutuo non alias mutuaturus, niſi ſpem lucri haberet, vſurarius eſt, & in foro pœnitentiali ad reſtitutionem tenetur, quamuis in foro Eccleſiæ compelli non poſſit. Secundario vero aliquid ſperare non eſt malum, vt gloſſ. ibi, & Canoniſtæ omnes tenent, & melius ceteris declarat ibidem Antonius de Butrio, *vltima quæſtione, & Nauarrus in manuali, capit.17. numer. 209.*
4 Spes quippe ſecundaria † dicitur, cum mutuator ſperat quidem, ſe aliquid vltra ſortem recepturum eſſe, nihilominus mutuaret ob beneuolentiam vel charitatem, quamuis crederet, ſe nihil recepturum. *Gabriel Biel in 4. diſtinction. 15. quæſtion. 1. art. 1.*

Summiſtæ quoque ita declarant, vt Angelus, Syluester, Tabienſ. & reliqui aſſerentes, ſpem hanc non reprobari, ex quibus ad deciſionem propoſitæ quæſtionis infertur, quod emptor, qui principaliter in mente habet non emere, ſed mutuare, & in pignus fundum accipere, & ſic fraudem de contractu ad contractum facere, committit vſuram mentalem, neque ex deprauata intentione tantum contractus redditur illicitus, ſed & aliis modis, quos enumerat Nauarrus
5 *in manuali, capit.17. nu.247. & ſequentibus.* An † autem liceat citra peccatum pecuniam ſub vſuris accipere, reſpondet Sanctus Thomas 2.2. *quæſtio.78. art. 4.* quod nõ licet inducere aliquẽ ad mutuandum ſub vſuris, licet tamen ab eo, qui hoc paratus eſt facere, & vſuras exercet, mutuum accipere ſub vſuris propter aliquod bonum, quod eſt ſubuentio ſuæ neceſſitatis, & is, qui accipit, non dat occaſionem peccandi, ſed vſurarius ipſe ſumit occaſionem, & probat ibi Caietan. atque fere omnes Canoniſtæ, quos congerit & ſequitur Syluest. in ſumma, *verb. vſura. 7.* ex quibus infertur ad caſum in hac ciuitate frequentem: Ruſticus indiget la-
6 borerio † vnius poſſeſſionis vel agri, dominus laborerium offert, ſi mutuo ſibi detur certa pecuniæ quantitas retinenda, donec poſſeſſionis cultura retineatur. Vtiq; dominus poſſeſſionis peccat, ruſticum inducens ad mutuum vſurarium exercendum. Ruſticus vero & ipſe peccat, qui ſupra ſortem mutuo datam recipit commoditatem culturæ, quæ commoditas eſt pecunia æſtimabilis ex S.Thom.& Caie. præcitatis vna cum aliis inferius allegandis. Sed quid ſi dominus mutuat ruſtico vt impendat ſibi operas in cultura agri, ſoluta ſibi iuſta operarum mercede? vterq; peccat, ruſticus quidem, quia induit dominum fundi ad vſuram. Dominus vero illam committit, recipiendo vltra ſortem commoditatem operarum in prædii ſui culturam exhibitarum, vt voluit idem Thom. prælleg. loc. *art. 2.* & tenet ibi Caiet. & ſequuntur Nauar. in enchirid. *c.17.n.22.. Sotus de iuſt. & iur. lib. 6.q.1.art.5.* licet pleriq; cõtrarium tenuerint, quos illi referunt atq; repellunt. inſuper, cum quis mu-
7 tuat, vt ad † molendinum mutuantis mutuatarius molat, vſura eſt, quemadmodum hic paſſim à dominis molendinorum ab oleo ſeruatur, *Abbas in c. final. de vſuris. col penul. in fin Sylueſt verb. vſura. 1. nu.7.* Communem aſſerit, redditq; rationem, quia mutuans recipit commoditatẽ ſeu vtilitatẽ cõcurſus, & obligationis mutuatarii, cui ex mutuo libertatẽ tollit, q̃ ratio cõmunis eſt ad alios caſus, de quibus ſupra, qui ergo ſic peccauerint, in poſterum abſtineãt, & huiuſmodi turpe lucrũ reſtituãt, nec quẽquã remoretur, ſi ob oculos ſibi tentator opponat eius futurã ex reſtitutione indigentiã, cui intrepide reſpõdeat: Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Contractus simulatus, seu pignoratitius probatur ex duobus tantum, pacto & de retrovendendo, & modicitate pretii, absq; consuetudine fænerandi secūdum communiores sententias.*

2 *Retenta opinione quod omnia requirantur limitatur non procedere, quando pretii modicitas esset excessiua, quia duo tantum sufficiunt.*

3 *Limitatur etiam non procedere quando aliæ coniecturæ concurrunt, quia & tunc duo sufficiunt.*

4 *Pretii modicitas quādo dicatur esse in arbitrio iudicis.*

5 *Testes singulares probant crimen vsurarum.*

6 *Testis deponens sibi mutuatum sub vsuris probat si renuntiet commodo repetitionis vsurarum.*

7 *Probat concurrentibus aliis præsumptionibus absque renunciatione.*

8 *Fama iunctis aliis adminiculis probat quem vsurariū esse.*

9 *Vsurarius punitur pœna arbitraria.*

QVÆSTIO XXXVII.

1 SÆPE in studiis controuertitur an cōtractus † simulatus atque vsurarius esse præsumatur ex pacto de retrouendendo, & modicitate prætii, vel 3. requisitum concurrere debeat, q̄ emptor sit solitus fænerari. Non tū ab ea sententia recedendū est, q̄ habet, quod duo dūtaxat sufficiunt, etsi pleriq; iuris interpretes diuersimode senserint, & quidam opinati fuerint, tria requisita, de quib. supra, interuenire debere, quin etiam affirmauerint cōmunem hanc opinionem esse, nihilominus contrarium est verius atq; communis, q̄ duo tantum arguunt contractū simulatum illumq; reprobum efficiunt, q̄ sententiam multi tenuerunt, & magis communē esse dixerunt, quos allegat Grammat. *decis. 76.* vbi plenissime omnib. relatis in hac opinione vti communiore residet, & ita iudicatū ait ex fide quorundā ibi relatorum à cōcilio Mediolanen. Papiens. Parisiens. & Neapolitano, candēque tamq; magis communē sequit̄, & pleno stylo comprobat Aym. *cons. 156. vol. 1.* & ita iudicatum, inquit, per conciliū Cismōtanum Taurini, Cagnol. *in l. 2. n. 50.* multa refert, & magis communē firmat. *C. de pact. inter empt. & vendit. Viuian, lib. 1. communium opin. in verbo vendens. vers. contractus*, inquit hanc verissimam Canonicā & magis coēm & in practica 2 seruandam. Contraria vero opinione † retenta q̄ tria concurrere debeant, vt contractus simulatus vsurariusq; præsumat̄, videl. pactū de retrouendēdo, modicitas prætii & consuetudo fænerandi, limitatur, vt non procedat, qū modicitas prætii excessiua foret, tunc vtiq; pactū de retrouendendo, & modicitas pretii excessiua contractū reprobant, vt tradit Aym. *d. cons. 156. n. 8. Cagnol d. l. 2 nu. 57. C. de pactis inter empt. & vendit.* Secundo limitatur non 3 procedere, qū † cū pacto de retrouendēdo & modicitate prætii, aliæ concurrunt coniecturæ, tunc proculdubio simulatio concludenter probatur, Aym. *cons. supra citato Cagnol. d. l. 2. n. 59. 5. limit.* Quādo vero † prætii modicitas adesse dicat̄, est in arbi-
4 trio iudicis, & tradit Veronen. *tit. de simulatione cōtractuum, præsumpt. 26. & ponit Pantaleo. 1. Cremen. in repet. l. 2. n. 172. C. de rescind. vendit.* magis communi-
5 ter ita teneri affirmans. Cæterum si † quis tanquā vsurarius per testes, vel per famā impugnat̄, testes singulares deponentes, q̄ fænerator mutuauit tali tempore, probant fœneratoris infamiam in genere, cū ad probandum quid in genere sufficiunt testes singulares, *Bald. vbi plene ad partes in l. 1. n. 14. C. de testamen. & cons. 465. vol. 4. per totum. Curt. tract. de test. conclus. 37. Boer. decis. 33. n. 44. Aym. vbi multos citat, cons. 73. n. 32. vol. 1.* dicens, hanc esse communem opinionem, quodq; sufficiat probare crimen vsurarum in genere, nec opus sit, probare de loco & tempore extortarū vsurarum, tradit idē Bald. *cons.*
6 *447. ad euidentiā n. 7. vol. 1. & cons. 312. n. 3. vol. 2.* At si † testis deponit, q̄ talis fænerator mutuauit sibi testi sub vsuris, nō probat talem vsurariū esse propter commodum repetitionis vsurarū, protestetur, q̄ ex suo testimonio non intēdit commodū habere, *Bal. in l. dictantib. n. 3. C. de test. cum aliis ibi in additione relatis ab And. Barbat. & Celso, Aym. d. cons. 37. nu. 29.*
7 *Laurent. de Rodulf. tract. de vsur. q. 117.* Quin etiam † absq; protestatione id ipsum teneri posset per cōcursum aliarū præsumptionum secundum Aym.
8 *in eod. cons. 73. n. 31. vol. 1.* Si vero fama † quē vsurariū esse suggerit, iunctis aliis adminiculis plene probat̄ vsurarius, quia etiam ad condemnationem in causis criminalib. vbicunq; à communiter accidentibus, probatio solet esse difficilis fama, cum præsumptionibus, ac adminiculis concomitantibus plene probat, *præterea & c. veniens il 1. de testib. & vtrobiq; notatur. Ias. in l. admonendi n. 202. vbi & Ripa. n. 209. ff. de iur. iur. Mars. in leg. de minore. §. plurimum. nu. 63. & 83. & §. idem Corn. n. 2. in fi. ff. de quæst. Grammat. cons. 57. n. 17. & seq. etiam est tex. in c. cum in diocesi iuncta glo. de vsur.* & probant ibi Abb. & plenius Card. vbi hoc specialiter inductum dicit odio vsurarū, & concordant alii in addit. ad Abbat. ibi signati, atq; plene per totum cons. tenet Bald. *dict. cons. 465. visis dictis articulis vol. 4.* vbi notabiliter, ac subtiliter in materia loquutus est ei tasse ipsum, & remittens se ad notata per eū, *in d. l. 1. n. 14. C. de testament.* vbi
9 ad partes scribit, & in hoc residet. Quocirca † inquisitus de vsuraria prauitate pœna arbitraria puniri deberet crimine stellionatus, *arg. l. pen. ff. de extraordin. crimin. & l. 1. ff. de crimin. stellionat. glo. in l. improbum. Cod. ex quibus caus. in infamia irrog.* quam ibi probant Cyn. & Alberic. & melius Iacob. Butrigarius in finalibus verbis: Andr. Barbat. *in addit. ad Bald. in d. l. improbum, & plene comprobat Caccialup. in l. cunctos populos nu. 49. C. de sum. Trinit. & fide Cathol. Didacus Couarruvias in epitome super quartum decretalium 2. parte c. 6. in princ. nu. 19.* quicquid in contrarium dixerint Bald. Salicet. *in dict. leg. improbum.*

SVMMARIA.

1 *Communis vsus loquendi in statutorū interpretatione præualet propriæ verborum significationi.*

2 *Communis vsus loquendi etiam imperitorum in statutis interpretandis attenditur.*

3 *Nisi communis vsus loquendi imperitorum esset nimis ineptus.*

4 *Statutorum duplex eſt intellectus literalis, atque ciuilis.*

Qvæstio XXXVIII.

1 STatutorum † interpretatio variari ſæpe ſolet,
idcirco quæritur: An communis vſus loquendi in interpretandis ſtatutis propriæ verborum ſignificationi præualeat, Dic quod communis vſus attenditur & præualet, *Bart. in leg. omnes populi 6. quaeſt. principali numer. 58. ff. de iuſt. & iur. quem poſt alios ſequitur ibi Iaſ. Crottus numer. 170. & Ioan. Baptiſta Caccialup. numer. 230. Idem Bart. in rubr. ff. de oper. noui nunciatione numer. 6.* quem Alex. Iaſ. & cæteri ibi ſequũtur, & hanc veram & communem opinionem appellat ibi Iaſ. vbi pleniſſime Marian. Soc. Iun. *à numer. 260. vſque ad num. 107. idem tenet. Bart. & Bal. in leg. non dubium. C. de leg. Salic. in leg. 2. num. 1. C. de noxalibus action. Felin. in prohemio decretalium nume. 3. Lanfranc. tract. de interpret. ſtatutorum numer. 9. Bertran. conſ. 26. num. 6. vol. 2. parte 2. Ruin. conſ. 81. nume. 4. vol. 1. Confirmatur ex tex. in leg. librorum §. quod tamẽ Caſſius. ff. de leg. 3.* vbi appellatione librorum cartæ, non continentur, attamen propter communem vſum loquendi compræhenduntur cartæ puræ. 2. appellatione nepotum ſecundum propriam verbi ſignificationem continetur filius filii, attento tamen communi vſu loquendi, compræhenditur etiã filius fratris, *Bald. per illum text. in leg. quod ſi nepotes. ff. de teſtament. tutela. Iaſ in l. ſi auia. C. de ſucceſſorio edicto, Io. Andr. in c. fundamenta, de elect. in 6.* quem refert, & ſequitur Felin. *in proœmio decretalium n. 3.*
2 Et communis vſus loquendi † tam peritorum quam imperitorum attenditur, tam in ſtatutis conditis à peritis, quã etiam ab imperitis, Bal. *in d. l. quod ſi nepotes per illum text. ff. de teſtament. tutel. Alex. Iaſ. & reliqui in rubr. ff. de noui oper. nuntiat. Felin. in proœmio decretalium num 13.* & ita communiter teneri dixit Crotus *in dict. leg. omnes populi num. 171.* quodque etiam imperitorum communis vſus loquendi præualeat propriæ verborum ſignificationi firmat Rom. *conſ. 4. per totum,* dicens quod ideo hoc euenit, quia maxima pars Populi vulgaris eſt, & non perita, idemque confirmat, *conſ. 32.* & contrarium tenentes reprobat, alibi dixit Bal. & refert Caccialup. *d. l. omnes Populi num. 234.* omnis intellectus extraneus eſt, qui non ſonat in aoribus vulgi. Re-
3 cipit † tamen hoc dictum limitationem, niſi cõmunis vſus loquendi imperitorum eſſet nimis ineptus, & inſenſatus ſecundum Iaſ. & Felin. proxime citatos & Aodream Gammarum *tract. de exten-*
4 *ſionibus. num. 74.* Duplexq; † eſt ſtatutorum intellectus, vnus literalis, qui dicitur ſonus verborum, nullo extraneo indigens interprete, alius eſt ciuilis ſecundum quem recurritur ad mentem & rationem legis, qui ſi poteſt colligi ex verbis, debemus ſequi ſtatuti mentem & adhærere intellectui ciuili, ſecus ſi ex verbis non poteſt elidi, quia tunc dicitur caſus omiſſus. at ſi ex verbis etiam improprie ſumptis intellectus poteſt haberi, non dicitur caſus ommiſſus, hæc eſt doctrina Bal. *in d. leg. omnes populi numer. 19. ff. de iuſt. & iur.* per ea quæ ibi allegat & ſequitur ibidem Caccialup. *numer. 233. Ruin.*
5 *conſ. 15. in fin. volum. 3.* atque † præmiſſis accedant, quæ pleniori ſtylo ſcripta reperias infra *49. quaeſt. nume. 7. & ſequentibus.*

Svmmaria.

1 *Intellectus duplex eſt, Practicus, & Speculatiuus.*
2 *Practicus eſt, qui reſpicit literam propriamque verborum ſtatuti ſignificationem.*
3 *Speculatiuus eſt, qui rationem intendens non ſemper haret propria verborum ſignificationi.*

Qvæstio XXXIX.

NEque à præmiſſis diſcrepare videtur quod apud theologos habetur, dum inquiunt, quod duplex eſt in homine intellectus, ſpecula-
1 tiuus & practicus; ſpeculatiuus † eſt qui quod apprehendit ordinat ad veritatis conſiderationem.
2 Practicus † vero, qui quod apprehendit ordinat ad operationem. S. Thomas 1. *parte quaeſt. 79. in reſp. S. Bonauentura, in prologo 1. libr. ſententiarum quaeſt. 3. in reſolutione.* Porro intellectus practicus reſpicit literam propriamque verborum ſtatuti ſignificationem, in qua id duntaxat quod ſtatuentibus placuit, conſiderat, & obſeruari intendit. Specu-
3 latiuus † intellectus rationem intendens non ſemper hæret propriæ verborum ſignificationi, ſed quandoque ab illa recedit, vt veritatem à ſe cognitam aſſequatur, & hoc eſt quod idem S. Bonauent. dixit *in 3. diſt. 24. dubio 3.* quod intelligere debemus ratione, quod credere debemus auctoritati, & ideo cum propriam verborum ſignificationem ſequitur, auctoritati ſtatuentium deferimus, & extra illam nihil admittimus. Cum autem ratio occurrit à ſtatuentibus in aliquo caſu non conſiderata vel non expreſſa, vel ſecundum impropriã ſignificationem ſubintellecta illa ſequenda, etiam tunc potiſſimum cum communis populi intellectus ſic interpretatur, qui quidem communis intellectus præualere debet, vt in quæſtione deciſum eſt.

Svmmaria.

1 *Marito ad inopiam vergente vxor pro dotibus ſuis hypothecaria agens, obtinet immiſſionem in poſſ. bonorum mariti cauſa cuſtodiæ.*
2 *Sed ſi perſonali experiatur actione conſequitur dominium & poſſ.*
3 *Prodigus contrahendo poſſeſſionem ciuilem vel naturalem non transfert.*
4 *Prodigi contractus iur. non firmatur.*
5 *Ex conſtituto prodigi poſſeſſio non transfertur.*
6 *Conſtitutum tutoris, curatoris, Prælati. & ſimilium poſſeſſionem non transfert.*
7 *Capitulum reintegrãda 3. q. 1. non prouidet malæ fidei poſſeſſori.*
8 *Tutor hereditatem pupillo delatam quamuis damnoſam repudiare niſi cauſa cognita non poteſt.*
9 *Tutor contrahendo cum pupillo non poteſt authorare contractum.*
10 *Niſi palam & bona fide contrahat.*
11 *Spoliatus ante omnia non inſtituitur vbi notorie conſtet de defectu dominii illius.*
12 *Exceptiones petitorium concernentes vbi in poſſeſſorio*

non

non admittuntur, si fuerint opposita, datique articuli appellari necesse est, aliter tenet in petitorio processus.
13 *Liber extimi non probat possessionem quando probatur alium eo tempore possidere.*
14 *Liber extimi probat possessionem, donec contrarium probetur.*
15 *Liber extimi probat ad fauorem eorum qui descripti sunt, & praeiudicium illorum, qui descriptioni consenserint.*
16 *Limitatur procedere, quando expressus interuenit cōsensus.*
17 *Sciens & patiens sua bona ad extimum alterius describi sibi in dominio an praeiudicet, remissiue.*

QVÆSTIO XXXX.

1 POTVISSET mulier † hæc ob vergentiam viri
ad inopiam hypochecaria actione agens obtinere à marito dotes suas sibi assignari, & consequuta fuisset immissionem in possessionē bonorū mariti iure pignoris, & causa custodiæ, ita vt administrationē tantū habeat, eamq; solam, q̄ maritus antea habebat, *Bart. in l. si constante num 92. ff. sol. matri. Afflict. decis. 9. Soc. cons. 60. n. 2. vol. 1.* Neq; dicitur proprie restitutio, sed est sequestratio, & depositio in manibus mulieris pro eius assecuratione, ad effectum, vt onerib. matrimonii fructus deseruiāt, de quibus disponere in alium vsum quā in onera matrimonii nō potest, minusq; bona sibi cōsignata distrahere. *d. l. si constante in princ. ff. solut. matr. in gl. penult. ibi, non est hic casus reddenda dotis omnino, & est tex. in l. vbi adhuc. C. de iure dotium* & ita per illam glo. tenet ibi Bal. dicens q̄ non desinit esse dos nomine & effectu, sed est quædā translatio simplex de viro in vxorē, & probant ibidē Paul. de Cast. Imol. Roman. & Ias. Baldusq; Nouellus *tract. de dote parte 7. priuilegio 47. Anchar. cons. 119. Alex. cons. 142. n. 13 vol. 1. & est communis opinio secundum Imol. in d. l. si constan-*
2 *te, & Bald. Nouellum proxime citatum.* At si † mulier
aduersus maritum personali actione agēs obtinet dationē in solutum, consequit̄ dominium & possessionē rerum sibi pro dote consignatarū, *glo. in d. l. vbi adhuc. C. de iure dotium in verbo, eas res. Bart. & reliqui in d. l. si constante, Campegius, tract. de dote parte 3. q. 55. Soc. d. cons. 60. vol. 1.* referēs q̄ est communis do-
3 ctorū conclusio. Potest etiā † aduersus tertios bo-
norum mariti possessores exprimi, maxime si marito vti prodigo fuit bonis interdictum qui non potuit bona sua distrahendo, possessionē ciuilem, vel naturalē transferre, etsi de facto tradidit; possessionem ciuilē vel naturalem nō transtulit, *l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. l. possessionem. ff. de acquir. possess. iuncta glo. & ita per illū tex. in d. l. is cui bonis.* firmant ibi Paul. de Cast. Aret. Ias. Ripa, & Hier. Butrigell. Idem Aret. *in l. 1. §. si vir vxori. ff. de acquir poss.* & ita omnes transeunt, inquit Ripa, *in eadem l. is cui bonis* & est ratio, q̄ prodigus nō est simpliciter prohibitus cōtrahere, sed etiā bona sua administrare. Ideo
4 possessionē † tradere nequit, prodigiq; cōtractus,
nec iur. firmatur, Ias. & Ripa *in d. l. is cui bonis*, vbi
5 magis cōmunis. Atq; etiā ex constituto † prodigi
possessio transferī, quia vbi principalis contractus est nullus, per actū fictum non transit possessio, vt voluit Argentinus filius Rainerii de Forliuio, *in d. §. si vir vxori.* & cōprobant ibi Aret. Soc. Alex. &
6 Ias. Sicut constitutū † tutoris, curatoris, Prælati, vel
procuratoris generalis nō prodest, nō enim administratores rerū alienarum aliter q̄ per veram traditionem possessionē transferre possunt, Bart. *in l. 1. in princ. ff. de acquir. poss.* & late cōprobat ibi Alex. plurimum dictū hoc commendans, q̄ verissimū esse dicit ibi Ias. & Ripa quoq; sequit̄, & consulendo idipsum voluit Alex. *cons. 51. vol. 3.* At si aduersus
7 filiū † agere volet nodum in scirpo quærēs mulier
ista, quoniam remedium *c. reintegranda. 3. q. 1.* malæ fidei possessori nō competit, Ripa. *in l. rem quæ nobis n. 27. ff. de acquir. poss. post Soc. ibidem & cons. 39. n. 5. vol. 1.* vbi cōmunis, & alii quos adducit Iacob. Menoch.
8 *de recuperan. poss. remed. 15 n. 62.* Quodq; mater † ma-
læ fidei fuit, apparet ex eo q̄ sui filii tutrix existēs, nō potuit hæreditatem paternā filio delatam repudiate, nisi causa cognita, & cum decreto iudicis consensuq; coniunctorū pupilli, tametsi hæreditas damnosa foret, *l. tutor. ff. de bonor. poss. vbi Bart. not. per illū tex. & plenius Bald. l. bonor. 3. q. C. qui admitti, & post eū Ias. ibidem. idem Bald. in l. pupillorū. C. de repudian. hæredit. vbi Alex. & Ias.* nam qui omissis iuris solennitatibus, quicq̄ facit, præsumit̄ esse in mala fide, *c. qui contra de reg. iur. in 6. vbi Dyn. & alii in addit. ibi signati*, præsertim cū hereditatem repudiauerit, & in bonis hæreditariis suas sibi dotes assignari cura-
9 uit. Neq; enim tutor † cōtrahendo cū pupillo pōt
ad sui ipsius cōmodum auctoritatem præstare cōtractui, *Anchar. cons. 436. Rom. sing. 103. Curt. Iun. cons. 29.* nisi cum palā, & bona fide cū pupillo cōtrahat *Soc. cons. 160 n. 15. vol. 2. & cons. 80. n. 17. vol. 4.* Contra-
10 ctusq; palam † & bona fide fieri dicit̄, quando cum
potentia iudicis, & interuentu consanguineorum pupilli celebrat̄, *glo. in l. pola. C. de his quib. vt indignis, Ias. in l. frater à fratre. ff. de condit. indebiti, Curt. Iun. dict. cons. 24.*
11 Rursus præsupponit † constare de defectu
dominii, huius mulieris agere volentis aduersus filiū suum, tunc vtiq; spoliatus nō restituit̄, neq; eo casu verū est q̄ prædo ante omnia reintegratur, qn̄ notorie constat eū esse prædonem, *Abb. in c. in literis de rest. spoliat.* vbi plenissime post alios August. Bero. *n. 68. & sequentib. Aym. cons. 248. n. 6. & cons. 302. n. 6. Menoch. remedio 1. nu. 113. qui communiter hoc teneri*
12 *testatur.* Nam etsi in † possessorio recuperandæ nō
admittan̄ exceptiones petitorium dominiumq; concernentes, si tn̄ fuerint oppositæ, & super eis dati articuli, tenet processus etiam super petitorio, & si fuerit exceptionibus replicatum, per processum ad vlteriora replicatio videtur reiecta, & exceptiones vel articuli petitorium conuenientes admitti, ideo actrix necesse haberet appellare, & non appellando acquieuisse petitorio censeretur, *Bart. in l. si duo. §. Iulianus ff. de iur. Aret. in leg. naturaliter. §. nihil commune, sub numer. 9. ff. de acquirend. possession. Ripa ibi numer. 72. Fabius Acoramb. numer. 57. Bolognin. numero 84. Ang Bero. in cap. primo numer. 20. de restit. spoliat. Iac. Menoch. de recuper. poss. primo remedio numer. 161. & sequent.* atque vbi receptæ sunt

 in pe-

in petitorio probationes, iudex debet super peti-
13 torio indicare, *Aym.d.cons.302.n.5.& 6.* Nec obstat †
quod in libro extimi non filius possidens sed ma-
ter agens volens sit descripta, quoniam liber exti-
mi non probat possessionem etiam eius qui soluit
tributa & vectigalia, quando alius eo tempore te-
peritur possidere, aliter vero pro extimo commu-
nis præsumitur, *l.si pater. C.de action.empt. vbi per il-
lum textum ita tenent Bart. Bald. Ang. Salic. & melius
Paul.de Cast.Soc.cons.46.nu.2.vol.3.Caccialup. in l.ad-
monendi n.82.ff.de iur.iur.*

14 Et vtique † liber extimi facit præsumptionem,
donec tamen contrarium prober, *leg.solennibus vbi
casus iuncta glo.C.de rei vendicat.* & notant ibi Bart. &
plenius Bald.Salic.& Paul.de Cast.

15 Nec † in contrarium facit, quod liber extimi
probat ad fauorem eorũ qui ibi descripti sunt, &
præiudicium illorum qui descriptioni consense-
runt prællegatæ, *per Ias.in l. decem n.33. & 36. ff.de
verb.obligat Alex.cons.10.nu.8.vol.4.cons 77.nu.11.vol.6.*
16 *Afflict.decis.364.n.7.* Hoc namq; † procedit, vbi quia
expresse consensit descriptioni in extimo factæ ad
fauorem alterius, vt est de mente Bart. *in l.iura.C.de
omni agro deserto lib.11.* Secus vbi scientia & patientia
tantum interuenit, quæ consensum non inducit
secundum Alberic.in terminis iuris ad hoc notã-
tem tex. *in d. l. solennibus*, vbi ait quod ille tex. est
contra opinionem rusticorum, eo ꝙ scientia &
patientia non inducit consensum, & facit *l.qua do-
tis, cum ibi notatis per Ias & alios.ff.sol.matrim. & l.qui
tacet, vbi Dec & Cagnol.ff.de reg.iur.in 6.* Quocirca &
filius sciuisset, & passus fuisset, matrem filii bona
in libro extimi, sub nomine proprio ipsius matris,
descripta tenere, pro suis & tamque sua, collectas
etiam pro eis soluendo, hoc non probat traditio-
nem possessionis à filio factam, nec præiudicat
possessioni filii.

17 Atque de † scientia & patientia eius qui scit, &
patitur alium sua bona tenere ad suum extimum,
an acquirat ius in domiuio illi cui descripta sunt,
vide Rom.*cons.291.n.7.Soc.cons.205.n.1.vol. 2. & pul-
chre Bald.cons.1. per totum vol.1.* quod non discutio,
quia mater & filius super hoc non altercãtur, qua-
re mulieri consulo, vt caueat ne Diabolus illam
decipiat in indignatione, quam de filio concepit,
sed potius sua iura dirigat aduersus tertios posses-
sores bonorum mariti.

SVMMARIA.

1 *Mater quomodo cum matre in generatione concurrat.*
2 *Prodigalitas peccatum est, & quare.*

QVÆSTIO XXXXI.

QVONIAM præter rerum ordinem est quod
mulier sæuiat in filium, cũ matrum amorem
maximum esse compertũ sit, scriptũ est enim apud
Isaiam: Nunquid obliuisci potest mulier infantẽ
suum, vt non misereatur filio vteri sui. Præterea ait
Philosophus matres magis sunt amantes filiorum
q̃ patres, laboriosior enim est conceptus & partus
matrum, & magis sciunt, qui ipsarum sint filii, re-
fert & sequitur S. Thomas *2.secunda quæst.26.art.10.*
filiusque dicitur portio viscerum matris. *L.1.§ 1.ff.*
1 *de vent.inspicien.* Hinc quidã † Philosophorum di-
xerunt, ꝙ mater in conceptione præbet materiam
quæ est sanguis menstruus, pater aũt dat formam
S. Thomas *3.parte q.32.art.4.* sed receptior est opi-
nio dicentium, ꝙ mater causa est actiua partialis
cum patre, qui cum matre integrãt vnam causam
totalem, ponentes quatuor requiri ad officiũ ma-
ternum, primũ est ministrare materiam 2. actiue
concurrere ad productionẽ prolis quantum ad vl-
timam dispositionẽ ad animã introducendam ad
formã vltimam eductã de potentia maternæ. Ter-
tiũ prolem in vtero conseruare, 4. ipsam vsque ad
tempus partus augumẽtare, hæc habent apud Ga-
brielẽ Biel super 3. sententiarum, *dist.4.q.vnica circa
principium.* vbi plene post alios ibi citatos, & tenet
quoq; Scotus ibidẽ pleno stylo dicens, ꝙ mater
est causa actiua cum patre, respectu formationis
corporis prolis, tamẽ minus principalis & secun-
daria & cũ patre integrans vnã causam totalem, &
in finalibus verbis subiungit ꝙ corpus prolis ma-
gis formatur de materia ministrata à matre quam
de materia ministrata à patre. Allegans Galenum
& Auicennã, quibus tanq̃ expertis standum esse
dixit. Peccat igitur mater illa contra caritatem a-
gens & contra instinctum naturalem peccauit, &
pater istius prodigaliter viuens & filium paterna
substantia priuatum relinquens. Prodigalitas nã-
2 que semper est peccatum † opponitur enim aua-
ritiæ, quia medium virtutis per vtrunqʒ extremo-
rum corrumpitur, & ideo dicitur peccatum, quia
bonũ virtutis corrumpit. S. Tho. *2.secũda q.117. art.
2.* dicens, in præcedenti art. ꝙ prodigalitas est ex-
cedere in dando, & deficere in retinendo, & in ac-
quirendo & prouenit frequenter ex gula & luxu-
ria & aliquando ex iactantia, & plene prosequitur
B. Antoninus *parte 2.tit.6.c.8.* Vbi etiam narrat ꝙ
quidã miles nobilis & diues consumpta substantia
incepit egere, & desperatione præuentus Diabolũ
inuocauit, cui apparens ab eo petiit Diabolus ab-
negationem fidei, & vt eius vxorẽ ad se adduceret,
post hęc ostendit illi locũ in quo thesaurum inue-
nit, iis peractis vxorẽ nesciam huius rei adducebat
ad locum sibi à Diabolo demonstratũ, quæ in via
inueniens ecclesiã rogauit maritũ vt permitteret
intrare & aliquãtulum orare, dum ibi oraret dor-
mitauit. Virgo autem Maria sumpta forma eius
mulieris sibi deuotæ egrediens ecclesiam vna cum
marito mulieris, quæ dormiens in ecclesia reman-
serat inscio marito ascenderunt equos, simul per-
gentès, cum peruenissent ad locum Diabolus cœ-
pit fremere, & contra militem clamare, hæc est il-
la quæ destruit opera mea, Mater Iesu, iis auditis
miles exterritus proiecit se ad pedes Beatæ Marię,
quæ Diabolo dixit vade Sathanas, meis deuotis
ne noceas, qui cum magno vllulatu disparuit,
postea virgo militem reprehendens admonuit vt
pœnitentiam ageret, & quod rediens vxorem
suam in Ecclesia orantem inueniret, & ita factum
est. Qui ambo domum reuersi de cetero fideliter
Deo seruierunt. Hæc scribo vt horum exemplo
ceteri instruantur ne in perditionem animæ suæ
bonis consumptis labantur.

SVM-

SVMMARIA.

1 *In substitutione fideicommissaria de proximioribus facta nepos non succedit vna cum patruo.*

2 *Imo secundum alios filius subintrat locum patris & succedit cum patruo.*

3 *Limitatur non procedere quando substituti sunt superstites.*

4 *Limitatur secundo quando substitutio facta est de filiis & descendentibus.*

5 *Limitatur quinto quando substitutio facta est de certis gradibus personarum.*

6 *Limitatur quarto quando agitur de fideicommisso ascendentis.*

QVÆSTIO XXXXII.

1 QVÆRITVR an † in substitutione fideicōmissaria de proximioribus facta filius subintret in locum patris præmortui & succedat vna cum patruo, veritas pendet à veritate, *glos. in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2.* vbi Bald. partem negatiuam sequitur, quod in successione hominis filius non subintrat locum patris, quia consideratur affectio testatoris, quam maiorem habuisse præsumitur ad eos qui sunt proximiores in gradu, quam ad eos qui sunt remotiores, licet secus in successione legis esse dicat, & hanc opinionem late defendit Decius *cons. 1.* vbi magis communem eam esse affirmat, *& in leg. si auia. C. de successorio edicto*, vbi ita inductum fuisse in curia Romana refert, eandem sequitur opinionem Nico. Bellon. *consil. 50.* vbi dixit vix discerni posse quæ sit communis opinio, postea subdit, quod hæc est magis communis, pro qua etiam considerat multas coniecturas, quæ in incontingentia facti considerari possunt, & hanc quoque partem negatiuam sequitur Paris. *consil. 30. colum. fin. volum. 2. & plenius cons. 37. num. 69. cum sequentibus eo vol. vbi sub num. 74.*
2 ait quod est communis conclusio. Alia est † opinio affirmatiua, quod filius subintret in locum patris, eo quod testator substituendo proximiores eos vocasse videtur eo ordine quo ab intestato succeditur, ita videtur voluisse glossa penult. relata ad textum, *in dict. leg. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2.* vbi tex. disponit quod in relicto facto familiæ vocantur proximiores, glos. ibi dicit, quandoque qui sunt in gradu impari æqualiter admittuntur vt filii fratrum, cum fratribus, *Auct. cessante. Cod. de legit. hered.* quam glos. approbat ibi Imol. & hanc partem affirmatiuam tenet Alex. *cons. 26. nu. 15. vol. 3.* vbi dicit quod cum ea transeunt magis cōmuniter Doctores excepto Baldo, vbi etiam additio ad eundem Alex. eandem probat opinionē, & refert Bald. pro ista parte consuluisse, & alios etiam plerosque eandem partem tenentes adducit, & communiter approbatam affirmat, vbi agitur de relicto facto familiæ vel agnationi in genere, cum ad certum gradum testator respexisse non videatur, sed tamen ad familiam quæ per patruū & nepotes pariformiter conseruatur, & hanc partem plene confirmat Ias. *cons. 215. volum. 2.* vbi per quatuor columnas hanc sententiam tuetur & dicit eam veriorem & indicando & consulendo tenendam; & decisio Baldi, *in dict. §. in fideicommisso*, non est sine dubio, inquit Aym. *consil. 67. numer. 5.* vbi multos refert contra Baldum consulentes, *Gozad. cons. 4. num. 31. in fin. inquit Dec. Baldum sequentem*
3 *in dict. cons. 1. consuluisse contra communem.* Et hac † affirmatiua parte retenta limitatur non procedere quando substituti sunt superstites, cum eo casu fratres solummodo vocati dicantur exclusis nepotibus fratrum postea defunctorū, plene Paris. *d. cons. 37. num. 47. & sequentibus* eandem opininnem amplectitur Ruin. *cons. 181. nu. 2. & 5. vol. 2.* Secundo
4 † limitatur non procedere, quoniam substitutio facta foret de filiis, quasi quod filii nominatim vocati sint & excludant nepotes. *Ruin. cons. 163. nu. 9. vsque in finem consily vol. 3. & cons 181. vol. 2. & additio*
5 *ad Alex. superius relata.* Tertio † limitatur non procedere vbi agitur de relicto facto fratribus vel filiis aut certis gradibus personarum, quia tunc filius non subintrat in locum Patris, & quod ad certas personas certosque gradus testatorem respexisse videtur, ideo prior in gradu posteriorem excludit, & filius cum patruo non succedit, vt habetur in addit. ad Alex. *cons. 26.* idemque repetitur *in addit. ad eandem cons. 204. sub n. 6. vol. 2.* vbi multis relatis, qui partem negatiuam tenent declaratur intelligi debere secundum distinctionem supra relatam.

6 Quarto † limitatur procedere, quando tractatur de fideicommisso ab ascendente relicto vel à patruo, tunc nepos intrat in locum patris, secus si tractetur de successione alterius. Idem Ruin. *dict. cons. 163.* vbi multos ita tenentes commemorat, idemque voluit Aymon, *cons. 67. num. 5. Gozad. cons. 4. num. 31. in fi. & est de mente Decii cons. 1. col. 2. & Parisii in consilio super relatu.* Et in materia præmissorū videnda sunt quæ plene habentur apud Ant. Gabriellum, *lib. 4. conclusionum tit. de fideicommiss. conclusione 3. Grammat. decis. 63. num. 5. Benintend. de Cesena decis. 88.*

SVMMARIA.

1 *Compendiosa substitutio filio impuberi facta matrem excludit secundum magis communem.*

2 *Contrarium multi tenuerunt præsertim antiquiores quod matrem non excludat secundum aliam magis communem.*

3 *Vbi de æquitate vel de iure & de facto iudicandum est bonum esset litem componere.*

4 *Clausula codicillari in testamento apposita substitutus directo succedere potest & matrem excludere.*

QVÆSTIO XXXXIII.

1 DE compendiosa † filio impuberi facta respondeo, quod compendiosa substitutio per verbum commune, filio impuberi sine temporum distributione facta, pupillarem continet verbis generalibus expressam, & matrem in medio existentem excludit, cum fauor pupilli ne intestatus decedat fauore matris sit potentior, ita vt intra tempora pubertatis iure directo valeat, post vero iure fideicommissi, Alex. *in l. Centurio. ff. de vulg. & pupill. & in l. precibus. C. de impube. & aliis*

ſubſtit.& conſ.12.num.2.volum.3 & alibi ſæpe Iaſ. dict.l.
Centurio.n 45.& in dict. leg.precibus num. 15.& ibi ple-
ne Ripa num.119. & ſatis copioſe Caccialup.ibidem,
num.97.& Curt.quoque Iun. tam legendo quam
conſulendo eandem firmat opinionem, *in d. l.pre-*
cibus n.62.& conſ.86.n.7.Bero.in cap.Rainutius in fine de
teſtamento. Delectus de arte teſtandi tit. de ſubſtit. caut.
3.Corn.conſ.28.vol.4.& conſ.187.vol.1. Bertrand. conſ.16.
n.7.vol.1.& conſ.145.n.2.vol.2 Marian.Soc. Iunior. conſ.
94.num.28.volum.1.& conſ.134. num.37. volum.eo. &
quotquot ſupra citati fuere affirmant magis com-
munem opinionem eſſe & præſertim Bertrand.
& Socinus Nepos dicunt ſaltem hodiernis tem-
2 poribus communem hanc partem eſſe. Apud †
vero antiquiores contraria communior fuit,mul-
tiq; & præſertim Bart. vbiq; ſecati ſunt opinionẽ
antiquiorum, qui pro matre tenuerunt, ꝙ omni
tempore ſit fideicommiſſaria, ita vt legitimam &
Trebellianicã mater retinere poſſit,& inter cæte-
ros cõſuluit Aret.*conſ.154 Io.de Anan.conſ.60. Fulgoſ.*
*conſ.33.*qui omnes atteſtati ſunt hãc cõmuniorem
opinionem eſſe,& Lancellot.Galliaula *in d.l.Cen-*
*turio.n.81.in fi.*dixit ꝙ hæc eſt magis cõmunis opi-
nio, Afflict. *deciſ.367.n.3.* dicit tandẽ poſt longam
deliberationẽ fuit votatũ per omnes Dños de cõ-
cilio, ꝙ ſit omni tempore fideicommiſſaria ma-
tris fauore, quia iſta verior& cõmunior eſt opinio.
Quare vere exordiẽ Aret.*in ſup.alleg.conſ.* ex mente
diui Hieronymi ſuper Danielẽ periculoſum eſſe
de ſententiis Patrũ variantib.iudicare,& dixit De-
cius,*conſ.228.n 4.in fi.& d.l.precibus.n.19.* ꝙ non fa-
cile diſcerni poteſt, q̃ ſit magis communis opinio,
& Caccialup.*d.l.precib.n.79.*inquit hanc concluſio-
nem Deciſione Cæſaris indigere,& ideo Bart. de-
creuiſſe procurare hoc dubium vna cũ aliis ab im-
peratore decidi, niſi fuiſſet morte præuentus. Id-
circo Ioãnes † Petruccius dixit, vt referunt Caccia-
3 lup. & Soc.ſimul conſulentes; inter eius conſilia,
conſ.150.n.42.vol.1.& Dec.&idem Caccialup.*d.l.pre-*
*cib.*non iniuſtũ eſſe propter diuerſitatẽ opinionũ
litẽ inter matrem & ſubſtitutũ componere & phi-
loſophico tẽperamento vti matri legitimam aſſi-
gnando, trebellianicã vero & cætera bona ſubſti-
tuto,& ita fieri debere conſulunt, vbi iudicandum
eſſet de æquitate vel ex arbitrio à partib. dato, vel
ex forma ſtatuti de iure & de facto, & quamuis in
arbitrio magis q̃ in ratione ſit compoſitio funda-
ta, non tamẽ in rebus multum dubiis ſpernenda,
idemq; confirmãt ea quæ dixi ſupra *q.10.n.28.& 29.*
4 Verum ſi † in teſtamento appoſita eſt clauſula
vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum, e-
rit in facultate ſubſtituti, vtrũ velit directo ſucce-
dere pupillo,& matrẽ excludere, an per fideicom-
miſſum, *vt eſt tex.in l.recuſare.§. Titius, & ibi Bart.&*
Alex.ff.ad Trebell.& in l.centurio.ff.de vulg.& pupill. &
plenius Aret.& pleniſſime omniũ ibidem Galliaula. n.485.
Delect.de arte teſtan tit. de ſubſtitutionis cautela 6.nu.4.
Lancellot.Politus tract.de ſubſtit.tit.de ſubſtitutione com-
pendioſa n.44.Soc.conſ.25.n.12.vol.1.Ruin.conſ.91.nu 4.
vol.2.Pariſ.conſ.36 n.4.vol.2.& hæc eſt communis o-
pinio & referunt Politus, Ruin.& Pariſ. eandem
communẽ eſſe affirmant Io.Coraſius *in leg.precibus*
*n.66.de impub.*licet ipſe contrarium teneat & malẽ
per prædicta. Si ergo antiquior ſententia præualet
mater habet intentũ, ſin aũt eam ſententiam ſequi
volumus, quæ matri aduerſatur, propter c. *ſi pater*
*de teſt.in 6.*matrẽ excludens, ſaltẽ in foro conſcien-
tiæ matri conſultũ eſſe poteſt, t.*per text.in l.nam et ſi*
parentibus. ff. de inofficioſo teſtam. ibi non minus pie
parentibus, q̃ filiis relinqui debet, ex quo infert,
ꝙ pietas quæ pro matre eſt rigori dicti c.ſi pater
præfertur, *l.quod ſi Epheſi.ff.de eo quod certo loco. Abbas*
in c.quia propter. de elect. quibus concordant, quæ
dixi ſupra *quæſt.6.*vbi habetur ꝙ parẽtes ſunt prin-
cipium generationis & eſſe, ideo ponitur ſub præ-
cepto decalogi ſubuentio parentum. Ad idem eſt
quod dicetur Eccleſiaſtici 7. Gemitum matris tuæ
ne obliuiſcaris, memento quoniam niſi per illam
natus non fuiſſes, & retribue illi, quomodo & illa
tibi, ſuadent hæc ſententiam illam amplectendam
eſſe in foro conſcientiæ, q̃ matri fauet, quoniam
tametſi verũ ſit ꝙ lex quamuis dura ſeruanda eſt, *l.*
proſpexit.ff.qui & à quibus; Secundum eſt in foro cõ-
ſcientię, qui eſt forus boni & ęqui. Canophilus in-
ferius allegandus *priuilegio 12.poſt Baldum in l. vnica.*
C.de confeſſis; Diſpoſitio vero *c. ſi pater.* proculdu-
bio dura eſt, ergo non ſeruãda in foro conſciẽtiæ,
ꝙ dura ſit de ſe, patet,atq; confirmat Decius, *in leg.*
precibus n.10 C.de impuberum. Etenim ſi filio teſtanti
non liceret priuare matrẽ legitima, quare durum
profecto videt̃, quod patri pro filio impubere te-
ſtanti liceat, ꝙ ipſi filio non liceret. Secundo ſen-
tentia hæc à ſimili comprobatur *ex c. finali. 17. q. 4.*
ibi in poteſtate habebat non reddere, ſed iure fori
nõ iure poli,& alias ſapientiſſimi legimus ius fori,
& poli differre, ſicuti etiam probatur ex Gloſ. fi-
nali *in c.filius noſter. de teſtamen. & probat Riccard. in*
4.diſtin.45.art.4.quæſt.1. & idẽ Medina confirmat
Thom. *2.q.3.primæ quæſtionis principalis.* quicquid
ergo ſit de iure fori ad minus de iure poli ob con-
curſum æquitatis naturalis mater præferenda ve-
niet ſubſtituto quoad legitimam, de qua quæritur
tertio, vbi ius canonicum concurſum non habet
cum iure naturali, canon ſeruatur in foro fori, &
ius naturale in foro poli, Benedictus Canophilus
tract.fori & poli priuilegio 2.& 13.Abbas in c. quia pleri-
*que numer.9.& 18.de immunit.eccleſiaſt.*plane c. ſi pa-
ter excludens matrem à legitima filii impuberis
defuncti ab æquitate naturali deuiat, *dict.leg. nam*
& ſi parentibus & ſumpto argumento à ſimili con-
firmat gloſ.*in dict.c.finali 17.quæſt.4.*ergo vtrunque
ius in ſuo foro admittendum erit, nempe ius poli
in foro Dei,& ius fori in tribunali humano.

Quarto tametſi ius canonicum poſitiuum ſer-
uandum ſit in foro conſcientiæ, fallit tamen in
certis caſibus, quos Doctores enumerant in di-
uerſis locis, & ſummiſtæ cumulant, vt Angelus,
Syluester & alii in verbo lex, & inter alios hic ca-
ſus ponitur, quoniam lex ipſa differentiam facit
inter forum contentioſum & forum conſcientiæ,
& ex aliis credo iuſtiorem æquioremq; ſen-
tentiam eſſe per matrem quoad legiti-
mam, ſaltem in foro con-
ſcientiæ.

S V M.

SVMMARIA.

1 *Matri consultum est saltem in foro conscientia non obstante dicto capitulo si pater.*
2 *Ius fori & poli quandoque differunt.*
3 *Mater substituto præfertur quoad legittimam.*
4 *Ius canonicum positiuum & si seruandum sit in foro conscientia.*
5 *Fallit tamen in pluribus casibus.*

QVÆSTIO XLIIII.

SI ergo antiquorum sententia prævalet, mater habet intcutum, sin autem eam sententiam seq volumus, quæ matri aduersatur, *propter c. si pater de test. in 6.* matrem excludens, saltem in foro cõsciẽtiæ matri consultum esse potest. Primo per tex. *in l. nam et si parentib. ff. de inoff. test.* ibi non minus pie parentib. q̃ filiis relinq debet, ex quo infertur ꝙ pietas, quæ pro matre est rigori *dict. c. si pater præfertur l quod si ephesi ff de eo, quod certo loco. Abb. in capit. quia propter de elect.* quib. concordant, q̃ dixi supra *recol. 6.* vbi habetur ꝙ parentes sunt principium generationis, & esse, ideo ponitur sub pcepto decalogi subuentio parentum. Ad idem est, ꝙ dicitur ecclesiastici 7. gemitum matris tuæ ne obliuiscaris, memẽto quoniã nisi per illã natus nõ fuisses, & retribue illi quomodo, & illa tibi, suadent hæc sententiã illam amplectendã esse in foro conscientiæ, q̃ matri fauet, quoniã tametsi verũ sit, ꝙ lex quamuis dura seruanda est. *l. prospexit. ff. qui, & à quib.* secus est in foro conscientiæ, quia est forus boni, & æqui, Canophilus inferios allegandus *priuilegio 12. post Bald. in l. vnic. C. de confessis*, dispositio vero *c. si pater*, procul dubio dura est, ergo nõ seruanda in foro conscientiæ, quod dura sit de se patet, atque cõfirmat Dec. *in l. preti. n. 10. C. de impuberum.* Etenim si filio testanti non liceret priuare matrem legitima, durum profecto videtur quod patri pro filio impubere testanti liceat quod ipsi filio non liceret. Secundo sententia hæc à simili comprobatur *& c. fin. 17. q. 4.* ibi in potestate habebat non reddere, sed iure fori, non iure poli & alias sæpissime legimus ius fori, & poli differre, sicuti etiam probatur ex gloss. finali, *in c. filius noster de testam. & probat Ricard. in 4. dist. 45. art. 4. quæst. 1.* & idem Medina confirmat. *Thom. 2. quæst. 3. 1. quæstionis principalis.* quicquid ergo sit de iure fori ad minus de iure poli ob concursum æquitatis naturalis, mater præferenda veniet substituto quo ad legitimam, de qua quæritur tertio vbi ius canonicum concursum non habet cum iure natutali canon seruatur in foro fori, & ius naturale in foro poli. Benedictus canophilus tract. fori, & poli *privilegio 2. & 13. Abb. in c. quia plerique n. 7. & 18. de immun. eccles.* plane *c. si pater* excludens matrẽ à legitima filii impuberis defuncti ab æquitate naturali deuiat *d. l. nam et si parentib.* & sumpto argumento a simili confirmat gloss, *in d. c. fin. 17. quæst. 4.* Ergo vtrunque ius in suo foro admittendum erit, nempe ius poli in foro Dei, & ius fori in tribunali humano. Quarto tametsi ius canonicum positiuum seruandum sit, in foro conscientiæ, fallit tamen in certis casib. quos doctores enumerant in diuersis locis, & summistę cumulãt, vt Angelus, Syluester, & alii in verbo lex, & inter alios, hic casus ponitur quando lex ipsa differentiã facit inter forum contentiosum, & forum conscientiæ, & ex iis credo iustiorem æquioremque sententiam esse pro matre, quo ad legitimam saltem in foro conscientiæ, vti facit *d. c. finale 17. quæst. 4.* tunc non seruatur ius positiuum in foro consciẽtiali, ad quod facit *c. tua de sponsalib.* vbi pro matrimonio vnum deciditur in foro iuditiali, aliud in pænitentiali, sane *c. si pater* iure positino nititur, vt probatur *ex S. Thoma 2. 2, quæst. 95. art. 2. in responsione ad finem*, vbi inquit lex humana si habet aliquid vigoris ex lege naturali, valet, non tamquam sit solum lex positiua, sed etiam, quia à lege naturali derinatur, At si à lege naturali non deriuatur ex sola lege humana vigorem habet, vtique vero *c. si pater* ortum non habet à lege naturali, vt præmissum est, & infra dicetur quo circa ex sola humana opinione auctoritatẽ habet, nimirum ergo si in foro conscientiali teneri non debet. Quinto vbi lex ex rigore quodam fouet lucrum proximo odiosum, tunc in foro conscientiæ illa non seruatur, quia naturali æquitate munita non est, per ea, quæ adducunt Syluester in summa *verbo lex n. 9. c. 10. Tabien. eodem verbo n 28. in fine.* Porro *c. si pater* priuans matrem legitima, & lucrum matri odiosum æquitate naturali reluctante inducit, proinde *c. si pater* in foro poli nõ disponit, & illuc vim suam extendit. Sexto, opinio, quæ pro matre est ẽt in foro fori sulcitur auctoritate eminentiss. viri Archidiaconi *in d. c. si pater n. 4. in fine* cuius fides in lectura sexti ita fulget, quod Rota *decis. 348. in antiquis* dixit cæteris eius opinionẽ prævalere, sequitur Fel. *in c. 1. de constit. nu. 53. vers. quarto limita*, sed sic est quod autboritas Rotæ communi prævalet opinioni, vt firmat Barbatia *in c. olim de litis contest.* & additio ad Decium *in l. iure sanguinis. ff. de reg. iur.* igitur Archidiaconi authoritas à patribus Rotæ Romanæ probata communi præualere debet opinioni. Non desunt insuper plærique alii iuris ciuilis interpretes, qui huic adhærent sententiæ, *vt in d. l. precibus. Bald. Corn. & Dec. atque in authent. nouiss. c. de inoffic. testam. Fabianus de Monte post Angelum, & Barbat. ubi citatos, & plenius Ludouicus Gomesius in repetit. c. vt animarum de constit. in 6.* vbi pro matre communem testatus est opinionem esse, & alii quoque eandem tenent quos supra retuli *n. 8.* Non obstant quæ in contrarium adducuntur & primo non aduersatur, quod Lancellotus Decius dixit, *in dicta leg. precibus* quod canones seruari debent etiam in foro conscientiæ, quia cooperante spiritu sancto procedunt, *50. dist. c. si quis diaconus.* Ad id quod dicitur, canones seruandos esse in foro conscientiæ, responsio habetur ex quarto fundamento partis affirmatiuæ, cæterum ad id quod dictum est, canones spiritu sancto dictante emanasse. Respondetur verum esse in necessariis ad salutem, in quibus indicium ecclesiæ errare non potest, in aliis vero quæ pertinent ad particularia facta, vt cum agitur de possessionibus, vel de cri-

criminibus, vel de huiuſmodi, poſſibile eſt iudicium eccleſiæ errare, ſic docet S. Thomas *quolibet. 9. quæſt. vlt. artic. 16.* ad idem facit text. *in c. à nobis de ſent. excommun.* vbi dicitur iudicium Dei non fallit, nec fallitur. Iudicium autem eccleſiæ nonnunquã opinionem ſequitur quam fallere ſæpe contingit, & falli, propterea multoties canon vnus corrigit alium, hinc eſt quod papa in omnibus diſpenſandi autboritatem habet exceptis fidei articulis, vti volunt canoniſtæ, quos refert Dec. *in c. quæ in eccleſiarum n. 45. de conſtit.* verum ex hoc non infero papam erraſſe in editione *capit. ſi pater*, ſed duntaxat affirmo, ab humana proceſſiſſe opinione, ob idq; in foro conſcientiali ſeruandum non eſſe. Nec mirum hoc cuiquam videri debet, quoniam multi ſunt caſus, in quibus canon etiam in foro exteriori non ſeruatur, quos congerit Syluester in eius ſumma *verbo lex. n. 13* dicens, quod in iure canonico ſunt aliqua non ligantia, & non tenenda, tam quo ad textum, quam quo ad gloſſas, etiam quo ad doctores eccleſiaſticos. Hinc Ricardus ait *in 4. diſtin. 26. art. 1. quæſt. 3.* Omne quod à Deo mediante homine inſtituitur per hominem poteſt deſtitui, quod patet, quia canones non habentes vim, niſi ex iure poſitiuo eccleſia poteſt deſtituere, quamuis à Deo mediante eccleſia, fuerint inſtituti. Non obſtat etiam Soc. *in l. 2. ff. de vulg. & pupil.* dicens quod qui authoritate legis quicquam facit, non dicitur peccare, quia lex canonica nihil permittit cum peccato. Reſpondetur admittendo quod *c. ſi pater* non contineat peccatum, neque illud improbo tamquam ſit peccati nutritiuum, ſed data eius validitate ab humano iudicio proficiſcente differentiam conſtituo inter forum fori & forum poli, ſtant enim iſta ſimul, quod *c. ſi pater* contineat rigorem, & quod non ſit peccati nutritiuum, ſed tantum id pro vero affirmo, quod rigor iuris poſitiui non admittitur in foro conſcientiæ, vt inquiunt canoniſtæ *in d. c. quia plerique de immun. eccl. in d. c. quia propter de elect. & alibi ſæpe notat.* ſubiungitur verum quod forũ conſcientię temperat rigorem *cap. ſi pater*, æquitate naturali ita ſuadente.

SVMMARIVM.

1 *Subditus extra territorium contrahens ligatur proprio ſtatuto.*
2 *Mulier prohibita ſua bona diſtrahere extra territoriũ contrahere nequit.*
3 *Satutum inhabilitans perſonam reſpectu certa forma vbique.*
4 *Statutum contrahere prohibens abſque certa ſolemnitate non afficit contrahentem extra territorium ſecundum aliquot.*
5 *Imo etiam extra territorium ſubditum prohibere poteſt.*
6 *Subdito extra territorium contrahente tum forenſe, qui ignorat ſtatutum, contractum ſubſtinetur.*
7 *Et ſubditus pœna ſtatuti punitur.*
8 *Statutum ſimpliciter contrahere prohibens, non comprehendit ſubditum extra territorium contrahentem.*
9 *Contrarium deciditur quando ſtatutum eſt fauorabile.*
10 *In venditione annui cenſus non venditur res, nec fructus rei ſed ſeruitus realis percipiendi ſingulo anno quid certum.*
11 *Prohibita alienatione, prohibetur hypotheca cum reali traditione, vel clauſula conſtituti appoſitione.*
12 *Prohibita alienatione prohibetur annui cenſus venditio.*

QVÆSTIO XLV.

STatuto cauetur neminem ſtabilia bona in illius territorio poſſidentem ea alienare poſſe ſine licentia, & non ſeruata forma ibi poſita, ſub pœna de qua in eo ſententio reum inquiſitum incurriſſe pœnam ſtatuti per venditionem annui cenſus ſuper bonis ſuis alibi expoſito venditionis inſtrumento, quam in loco ſtatuentium, vbi bona cenſui ſuppoſita ſita ſunt, & vnde originem & domi-
1 cilium habet venditor cenſus. Quoniam † ſtatutum ꝓhibere poteſt ſubditum ne extra territoriũ ſtatuentium contrahat, & de geſtis extra iuriſdictionem ipſorum ſubditum non parentem punire, *l. fi. ff. de decretis ab ord. facien. l. fin. Cod. de cõmert. & mercat. vbi Bald. & Sal. l. relegatorum. §. intercedere. ff.*
2 *de interdict. & relegat.* vbi Bart. notat, quod ſtante ſtatuto, quod nulla mulier poſſit alienare ſua bona ſine conſenſu conſanguineorum, mulier ſubiecta ſtatuto, eo ligatur etiam extra territorium ſtatuentium contrahendo, quia ſubditus ſtatuto vbique dicitur illi ſubditus eſſe, alioquin de facili ſtatutum eluſorium redderetur.

3 Et ſicuti ſtatutum ſimpliciter inhabilitans perſonam vbique locorum, eam inhabilem reddit, Idem dicendum eſt quando inhabilitat perſonam non ſimpliciter, ſed reſpectu formæ non ſeruatæ, ita Bald. & Ang. tenuerunt, quos vna cum aliis refert Caccialap. *in l. cunctos populos n. 103. verſ. cum autẽ & n. 106. circa fin.* vbi hoc de communi mente doctorum eſſe inquit, *Cod. de ſum. trinit. & fid. Cathol. Bald. conſ. 60. n. 1. vol. 5. Pariſ. conſ. 99. n. 54. & ſeq. volum. 1. Ruin conſ. 160. n. 3.* vbi plene *vol.* 4. communem referens.

4 Non obſtat, † ſi dicatur contrarium pleroſque tenere dicentes, quod quando ſtatutum prohibet ne contractus ineatur niſi ſeruata certa ſolennitate, tunc ſubditus alibi contrahens non ligatur, quoad ſolennitatem proprio ſtatuto, ſed eam ſeruare tenetur, quæ viget in loco celebrati contractus, *Aret. conſ. 58. n. 2. & conſ. 73. nu. 6. & ſeq. ſequutus Bart. in d. l. cunctos populos 6. quæſt. Ruin. conſ. 101. n. 8. vol. 1. & conſ. 53. n. 14. vol. 2.*

5 Reſponde † quo ad actum contrahendi, hæc ita eſſe connexa, res & contractus, quod eorum idem debet eſſe iudicium *c. cum te de ætat. & qual. Bal. in l. cũ actum ff. de neg. geſt.* Hæc. n. perſona prohiberi poteſt, quin prohibeatur, & res alienari. Neque poteſt contractus irritari, quin & perſonam contrahentem & rem in contractum deductam afficiat, ita quod poſito vel prohibito vno, ponitur, vel prohibetur & aliud, differentia igitur, quam facit Bart. inter ſtatutum prohibens perſonam alienare,

lienare, vel rē alienari vel contractū de re fieri, vi-
detur esse magis verbalis, quam realis, sicuti senti-
re videtur Caccialup. *d. l. cunctos populos n. 103. post me-*
dium, referens etiam ibidem circa principium Bal.
dicentem hæc inter se æquipollere, & voluit quo-
que Ruin. *cons. 101. n. 8. in fi. vol. 1.* & hanc partem ma-
gis communiter doctores approbant, ea fide Cae-
cialupi *in d. l. cūctos populos. & Ruin. d. cons. 160. n. 3. vol. 4*
6 Non obstat quod subditus contrahens extra
territorium ligatur proprio statuto, quando sub-
ditus cōtractum init, at si cum forense statuti dis-
positionem ignorante contrahat, sustinetur con-
tractus, ita tenuisse fertur Zuccariam Triuisanum
de Venetiis, quem referunt Caccialup. *d. l. cunctos*
populos n. 106. Marsil in l. fi. n. 145. ff. de iurisd. om. Iud. A-
ret. cons. 54. & cons. 73. Paris. cons. 99. n. 57. vol. 1. Re-
7 spondetur contrarium procedere quando pæna
appouitur annullationis contractus, in quibus
terminis loquuntur omnes Zaccariam Triuisa-
num sequentes, sin autem pater annullationem
contractus statutum singulariter vtrique contra-
hentium pænam pecuniariam imponit, non in-
conuenit forense impunito remanente subdi-
tum puniri, quia tunc pæna suos tenet auctores,
l. sancimus C. de pœnis. Bald. in l. prima C. de his quæ pœna
nomine. Ruin. d. cons. 160 n. 4. vol. 4. dicens hoc esse de
mente aliorum, aliter fraudibus via apperiretur,
quæ non facile detegi possunt.
8 Non obstat quod subditus extra territorium
statuto subiicitur, quando id ipsum exprimitur in
eo, sin autem statutum simpliciter disponat, non
trahitur ad incolam extra incolatum suum con-
trahentem, *Marsil. in l. fi. n. 144. ff. de iurisd. omn. Iud.*
Alex. cons 41. n. 6. vol. 5. Bertrand. cons. 9. n. 5. vol. 3. parte
9 *1. Ruin. cons. 53. n. 3. vol. 2.* Quoniam † immo etiam si
simpliciter statutum provideat afficit subditum
extra iurisdictionem contrahentem, si statutum
sit fauorabile, contrarium vero procedit in statu-
to in odium aliquorum ædito, *Bart. d. l. cunctos po-*
pulos 6. quæst. & ita se habet communis opinio re-
fert Caccialup. *ibidem num. 105.* & ita quoque decla-
rat Alexan. *d. con. 41. num. 9. in 4.* Et quælibet dis-
positio dicitur esse fauorabilis, etsi odium admi-
xtum habeat, vbi principaliter aliquid disponit ad
fauorem, licet secundario in aliorum redundet o-
dium, *l. qui exceptionem. ff. de condit. indeb. l. si quis nec*
causam ff. si certum petatur, Alex. cons. 197. n. 7. vol. 7. Ri-
minal. cons. 43. nu. 5. & 6. vol. 1. Tiraq. de retract. consan-
guineorum §. 30. gl. 1. n. 5. statutum quippe de quo a-
gitur editū fuit ne reb. suis quis abutatur, ergo fa-
10 uorabile. Non obstat † quod in venditione annui
census res non dicitur alienari; quia respondetur,
admittendo in annuo censu vendito, quod neque
res, neque fructus rei venduntur, sed ius percipi-
endi singulo anno in pecunia vel fructibus cer-
tum quid ex certo prædio, quod ius non est res i-
psa vel eius fructus, sed seruitus realis rei imposita,
vt declarant Canonistæ & inter alios Ioan. de Tur-
re Cremata *in c. si quis vsuram 14. quæst. 9. vers. ad ter-*
tium. Nauarrus in suo commentario de vsur. nu. 84. Sotus
de iust. & iur. lib. 6. quæst. 5. art. 2. & 3.
11 Nihilominus euitare non possumus, quin pro-
hibita alienatione, sit prohibita iuris realis consti-
tutio, seu hypotheca, *l. fin. C. de rebus alien. non alien.*
Et quamuis dissentire videatur Cyn. *in d. l. fi. num. 4*
& sequuntur ibi Albericus & Salic. vbi inquit
Cynus: Si duo Barones promiserunt sub pæna,
quod alter in alterius territ. non acquiret, non vi-
detur promissioni contrauentum, si quis eorum
in alterius iurisdictione hypothecam acquisiue-
rit, quia non potest alteri acquiri, nisi ab altero au-
feratur, ergo creditori acquiri non dicitur. Dupli-
citer responde, primo quod per hypothecam per-
ueniri potest ad alienationem, *l. 2. & 3. de distract.*
pignorum, ergo prohibita alienatione prohibetur
rei obligatio, tamquam eius præambulum, & hac
ratione vtitur Bar. *in l. in quorum ff. de pign. & sequi-*
tur Negusant. d. 3. membro 2. partis n. 70. Secundo re-
sponde quod doctrina Cyni & sequacium proce-
dit in obligatione nuda à traditione, in quibus
terminis Cynus, & alii loquuntur, secus vero vbi
debitor obligat creditori sua bona, cum reali con-
traditione, vel clausulæ constituti appositione, vt
declarant scribentes *in d. l. fin.* & firmat Negusant.
de pign. 3. membro 2. partis n. 81. & alibi per discursum, &
in indiuiduo quod prohibita alienatione, prohi-
beatur perpetui anni redditus venditio firmat,
Ambros. de Oppizzonibus in repet. §. diui n. 70. & 71. l. fili-
usfamilias ff. de leg. 1. Cum igitur inquisitus contra
prohibitionem statuti annuum censum vendide-
rit sine licentia & absque solennitatibus de quib.
in eo, & ita i' reale in suis bonis cōstituerit cū obli-
gatione ipsorum, & clausulæ constituti appositio-
ne, sentio ipsum condemnandum esse in pœna, de
qua in statuto: emptorem annui census non mo-
lestando, cum ille forensis existens, statuti prohi-
bitionem probabiliter ignorans puniri nequeat,
c. vt animarum §. fin. de const. in 6.

SVMMARIA.

1 *Lex humana obligat transgressores ad culpam mortalem.*
2 *Lex humana seruanda est in foro conscientia.*

QVÆSTIO XLVI.

VErum aliud hic assurgit dubium, an qui sic infraudem statuti contrahit in foro consciētiæ peccati reus sit, respondeo affirmatiue, quia lex ciuilis subditos obligat, ad illius obseruationē alias peccatum incurrunt mortale, seu veniale tantum naturam & grauitatem operis, & licet lex humana à seculari principe lata, nequeat obligare ad culpam mortalem ex defectu potestatis legem promulgantis, qui de spiritualibus disponere auctoritatem non habet, nihilominus inobedientes, culpæ mortalis rei efficiuntur, non ex potestate conditoris, qui bonum temporale duntaxat intendit, sed ex inobientia trangressoris, quoniam obedientia virtus est, inobedientia vero peccatum, hinc sanctus Thomas *part. secunda quæst. 21. articul. 2. ad 2.* ait peccatum semper attenditur per deuiationem ab ordine rationis, ad finem com-

communem humanæ vitæ, & sic patet quod per
deuiationem, seu inobedientiam ab ordine legis
peccatum inducitur. Non desunt tamen qui pro-
positionem hanc impugnent, asserentes legem ci-
uilem, quemadmodum peccatum tollere non po-
test, neque etiam illud inducere valet, sed huic ra-
tioni, & aliis pluribus occurrit Sotus *de iust. & iur.*
lib.1.q.6.art. 4. qui conclusionem hanc plene exa-
minat, & vt præmissum est tenet, quam etiã plene
examinat Medina *tomo 1. tractatu 4.q.7.* inter cæte-
ra allegans Augustinum dicentem, qui legib. im-
peratorum, quæ pro Dei voluntate feruntur ob-
temperare non vult, acquirit grande supplicium,
præmissa quoque pleno stylo discutiunt summi-
stæ omnes in verbo lex, & ita concludunt tam
quoad leges communes, quam quo ad municipa-
les; Cæterum agnoscendum quando inobedien-
tia mortalis sit, siue venialis, scire oportet, quod
tunc transgressor obligatur ad mortalẽ, quãdo lex
pcipit aliquid fieri, vel nõ fieri, at si nõ vtitur ver-
bis præceptiuis, vel æquipollentibus secus est. Præ-
terea quando in lege apponitur pœna grauis puta
mortis, perpetui carceris, vel alia huiusmodi, tunc
quia hæ pœnæ non nisi pro mortalibus apponun-
tur, clarum est transgressorem mortaliter peccare,
vel si sumus in dubio ad subiectam materiam re-
currendum est, & vbi valde periculosa est ommis-
sio eius quod in lege statutum est, tunc legem ser-
uare quilibet obligatur sub mortali, at si eius om-
missio leuis est, tunc transgressio non obligat ad
mortale, doctrina hæc sumitur *ex clementina exiui*
de paradiso, vers. nec tamen, de verborum significat. vt ex-
pendunt Medina, & alii omnes superius allegati,
præmissis accedit quod S. Thomas dixit *1.2.q.96.*
articul. 4. leges humanæ habent vim obligandi in
foro conscientiæ à lege æterna, à qua deriuantur,
vt in prouerbiis. Per me reges regnant, & legum
conditores iusta decernunt, & ibidem in respons.
ad primum inquit, ex sententia Diui Pauli, omnis
potestas humana à Deo est, & ideo, qui potestati
resistit, in iis, quæ ad potestatis ordinem pertinẽt,
Dei ordinationi resistit, & secundum hoc efficitur
reus in conscientia, hæc ille. Et ad hoc insuper al-
14 legatur Augustinus *lib.1. de libero arb trio,* qui ait in
temporali lege nihil est iustum, quod non ex æter-
na lege homines sibi deriuauerint, atque Scotus *in*
1. dist. 44. col. 3. in fi. dixit nulla lex est recta, nisi qua-
tenus à voluntate diuina acceptatur, hinc scriben-
tes ponunt regulam, quod lex ciuilis ob illius ob-
seruationem obligat in foro conscientiæ. Verum
regula hæc limitatur non procedere in multis ca-
sibus, in quibus leges seculares sacros canones i-
mitari non dedignantur, *c. fin. de secundis nuptiis,* &
hos casus speciales enumerant Angelus, Syluester,
atque Beatus Antoninus, & reliqui Sumistæ *in ver-*
bo lex. Et Cenophilus monachus Casinensis, in me-
thodo fori, & poli *regula 2.* inter quos ponitur ca-
sus vnus, quem ego latius examinaui, quam sumi-
stæ faciant *sup. quæst. 8. n. 8. & sequentib.*

S V M M A R I A.

1 *Legitimam petens probare tenetur quantitatem bonorum hæreditariorum & valorem ipsorum.*
2 *Petitio incerta in iuditiis vniuersalibus prout est legitima admittitur, & in executione sententia rerum certarum liquidatio fieri debet.*
3 *Limitatur procedere quando conuenitur hæres, secus quando conuenitur tertius possessor.*
4 *Instrumentum finis iuratum manu notarii Forensis sustinetur non obstante statuto instrumenta forensium irritante.*
5 *Notarius à papa, vel imperatore creatus, vbiq; locorum Instrumenta conficere potest.*
6 *Nullitatis vitium silentio quinquennii post 23. annum tollitur.*
7 *Siue nullitas sit ex ommissione decreti iudicis, siue sit aliunde.*
8 *Legitima supplementum non petit filius, si testamentum paternum expresse approbauit, quo plus petere prohibetur.*
9 *Secus vero si legatum simpliciter agnouit.*
10 *Legitimæ supplementum non petit filius, qui expresse renunciauit supplemento.*

QVÆSTIO XLVII.

1 DEficit filiæ † agentis, & legitimæ supplemen-
tum petentis intentio, quia non probauit
quantitatem bonorum hæreditariorum, & valo-
rem ipsorum, cum aliter liquere non possit, an id,
quod à matre datum, vel relictum est filiæ, sit mi-
nus legitima parte, & quantum supplendum sit, vt
ponit Bart. *cons. 17. Aret. in §. tam autem n. 1. institut. de*
inoffic. testam. Fabian. de Giochis in rep. auth. nouissima n.
57. C. de inoffic. testam. Boer. decis. 250. in fi. Secundo
2 admittitur † quod legitima sit ius vniuersale, & in
iuditiis vniuersalibus recipitur petitio incerta,
neque in prosecutione causę necesse est, res singu-
lares exprimi & probari, sed in executione senten-
tiæ eas exprimi, & earum liquidationem fieri satis
est, Aret. Ias. & alii *in §. curare instit. de act. & post Bar.*
in rubr. ff. sol. matr. tenent ibi Alex. Ias. Ripa. & cæ-
teri scribentes, idem Alex. Ias. & alii *in l. 1. ff. de eden.*
Abb. Fel. & Marian. Soc. in c. significantibus, de libel. obla.
& in indiuiduo Fab. de Giochis in auth. nouissime n. 77. C.
de inoffic. testam. Ias. in d. rub. n. 38. ff. sol. matr. Hoc et-
3 enim verum esse restringitur quando conuenitur
hæres, secus vbi conuenitur tertius possessor bo-
norum hæreditariorum, quia iudicem contra ter-
tium institutum iudicii vniuersalis naturam non
retinet, sed particularis rei vendicationis naturam
assumit, *l. si peculium ff. de peculio leg. not. in l. vendica-*
tio ff. de rei vend. Bar. in d. rubr. nu. 23. in fin. ff. sol. matr. &
sentiunt ibidem Ripa. n. 51. Thomas Parpalia n. 30. & ex-
pressius Ioan. Hannibal. in repet. 1. nu. 432. post Cuman.
4 *cons. 109.* Tertio filia excluditur instrumento finis,
& renuntiationis iuratæ in apostolica forma ex-
posito fratri suo, à quo hic tertius possessor cau-
sam habet, nempe instrumentum finis sustinetur
manu nota[...] forensis, non obstante statuto irri-
tante contractus notariorum forensiũ, Quoniam
ex iuramento extraiuditiali promissorio oritur
obligatio, subindeque actio & exceptio, *Bart. in l. si*
quis pro eo. ff. de fideiussor. Abb. Felyn. & alii, in c. 1. de iur
iur.

*int.col.1.& 2.*vbi hanc communem,atque in iudi-
cando & conſulendo ſequendam,ait Neguſ. *de pi-
gnor.4.par principali n.3.* neque elauſula annullati-
na contractum trahitur ad contractus, conuenti-
oneſque iuratas,Marcus Ant. Baueria *tract.de vir-
tute iuramenti n.27.& 36.*vbi iura,tariones auctori-
tateſque adducit.
5 Rurſus reſpondetur † partes communi eorum
conſenſu poſſe prorogare iuriſdictionem notarii
in loco,in quo conficere inſtrumentum prohibe-
tur,quando notarius eſt à papa,vel ab imperatore
creatus, At ſi notarius eſt ab vniuerſitate, Rege vel
alio principe ad id auctoritatem babẽte extra ter-
ritorium creatus, inſtrumenta recipere non poſ-
ſet,neque eius iuriſdictio prorogari. Hoc enim
ſpeciale eſt in tabellionibus apoſtolica vel imperi-
ali auctoritate fulgentibns ob auctoritatem pon-
tificis,atque imperatoris *Rota dec,vlt de fide Inſtr. in
nouis,*& alios pleroſque adducit Fel.*in c.cum P. Ta-
bell:o n.18.de fid inſtr.Bertran.conſ.157.col.1.vol.3. par.2.*
6 Quatto ſi quod † nullitaris vitium propterea
ineſſet inſtrumento finis quod non admittitur,id
purgatum fuit ſilentio quinquennii,poſt 25.annũ
à filia expletum,quo tacitus conſenſus,& ratifica-
tio cõtractus nulliter celebrari inducitur, vim ha-
bens vti ex nunc, & tamque nouus contractus,*l. 1.
C ſi maior factus rat.habuerit,vbi Bal.& alii,Dec.& Ca-
gnol.in l.qua ab initio ff.de reg.iur.Idem Dec. in l.ſemper,
qui non prohibet,n.16.ff.eod.& conſ.232,n. 5. Aret. conſ.
128.n.5.Alex.conſ.117.n.2 vol.5.Curt.Iun.conſ.50.per to-*
7 *tum.* Non obſtat † quod tradit Corn.*conſ.207.nu. 6.
vol.3.*quod ſilentium quinquennii ſupplet defectũ
nullitatis,ex omiſſione decreti tantum. Contrari-
um enim procedit,quando minor curatorem ha-
bens contrahit ſine curatore,vt poſt Iac.de Aretio
tenent Cyn. & Alb.*in l.fin.C.ſi maior fact. lib.5.* At ſi
minor curatorem non babens,contrahit ſine cu-
ratore,contrarinm non procedit, quia tunc con-
tractus nullus tam ex ommiſſione decreti q̃ aliun-
de ratificatur,ex tacito cõſenſu per quinquenniũ
inducto,ita expreſſim firmat gl.*in d.l.fin.in verb.mi-
norum,& Corn.d.conſ.207 nu. 6. circa medium* inquit,
durum eſſe ab hac opinione recedere.
8 Quinto filia audiri † non debet, eo quod teſta-
mentum maternum expreſſiſſime approbauit,Id-
eoque à legitima,& eius ſupplemento excluditur,
quaſi in ſpecie legitimæ renuntiauit teſtamentum
approbando,in quo mater iubet, ne plus relicto
petat,vt egregie tenet,atq; plene confirmat Ruin.
conſ.56 n.9.cum plurib.ſequentib.vol.2.Fab.de Giochis in
9 *auth.nouiſſ.n.227.C.de inoff.teſt.* Aliud † vero ſi filia
ſimpliciter agnouiſſet legatum maternum,non e-
nim excluderetur à ſupplemento legitimæ ſi lega-
tum eſſet minus legitima portione, tametſi iuſſe-
rit filiam eſſe relicto contentam,& plus petere nõ
poſſe,quia agnitio diſpoſitionis maternæ, vel pa-
ternæ ſimpliciter facta,non compræhendit legiti-
mam vel quod ei deeſt,vt eſt caſus *in l. ſi quando §.
& generaliter C. de inoff. teſt. & poſt alios ibi ſcribentes
Iaſ.n.4.Ruin.conſ.60.n.4.vol.2. Dilectus de arte teſtan.*
10 *tit.3.caut.3.* Sexto & vltimo ſpecialis & expreſſa re-
nuntiatio legitimæ illiuſque ſupplemento deſtru-
it prorſus agentis intentionem, etſi generalis, &
ſimpliciter bonis paternis ſeu maternis renuntia-
tio facta,non impediat quo minus legitimam,ſeu
illius implementum filia petere, & conſequi poſ-
ſit,*per textum in d.§.& generaliter l. ſi quando C. de in-
offic.teſt.vbi Iaſ.& alii.Bertrand.conſ.7.n.7.& ſeq.vol. 2.
part.2.& conſ.5.nu.21.vol.3.part.1.Pariſ.conſ.26. n. 43.
vol.2.& conſ.43.n.36.vol.3.Fabian.de Monte in d. auth.
nouiſſ.n.225.C.de inoff.teſtam.*

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas iuris poſitiui ommiſſa in foro conſcientiæ non vitiat contractum.*
2 *Ponuntur exempla.*
3 *Et eſt communis.*

QVÆSTIO XLIIX.

ACcedit ei,quod ſupra dictum eſt *n.4.* inſtru-
mentum notarii forenſis ſuſtineri, non ob-
ſtante ſtatuto irritante contractus notariorũ fo-
1 renſium, Quod in foro † conſcientiæ ſolemnitas
iuris poſitiui ommiſſa,non infringit contractum,
ſi non interuenit deceptio,& adfuit conſenſus eo-
rum, qui actũ explicare habent,vt patet infra ſcri-
2 ptis ſimilib. Primo contractus † mulieris,ſine frau-
de initus,valet in foro conſcientiæ,etiam non ſer-
uata forma ſtatuti prohibẽtis mulierem cõtrahere
ſine conſenſu propinquorum,*Abb.in c.relatum il 1.
de teſtam.Fel.in c.1.n.30.de conſt.* Secundo emens à
pupillo,vel ab eccleſia ſine legitimis ſolemnitatib.
iuſto prætio,& cauſa legitima ſubſiſtente,id quod
quis emit,tenet cum bona conſcientia, lex enim
poſitiua ob defectum ſolemnitatum, fraudem p̃-
ſumit,non certa de veritate. Idcirco ſtante verita-
te iuſti pretii,& cauſæ legitimæ cum bona conſci-
entia tenere iudicandum eſt inquit Antoninus de
Butrio *in c.plerique num. 12. de immunitate eccleſia-
rum.* Probat ibidem Abbas *num.31.* quod ſingula-
riter notandum eſſe dicit. Latius deducit Fel.*d.c.1.
de conſt.n.39.cum ſequentib.*
Tertio ſenatusconſultum Macedonianum,
quod etſi ex iuſta,& rationabili cauſa editum ſit,
attamen ſi certum eſt, quod ob neceſſitatem pe-
cunia filiofamilias mutuata foret,vel ob aliam ra-
tionabilem cauſam,tunc per lapſum biennii ceſ-
ſat præſumptio ſolutionis, quoniam præſumptio
cedit veritati in foro conſcientiæ,& ideo non ha-
bet locum exceptio Macedoniani,peccaretque fi-
liusfamilias exceptionem illam opponens,& poſ-
ſet in foro eccleſiaſtico denuntiari ratione pecca-
ti.*Abbas c.quia plerique num.38. & ante eum Innocen-
tius ibi,atque Butrius num.9.* Quodque citra ſole-
mnitates teneat in foro pœnitẽtiali, id quod frau-
de & dolo ceſſante geſtum eſt,tam in caſibus præ-
miſſis, quam etiam in aliis ſimilibus,magis com-
muniter probant doctores,vt fatetur Sotus *de iuſt.
& iur.lib.4.q.5.art.3.*& ſi aliquantulum ipſe diſſen-
tire videatur.

Non obſtat quod proxima præcedenti quæ-
ſtione dicitur iura ciuilia in foro Anconæ
ſeruan-

ſernanda eſſe. Hoc enim regulariter verum eſt, ſed non procedit in caſibus præmiſſis & in aliis pluribus relatis à ſummiſtis in verbo lex, quos non refero, ne ſi longior, quam par eſt, ſed ad illos te remitto.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis dicitur eſſe fauorabile.*
2 *Statutum ob publicam vtilitatem extenditur.*
3 *Ratio in ſtatuto expreſſa illud extendit ad omnes caſus, qui ſub ratione comprehendi poſſunt.*
4 *Statutum de dote data diſponens, promiſſam quoque cõprahendit.*
5 *Statutum ſi diſponit quod filia dote data ſit contenta, dote à patre defuncto promiſſa, contenta eſſe debet.*
6 *A ſtricta ſignificatione ad latam ſit extenſio, vbi ratio eſt expreſſa.*
7 *In propriam ſignificationem in ſtatutis ſequimur, ſi communis vſus loquendi illi concordat.*
8 *Significatio quæ eſt ſecundum communem vſum loquẽdi dicitur propria.*
9 *Communis vſus loquendi præſens attenditur, non qui erat tempore conditi ſtatuti.*
10 *Propriam ſignificationem omittimus, ſi reſultat iniquitas, vel abſurditas.*
11 *Statutum diſponens in caſu ſimplici, non procedit in mixto in odioſis.*
12 *Secus in fauorabilibus.*
13 *Verbum remanere, & reſtituere verificantur etiam in dote promiſſa.*
14 *Statutorum verba propria, reſtricte ſunt interpretanda.*
15 *Mentem ſtatuti, ſi certa eſt, ſeruamus, & à proprietate verborum recedimus, ſi certa non eſt, proprietati ſtamus.*
16 *Statutum diſponens quod ſit præciſe intelligendum, recipit interpretationem congruam.*
17 *Statutum diſponens ad litteram intelligi, & quod non recipiat interpretationem vel gloſſationem, excludit tantum friuolam.*

QVÆSTIO XLIX.

STatuto cauetur, Quod mortua ſine filiis vxore dimidia pars dotium debeat penes maritum remanere in compenſationem expenſarum per eum factarum, Oritur dubitatio, an maritus lucretur dimidiam dotium ad tempus promiſſarum vxore ſine liberis defuncta, adhuc pendente ſolutionis termino.

1 Reſpondetur dimidiam dotis ad tempus promiſſæ maritum lucrari, Primo quia ſtatutum dicitur publicum fauorem continere, & principaliter emanaſſe fauore matrimonii, vt ad illud alliciantur homines ob ſpem lucri dotalis, licet ſecundario odioſum eſſe dicatur, vt pote quod reſpectu mulieris, & eius hæredum priuationem ſui iuris inducat, *l. qui exceptionem, vbi Bar. & alii ff. de cond. indebit. l. ſiquis nec cauſam. ff. ſi cert. per. & in terminis ponit Dec. conſ. 515. n. 3. Parij. conſ 127. n. 29. in fi. vol. 1.* Hoc etenim regulare eſt, quod quælibet diſpoſitio dicitur eſſe fauorabilis, etſi odium admixtum habeat, vbi principaliter aliquid diſponit ad fauorem, licet ſecundario in alterius redundet odium, *per d. l. qui exceptionem ff. de cond. indeb Alex. conſ. 197. n. 2. vol. 7. Riminal. conſ. 43 n. 5. & 6. vol. 1. & plenius Tiraq. de retract. conſanguineorum § 30. gl. 1. n. 5.* Nec obſtat ſi dicatur principalem ſtatuti rationem eſſe, non fauor matrimonii, ſed onera ipſius, vt concludunt ſcribentes, quos cumulat Rolan. à Valle *tract. de lucro dotis 94. per totum.* Reſponde propterea non excludi, quin fauor matrimonii ſit principalis & potiſſima cauſa, ſi namque hoc diſpoſitum eſt propter onera matrimonii, ergo propter matrimonium ipſum tamquam neceſſarium antecedens, eo quod vnum aliud de neceſſitate includit, *Dec. conſ. 67. col. fi. & Tiraq. in l. ſi vnquam. gl. verb. donatione largitus n 235. C. de reuocand. don.* Non etiam obſtat Rolan. à Valle *d. tract. de lucro dotis q. 2.* vbi audacter tenuit ſtatutum non fauorabile, ſed odioſum eſſe tamquam iuris communis correctorium, ſtrictéque interpretandum, multos conſulenter ad hoc probandum adducens, quorum tamen nemo dicit illud odioſum eſſe, ſed tantum iuris communis correctorium, ſtrictéque interpretandum. Et admittendo quod ſit iuris communis correctoriũ, non ſemper valet conſequentia, ergo odioſum, vt pluribus ſimilibus comprobat Tiraq. *loco proxime citato.*
2 Nam ſtatutum quantumcumque ſtricti iuris ſit, propter publicam vtilitatem extenditur, *l. hoc modo in fi. ff. de condit. & demonſtrat. Bart. in l. quemadmodum C. de Agric. & cenſit. lib. 11. & plenius Lanfran. tract. de interpretatione ſtatutorum n. 51.* Secundo, ratio ipſa onerum matrimonii in ſtatuto expreſſa i-
3 dem ſuadet. Nam vbicumque † ratio ſtatuti in eo expreſſa legitur, extenſio conceditur, etiam in exorbitantibus, & correctoriis, ad omnes caſus, qui ſub ratione comprehendi poſſunt, quia magis dicitur interpretatio comprehenſiua, quam extenſiua, Quemadmodum genus ſuas ſpecies comprehendit. *l. his ſolis C. de reuocand. don. Bal. in auct. quas actiones C. de ſacroſ. eccl. quam Iaſ. ibi & alii ſequuntur, Alex. conſ. 32. n. 1. vol. 7. & plures ad hoc congerit Pariſ. conſ. 16. n. 24. & ſeq. vol. 3. Curt. ſen. conſ. 9 n. 19. & conſ. 80. col. 2. in princ. Riminal. conſ. 314. n. 18. & ſeq vol. 2.* & hęc communiter recipitur ſententia, vt prædicti affirmant, & alii quos refert Hippol. Riminal. *in addit. ad Riminal. d. conſ. 314.* ſed ratio compenſationis onerum matrimonii, magis viget in dote ad tempus promiſſa, quam in data. Nec obſtat quod dos denominationem aſſumit ab actu exequendi ſeu ab actu facti, vt depoſitum, commodatum & ſimiles, Bart. Ang & Paul. *in l. iuris gentium ff. de pactis,* ob idque dos data tantum, ſtatuto contineri debet, alioquin ſi ſtatutum expreſſe caueret, virum lucrari dimidiam dotis datæ etiam promiſſa compræhenderetur, quod eſſet inconueniens, vt inquit Rolan. proxime relatus *quæſt. 2. n. 24.* Reſponde-
4 tur quod imo ſtatutum loquens de dote data cõprehendit etiam dotem promiſſam ex ratione ſtatuti in eo expreſſa, quæ verificatur in dote promiſſa, magiſque in data, quemadmodum nuncupatim voluerunt Pariſ. *in addit ad Bart. in l. ubi enim*

§. ſane

§.fane de sacrosf.eccl. vbi communem conclusionem
esse affirmat, allegans post Ang.& Alex. in consi-
liis ibi citatis glossam iuncto tex.& ibi Bart.& Bal.
& Cuman. *in l.si marito §.si pater ff.sol.matr.* Idemque
voluit Ang. *in §.dote in auth.de nupt.gl.& Bal.in l.fin.*
C.de dotis promiss.l.1.C. de dot. caut.non numer.l.si præ-
dioz unu C. ad l.falcidiam. Matthesil. notabili 75. Paul. de
Cast.cons.123. & tamquam magis veram probat A-
lex. *cons.63.n.* ■. *vol.4.* & vti communem amplecti-
5 tur Boer. *dec.22.n.13.* Et facit † Alb. *in l.non fine C.de*
bonis quæ lib. vbi ait si statuto cauetur, quod filia de-
bet esse contenta dote sibi data per patrem, si pater
promittit dotem, indeque moritur, dubitatur an
filia à successione patris sit exclusa, & ratio dubi-
tandi erat, quia verba statuti proprie intellecta nõ
verificantur, cum dos non sit filiæ data, sed tantum
promissa, contrarium tamen iudicatum fuit ex
dote promissa exclusam esse filiam, vt refert ibi Al-
ber. atque reassumit & ampliat Bald. *nouell.tract. de*
dote part.1.n.20. licet Bart. præmissam doctrinam
asscribatur, & male, cum Bart. ibi de hoc nullum
verbum, & hæc est communis opinio teste Bald.
6 nouell. vbi supra proxime. Tertio à stricta † signi-
ficatione ad latam fit in statutis extensio, etiam in
materia odiosa, vbi ratio in statuto expressa viget,
vtroque casu, *l.filium habeo.C.ad Macedonianum.gl.in*
auth.minoris debitor.C.qui dar.iur.poss.Alex.d.cons.63.n.
6.vol.4.Cassan.cons.22.n.21.Ruminal.cons.314.n.28.vol.
2.Aym.cons.155.n.8.vol.1.Rolan.loco practicato q.5. Sed
dos præmissa saltem lato sumpto vocabulo dicitur
constante matrimonio penes virum esse, vt infra
proxime, ergo lucro dotali in dote promissa, nedũ
in data locus erit. Quarto, vbi in † statuto exprimi-
7 tur verbum plures habens significationes, pro-
priam scilicet & impropriam, standum est pro-
priæ, nisi de mente statuentium aliud appareat, de
mente autem statuentium dicitur apparere, quan-
do communis usus loquendi concordat impro-
priæ significationi, nam communis vsus lo-
quendi derogat omni regulæ, omnique constitu-
tioni, & in interpretandis statutis proprio signifi-
cato prævalet, *Bar.in l.omnes populi 6.quæst. principali*
num.58.ff.de iust.& iur. quem post alios sequitur ibi
Crot. *n.110.Caccialup.n.230.Idem Bart.in rubr.ff. de o-*
per.non.nunciat. quem Alex. Ias. & cæteri ibi sequũ-
tur, Bart.& Bald. *in l.non dubium C.de leg.Sal.in l. 2. n.*
3.C.de noxal. acti.Fel.in prohemio decretalium n.3. Lan-
franc.tract.de interpretatione statutorum n.9. Bertrand.
cons.26.n.6.vol.2.part.2.Rum.cons.81.num.4.volu.1. &
hæc est communis opinio, vt refert Ias. *in d. rubr. ff.*
de oper.non.nunciat. sed secundum communem lo-
quendi vsum mulier dicitur dotem habuisse, cui
dos est destinata, solet enim communiter dici ta-
lis dedit filiæ suæ mille, talis habuit mille pro dote,
etsi dos fuerit promissa, vt de huiusmodi commu-
ni vsu loquendi testatur Bald. *in l.non fine numero 2.*
C.de bonis quæ liber.Bald.nouel.tract.de dote parte 1. nu-
mer.21.in fi.Marian.Soc.Iun.cons.35.vol.1. ergo statuti
verba saltem improprie intellecta, & à communi
vsu gentium interpretata doti promissæ conue-
niunt.

8 Imo verbi significatio, quæ est secundum com-
munem vsum loquendi dicitur esse propria signi-
ficatio, Nam per quas causas, significationes natæ
sunt, i. per intellectum communem, per easdem
mutari, minui & augeri possunt, *Brun.tract. stat.fæ-*
minas excludentium art.7.q.12. vbi ait ex significatio-
ne ampliata & vsu gentium probata, desinit esse
impropria, & facta est propria, optimeque facit
quod scribit in poetica Horatius:

Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadentq́,
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus.
Quem penes arbitrium est, & vis & norma loquendi.

Nec obstat quod Bart. *in l labeo ff.de suppellect. legata*
dixerit, quod significatio, quæ ex communi vsu
loquendi sumitur, est impropria, cui responsio
patet ex doctrina Bald. *d.l.fin.q.15.C. de hered. instit.*
& sequitur Alb.Brun.vbi sup.prox. ait enim Bald. alia
est significatio natiua à principio, quo vocabula
sunt nata, alia datiua, id est, postea vsu gentium
mutata.

Si ergo natiuam significationem attendimus,
verum dixit Bart. quod communis vsus loquendi
dicitur impropria significatio respectu significa-
tionis originalis, sin autem datiuam significatio-
nem ab vsu gentium inductam inspicimus, ea ꝓ-
pria dicitur, quæ communi gẽtium intellectu in-
oleuit, quodque communis vsus loquendi sit pro-
prius intellectus statuti, atque propria significa-
tio, voluit idem Bald. *in d.l.omnes populi n.22.Aret. in*
§.ius ciuile.n.22.circa medium.institut. de iure naturali,
gentium & ciuili, Barbat.in l.1.§.si quis ita, & in l.qui anti
ff.de verb.obl.& Raphael Fulgos. cons.27.n.22.
9 Nec obstat quod probari debet † communis v-
sus loquendi, qui erat tempore conditi statuti, per
ea, quæ allegat Roland. à Valle *de lucro dotis quæst.6.*
n.11.& seq. Hæc sententia confunditur per textum
in d.l.labeo ff.de suppellect.leg. ibi moribus ciuitatis, &
vsu rerum appellationem eius mutatam esse, vbi
gl. dicit, mutatam scilicet ab eo, quod ab initio fu-
it, ergo communis gentium intellectus præsens,
non qui ab initio fuit debet attendi, & facit Lanfr.
de interpret.statut.n.7. vbi dixit, si emerserit aliqua
dubitatio circa sensum verborum statuti, adeun-
dus est populus, qui declaret. Quoniam eius est
interpretari, cuius est condere, nec poterunt de-
clarare conditores statuti, qui iam functi sunt of-
ficio suo, nec amplius repræsentant populum.
10 Quinto à propria † verborum statuti significa-
tione recedimus, quando resultaret iniquitas, vel
absurditas, *Bart.d.l.omnes populi n. 58. & probat Alex.*
cons.106.n.9.vol.5.Lanfr.de interp.stat.n. 9. & in simili
casu de lucro dotali scribens idem Alex. *cons.101.n.6.*
vol.3. quoniam vbi resultat absurditas, vel iniqui-
tas, dicitur fieri contra mentem statuti, & vbi se-
cundũ impropriam significationem resultat æq-
tas, dicitur fieri secundum mentem statuti, secun-
dum prædictos, sed maiora matrimonii onera su-
stinet maritus, cũ dote promissa quam cum data,
ergo à proprietate verborum recedere necesse est,
ne statuti mentem deseramus, incidẽtes in scyllam
cupientes vitare charybdim.

P Sexto

11 Sexto etſi ſtatutum loquens in caſu ſimplici, non verificetur io caſu mixto io materia exorbitanti,& odioſa.& in his,quæ ſtricti iuris ſunt, *l.ſi ita ſcriptum.vbi Bart.ff.de liber.& poſthum.Alex.conſ.96.n.6.vol.2.* vbi communem hanc doctrinam eſſe refert, iunctis aliis, quæ habentur in addit.ad eundẽ *conſ.82.n.17.vol.3.*

12 In fauorabilibus tamen diſpoſitio emanata in caſu ſimplici compræhendit caſum mixtum, immo fortius etiam iood ioſis id procedit, quando ad caſum mixtum trahitur,& ei conuenit mẽs & intentio ſtatuentium, alias in dubio ſecus, vt conſuluit Alex. *conſ.144.n.6.& 9.vol.4.* proinde cum ſtatutum ſit fauorabile, prouiſio ſuper dote data compræhendit caſum, quando dos pro parte data,& pro parte promiſſa fuit, ſed etſi odioſum foret propter rationis expreſſæ idemptitatem idem concludendum eſſet,& in term[illegible]is ſequitur Ruin. *conſ.225.nu.5.vol.1.Marian.Soc.Iun conſ.35.vol.1.* & his ſex fundamentis præmiſſa concluſioue firmata non obſtant quæ incontrarium adducuntur.

13 Et primo ooo obſtat † quod ſtatutum deferens dimidiam dotis partem marito, vtatur verbo remanere,& quoad aliam dimidiam vtatur verbo reſtituere, quæ ambæ dictiones ſecundum propriam ipſorum naturam, atque interpretationem verificaotur in dote data tantum, *Crot.in rub.num. 86. ff.ſolut.matrimon. & plene Roland. à Valle d. q.2.per totum*, quoniam contrariam ſententiam maior ſcribentium pars tenet, quod verbum remanere, atque verbum reſtituere, verificatur etiam in dote ad tempus promiſſa, vt Salic. *in l.ſi conſtante Cod.de donat.ante nuptias & Ang.conſ.180.* ad quos confugiunt omnes qui hanc opinionem ſequuntur, Iaſ. *in rubr.ff.ſolut.matrimon.* Audreas Grammarus *in tra. de extenſionibus num.57. Guido Papæ deciſ. 565.* Corn. *conſ.67.volum.1.Calcan.conſ.31.Ruin.conſ.225.volum. 1. & 33.volum.4.Marian.Soc.Iun.conſ.31.volum.1.Pariſ.in addit.ad Bart.in d.l.iubemus.§.ſane, Tiraquell.de retract. conuentionali ad fin.titul.1.num.38.* & facit notabiliter Bartol. *conſ.133.* vbi ſtatuto cauebatur, vir tertiam dotis partem libere habeat,& inquit ibi Bart. obligatio promiſſoris eſt in dote,& ipſam obligationem vere & proprie percepit maritus, atque penes eum remanſit, & in hac opinione reſidet Cagnol. *in l.2.C.de pact.inter empt.& vend.n.18.* vbi à doctoribus contrarium reprobari, & baoc teneri inquit, qoam etiam vti magis communem ſequitur Franc. Viuius *l.i.communium opinionum, in verbo, ſtatutum ſimpliciter.*

14 Secundo non obſtat, quod ſtatutorum verba ſunt proprie & ſtricte intelligenda, *l.quicquid aſtringendæ.ff.de verb.oblig.l.3.§.hæc verba.ff. de negotiis geſtis.* & ſtatuta tantum diſponunt, quantum loquuntur, *Bald.in l.teſtamentum C.de teſtamentis. Caſſan.conſ.41.num.10.* ſuntque præciſi fori,& ad vnguem, atque contextom ſeruanda, *Bald. in auth.ſed nouo iure.C.de ſeru.fugit.* & ſequi debemus ſenſum litteralem, ſi ſeruari poteſt ratio motiua ſtatuti, *Bald. in l.quamuis C.de in ius vocand.Curt.ſen.conſ.35.n. 23.& conſ.37.num.8.* & pleniſſime Tiraquel. *in leg. ſi vnquam C.de revocan.donat.gloſſ.l.libertis num 4.* iunctis præcedentibus atque ſequentibus, & in ſpecie, qood diſpoſitio lucri dotalis procedat tantum in caſu vero, & quod ſtricte debeat interpretari, tenet Campeg. *tract.de dote parte vltima, Rolan. à Valle de lucro dotis q.2.*

15 Reſpondetur † quod regulariter ſtandum eſt proprie verborum ſignificationi in ſtatutis interpretandis, ſed hoc fallit ſi de mente ſtatuentium aliud apparet, *Bart.in d.l.omnes populi num. 58. per tex. in l.non aliter ff.de leg.3.l.1.§.ſi is, qui nauem.ff.de exercitor.* & per eadem iura idem dixit Bart. *in l.contra ff. de legibus. Cyn.in l.non dubium num.10. C.de legibus poſt Dinum in c.fin.de reg.iur.in 6.* vbi conſtat de mente & ratiooe verbis contraria, licet offendere verba, Bald. *in l.fin.ff.de hered.inſtit.* ait, ſi ratio eſt expreſſa, illa debet attendi, ſin autem non eſt expreſſa, tunc magis verba quam ratio ſeruari debet, Andr. Gamar. *tract.de extenſionibus n.179.* tradit hanc doctrioam, vbicumque in ſtatuto deciditur caſus cum certa ratione,& manifeſta, tunc ceſſant iura communia, in quantum vires rationis extenduntur, itaque non dicitur caſus ommiſſus, qui ſub expreſſa ratione continetur, ad quod faciunt eiuſdem verba *numer.75* dum ait, non debemus ita iudaizareio verbis, vt obliviſcamur mentis & intentionis,& dixit Iaſ. *in l.1.§.veteres n.28.ff.de acquiren. poſſ.* mentem ſtatuti intrioſecam potius quam verba ioſpiciendam eſſe. Quoniam eſſentia ſtatuti conſiſtit in mente, atque ratione, quæ anima legis eſt, & præmiſſa quoque plenius cooſirmant Alexand. *conſ.32.n.5.vol.7.Curt.ſen.conſ.9.n 24.& ſequentibus.& conſ.80.col.3.in princ.& colu. 4. circa principium. Pariſ. conſ.16.n.49.vol.3.Riminal.conſ.314.n. 19.& ſeq. vol. 2. cum ibi add. in. Aym.conſ.274.n.11.vol.2.*

16 Tertio non obſtat quod in ſtatuto dicitur † & hoc ſit precium, quoniam verba, etſi præciſe ſint intelligeoda, recipiunt tamen interpretationem congruam atque probabilem,& recipiunt quoque limitationem, Iaſ. *in l.quamuis num.3.ff.de in ius vocan.* allegat etiam Bald. *in c.1.de conſtit.* dicentem, quod ſtatuta recipiunt interpretationem per pactum rationis,& Andream de Barullo *in prohem.feudi.* vbi dicit, quod ita rationale dictum debet mouere iudicem, ſicut lex ſcripta.

17 Sed etſi ſtatutum diſponeret ad literam intelligi debere, oeque recipere interpretationem, vel gloſſatiooem, adhuc non excluditur congrua, & rationabilis interpretatio, ſed tantum friuola, Bartol. Bald.& reliqui *in dicta leg.omnes ff. de iuſt. & iur. Pariſ.conſilio 16.numero 51.& ſequent.volum.3.Curt.ſen.conſilio 9. numero 25.* vbi notabiliter dicit, etſi ad literam ſtatuta ſint ſeruanda, intelligitur cum grano ſalis, ſaluo intellectu iuris, & expoſitione rationali, quia litera occidit, ſpiritus viuificat, oeque iudaice ſunt intelligenda, vbi plenioribus verbis, rationibus, atque auctoritatibus vtitur, ad idemque faciuot multa congeſta per Pariſ. *in addit. ad Bart.in d.l.omnes populi 6.q.principali in verbo interpretationem.*

Ro-

Remissia accedant quæ dixit Diuus Augustin. in homilia quæ legitur dominica quinta post Pascha dicens: nô enim sonum litterarum, ac syllabarum, sed quod ipse sonus significat, & quod eo sono rectè ac veraciter intelligitur hoc accipiēdum est dicere.

Quare sublatis contrariis in priori sententia residco statutum hoc verificari etiam in dote ad tēpus promissa, ita vt illius dimidiam partem lucretur maritus, quemadmodum & dotis sibi solutæ.

S V M M A R I A.

1 *Blasphemans & deum maledicens æque puniuntur statuto blasphematorem puniente.*
2 *Calore iracundiæ blasphemans solum Deum habet vltorem, & a pœna temporali excusatur.*
3 *Calore iracundiæ delinquens punitur, mitius tamen, secus in delicto blasphemiæ, quod non punitur.*
4 *Blasphemia vno tempore reiterata, vel ex interuallo, continuato furore vnicum crimen esse dicitur.*
5 *Accusator in crimine blasphemiæ non tenetur se inscribere.*
6 *Testes infames crimen blasphemiæ probant cum tormentu.*
7 *Consuetudo blasphemandi non dicitur, nisi post tres viles quis blasphemare sit conuictus.*

QVÆSTIO L.

1 ETsi de iure communi sint opiniones, an distinguantur blasphemi, & maledici, attamen verior est sententia, quod idem est Deum maledicere, quod blasphemare, maledicensque Deum, & blasphemans seu per membra Dei iurans æque compræhenduntur statuto puniente blasphematorem, *auth. vt non luxurien. contra natur.* & quod ibi Bart. atque not. Cyn. Bal. Salic. & alii *in l. 2. C. de reb. credit.* Ioan. de Anania *in c. 2. de maledicis per illum tex. Imol. in l. his verbis §. 1. ff. de hered. inst. Soc. cons. 119. vol. 4. Boer. decis. 301. Grammat. decis. 50. Cataldinus de Boncompagnis tract. de syndicatu n. 104. Bossius tit. de inquisitione*
2 *n. 130. & seq.* Cæterum qui calore iracundiæ in blasphemiam prorumpit puniendus non est, sed excusatur à pœna temporali, quia calore iracundiæ accensus, nescit quid agat, præsertim ioco, qui prouocatus est, nec rei illicitæ operam dabat, *Abb. in c. 2. de maled. n. 6.* sequitur ibi Andr. Barbat. *in addit. alios adducens. Grammat cons. 15. n. 14.* & est de mente Cyn. *d. l. 2. C. de reb. cred.* vbi inquit, quod solum Deum habet vltorem, expresse firmat Alex. *cons. 15. in fin. volu 3. facit l. famosi. ff. ad l. Iuliam maiestatis* ibi: nec lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum est.
3 Nec obstat † quod in delictis calor iracundiæ delinquentem non excuset, licet mitius puniatur, Dec. & Cagnol. *in l. quod calore. ff. de reg. iur. Rom. singul. 514. Boer. decis. 168. n. 16.* vbi plene cum aliis concordantibus politis in addit. ad Roman. vbi supra, in aliis delictis hoc procedat, secus in isto ob facilitatem atque lubricitatem linguæ.

Sed etsi blasphemia sæpius eodem tempore iterata foret primo motu, & impetu durante, priusque ad extraneos blasphemus diuerterit actus; vnica tantum blasphemia dicitur, quia continuatio delicti non inducit diuersa delicta, Immo si ex interuallo continuato tamen furore pluries Deum, Beatam Virginem, vel sanctos blasphemauerit, vnum erit blasphemiæ crimen, *Bald. in l. si familia n. 3. ff. de Iurisdict. om. iud. Dec. ibidem nu. 19. Capol. cons. criminalium 76. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsump. 6. Boer. decis. 301. n. 16. Marsil. in l. fin. n. 25. ff. ad l. Corneliam de Sicariis. Paris de Puteo tract. de ludo n. 43.* & pluribus similibus comprobari potest, vt si quis res diuersas eodem tempore furto subtraxerit, furtū vnum non plura commisisse dicetur.

Si quis vxorem alterius eodem tempore pluries cognouerit, vnum erit adulterium, si plures falsos testes eodem tempore in eadem causa quis produxerit, si plures falsas monetas expenderit, si quis cum pluribus eodem tempore luserit, vnicum erit delictum, vnaque venit imponenda pœna, quæ exempla ponunt Bald. *in d. l. quicumque n. 5. C. de seruis fugitiuis. Capol. cons. 77. n. 9. Soc. cons. 33. n. 9. & cons. 62. n. 10. vol. 1. Marsil. d. l. si. ff. de sicariis. Boss. tit. de pœnis n. 7.*

5 Atque in huiusmodi crimine inscribere se non tenentur accusatores, *Ang. in §. sed neque auth. quomodo oportet episcopum. post gl. ibi, Paris de Put. tract. de ludo n. 63.* Et odio huius detestandi criminis, vt facilius Dei, sanctorumque contemptores inueniantur atque castigentur, testes infames, inhabilesq; admittuntur ob læsam maiestatem diuinam, *l. famosi. ff. ad l. Iuliam maiest. c. per tuas de simonia*, testimonium tamen ipsorum non sine tormentis recipitur, *Alex. cons. 11. n. 2. & 3. vol. 1. & cons. 15. vol. 3. Corn. cons. 181*
6 *vol. 1.* Postremo † consuetudo blasphemandi probata non dicitur, nisi vltra tres vices blasphemare quis conuictus fuerit, *Cyn. in d. l. 2. n. 4. C. de reb. cred.* quem ibi sequuntur Bal. & Sal. Ias. *in l. at prætor. §. iurari ff. de iur. iur.* Augustinus concinis meus *in addit. ad Ang. de maleficiis in verbo Verba contumeliosa n. 4* Roccus de Curte *tract. de consuetud. n. 49.* Alex. *dict. cons. 72. n. 8. vol. 6.*

S V M M A R I A.

1 *Blasphemia maius peccatum est, quam homicidium, periurium, atque furtum.*
2 *Blasphemia est magna causa mundi tribulationum.*
3 *Blasphemiæ pœna hic describitur.*
4 *Blasphemans calore iracundiæ quando excusetur.*
5 *Blasphemans ex consuetudine nullo casu excusatur.*
6 *Miracula in blasphemantes.*

QVÆSTIO LI.

1 BLasphemiam maximum † peccatum appellant Theologi, cuius redditur ratio, quia opponitur confessioni fidei, & ideo habet in se grauitatem infidelitatis, estque blasphemia grauius peccatum, quam homicidium, quia blasphemia directe est in Deum, ideo præponderat homicidio, quod est peccatum in proximum, & est quoque peius blasphemare, quam peierare, qui enim per-

F 2

peierat non dicit aliquid falſum de Deo, ſicuti bla-
ſphemus, ſed Deum adhibet teſtem falſitati *S. Tho-
mas 2.2. quaſt. 13 art. 3.* addit que Gerſon tractatu de
cognitione peccatorum parte quarta, quod pec-
catum blaſphemiæ peius eſt, quam furari, vel co-
medere carnes in die veneris, ſabbathi ſubiungẽs,
2 quod eſt magna cauſa peſtilentiarum. † bellorum,
famis, & aliarum tribulationum, id ipſum com-
probatur auctoritate Iuſtiniani religioſiſſimi im-
peratoris, qui in authentico, vt non luxurientur
homines, &c. dixit, ſi contra homines blaſphe-
miæ impunitæ non relinquuntur, multo magis,
qui ipſum Deum blaſphemant, digni ſunt ſuppli-
cia ſuſtinere, propter talia enim delicta, & fames,
3 & terræmotus, & peſtilentiæ fiunt, mandatque ibi
Iuſtinianus blaſphemum vltimo ſupplitio conde-
mnari, quod antea Deus Moyſi præceperat, di-
cens, Qui blaſphemauerit nomen domini morte
moriatur, lapidibus obruet eum omnis multitu-
do, vt habetur Leuitici 24. At vero de iure cano-
nico alia eſt hodie pæna, de qua *in c. 2. de maledicis.*
4 Veruntamen † notandum eſt, quod blaſphemia
eius, qui ſubito ex aliqua paſſione in verba bla-
phemiæ prorumpit, quorum ſignificatum non
conſiderat, non habet propriе rationem blaſphe-
miæ, & venialiter tantum peccat, ſecus vero quan-
do aduertit quod dicit, conſiderans ſignificatum
verborum, quo caſu mortaliter peccat *S. Thom. vbi
ſup. art. 2. ad 3.* hæc ſane Diui Thomæ ſententia de-
clarat quod ſupra dicebatur, quod calore iracun-
diæ blaſphemans excuſatur. Huc enim intelligen-
dum eſt, quando blaſphemans non aduertit quid
dicat, ob magnum iræ calorem, cui cõcordat Ho-
ſtienſ. *de maledicis §. blaſphemantes. n. 5.* qui ait: contra
iraſcentes Deũ, vel ipſum cauſa iracũdiæ blaſphe-
mãtes, pæna ſpecialiter eſt inducta, qa nemo bla-
ſphemat de facili, niſi iratus, attamen inter ira-
cundiam, & iracundiam diſtinguas, quia tanta eſ-
ſe poteſt, vt dementiæ æquiparetur, & tunc poteſt
habere locum, quod calor iracundiæ excuſet. Idẽ
probat Aſten. *lib. 5. tit. 32. caſu 30.* Syluester *verbo bla-
5 ſphemia n. 6. Abbas in c. 2. de maledicis.* Rurſus ſi † quis
ex conſuetudine blaſphemaret, tunc non excuſa-
retur, quamuis non aduerteret, vt tenet Syluester
loco præallegato *n. 4. in fine.* Vngarellus in additi-
one ad Angelum eodem verbo *n. 1.* Immo ſi quis
ſæpius de hoc delicto conuincitur, habet locum
pæna legalis, vt laicus decapitetur in foro ciuili.
In foro canonico anatematizetur, clericus vero
degradetur. Hoſtienſis præcitato loco *nu. 5.* circa
medium, Aſten. *d. l. 5 tit. 32. caſu 30. Et facit bona gloſſa
in c. ſi quis iratus 2. quaſt. 3.* ibi, qui ex deliberatione &
ſæpe loquitur conuitia, pænam, de qua ibi ſuſti-
net, perhorreſcant Chriſtiani tam graue ſcelus,
6 quod ſæpe Deus nedum æterna, ſed etiam tem-
porali pæna miraculoſe punit, refert Beatus Anto-
ninus *tit. 8. cap. 7. §. 3.* quod quidam Bononiæ in
conuiuio diſcumbens, gallum in menſa allatum
minuatim incidit.

Poſt hoc dixit, S. Petrus gallum hunc non
integraret, ſubiunxit alter, neque Chriſtus ipſe, ſi
imperet, gallus iſte reſurget, ad hanc blaſphemiæ
vocem gallus viuus in menſa proſiluit, & blaſphe-
mus lepra percuſſus fuit, quæ plaga in poſteros il-
lius hæreditaria permanſit: Narrat quoque Gre-
gorius in Dialogis, quod Romæ quidam habens
filium annorum quinque, qui blaſphemare ſoli-
tus erat, dum illum pater inter brachia retineret,
puer exclamauit, nigri homines veniunt, vt tol-
lant me, cumque hoc dixiſſet, ſtatim puer ani-
mam exalauit. Si hæc in pueris, quid in adultis? ab
hoc nefando ſcelere Chriſti fideles caueant, & bo-
ni iudices illud impunitum non dimittant, quan-
doquidem non debemus diſſimulare eius oppro-
bria, qui lauit noſtra probra, inquit Hoſt. proxime
relatus.

SVMMARIVM.

1 Teſtator interrogatus an velit Titium hæredem eſſe, & ſi reſpondeat, quod ſic, teſtamentum ſuſtinetur.

2 Limitatur procedere ſi articulatim loqui poteſt, ita vt exaudiri & intelligi poſſit.

3 Etſi intellectum & memoriam habeat.

4 Teſtamentum nutu, & ſignis fieri poteſt ad pias cauſas, alias ſecus.

5 Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis ad pias cauſas ſuſtinetur.

6 Immo ſecundum magis communem non tenet.

7 In publicatione teſtamenti ſine ſcriptura conditi venientes ab inteſtato itque nominatim citari debent.

8 Petitio in publicatione parta requiritur.

9 Capitula exhibentur, & interrogatoria dantur.

10 Sententia interlocutoria debet interuenire, & illius forma ponitur.

QVÆSTIO LII.

1 TEſtator interrogatus an † velit Titiũ ſibi he-
redem eſſe, ſi reſpondeat, quod ſic, teſtamẽ-
tum ſuſtinetur, quia verbis teſtatoris nomen hæ-
redis expreſſum eſſe dicitur per relationem ad in-
terrogationem ſibi factam, & illius approbatio-
nem, *gl. in verbo quemadmodum l. iubemus. C. de teſtam.
vbi Alex. idẽ Alex. conſ. 12. n. 6. vol. 1. & conſ. 33. col. 2. & 3.
vbi plene vol. 3. & plurimi relati in additione ad Alexan. d.
conſ. 12. Iaſ. d. l. iubemus n. 10. Purpurat. in add. 1. ad Iaſ.* v-
bi plures commemorat limitationes, *Belõ. Caſalen.
conſ. 62. n. 8. Iul. Clar. lib. 4. ſententiarum §. teſtamentum
q. 37.* vbi plene, & plures ſupra citatorum commu-
nem hanc ſententiam eſſe affirmant. Limita-
2 tur ita demũ procedere, ſi † teſtator articulatim lo-
qui poteſt, is autem articulate loqui poſſe dicitur,
qui verba proferre poteſt, ita vt exaudiri, & intel-
ligi poſſit, quamuis enim teſtator cum difficultate
loquatur, & linguam balbutientem habeat, ſi tamẽ
eius verba intelligi poſſunt, articulate loqui, & te-
ſtari poſſe dicetur, *Alex. d. conſ. 12. vol. 1. & conſ. 35. vol 3
Iaſ. in l. quoniam indign. n. 3. C. de teſt. & in d. l. iubemus n.
2. Dil. de arte teſtan. d. tit. de heredibus inſt. cautela. 2.*

Rurſus

3 Rurſus id verum eſſe declaratur, vbi † teſtator
intellectum & memoriam habet, ſecundum eun-
dem Alex. poſt alios per eum relatos in d. l. iubemus
& d. conſ. 12. & 33. & alii de quib. in add. ad Alex. in ſup. ci-
tato conſ. 12. Iul. Clar. d. §. teſtam. q. 37. verſ. ſcias ergo, &
caeteri omnes ſup. citati in his terminis loquuntur. Imo
4 teſtamentum † nutu, & ſignis fieri poteſt ad pias
cauſas, licet ad non pias cauſas, ſecus Alex. in d. l. iu-
bemus n. 3. vbi communit. Iaſ. n. 4. Iul. Clar. d. §. teſt. q. 6.
verſ. 5. infertur. Tiraq. de priuilegiis piae cauſae priuil. 8. vbi
refert & notabiliter ſcribit Calderio. conſ. 4. de teſt.
quod ſi teſtator infirmitate grauat' amiſit loque-
lam, & à notario interrogatus an velit facere te-
ſtamentum, annuerit capite quod ſic, & an velit
ſororem relinquere hæredem, annuerit quod ſic,
& poſt mortem ſororis velit eius bona diſtribui in
pauperes Chriſti, & annuerit quod ſic, ſi in huiuſ-
modi teſt. adeſt clauſula codicillaris venientes ab
inteſtato tenentur reſtituere hæreditatem ſorori,
& poſt mortem ſororis diſtribui debent bona pro
anima ipſius teſtatoris, dicens ita communiter te-
5 neri. Sed & eiuſdem † piæ cauſæ fauore teſtamentū
imperfectum ratione voluntatis ſuſtinetur, ſecū-
dum Bar. in l. si teſt. ff. de fideicomm. libert. plene Tiraq.
tract. de priuilegiis piae cauſae. priuil. 7. vbi communio-
6 rem eſſe dixit. Contrarium † eſt verius atque com-
munius, quia teſt. imperfectum ratione volunta-
tis, ſicut non tenet inter liberos, quibus maior à
iure tribuitur fauor, nec etiam ad pias cauſas, qui-
bus minus quā liberis iura fauent, Boer. decis. 240. n.
4. & 5 vbi communis. Bened. Capra tract. concluſionū.
concluſ. 102. n. 13. & ſeq. vbi communis, & plene Vi-
vius lib. 1. communionum opinionum. in verbo imperfectū.
vbi ex fide multorum hanc communem dicit, &
plenius Clar. d. §. teſt. q. 7. vbi cumulat omnes com-
munem affirmantes, Ferdinādus Vaſquius de ſuc-
ceſſ. lib. 3. §. 22. n. 6. & alii plures à præmiſſis citati. In
7 publicatione † vero teſtamenti ſine ſcriptura corā
teſtibus conditi venientes ab inteſtato, iique no-
minatim citari debent, & ſequendus ordo, quem
ponit gl. per illam tex. in l. publicati. C. de teſtam. & ibi
ſcribentes. hæc autem ſunt in huiuſmodi publica-
tione, quæ aliter autenticatio appellatur, obſer
uanda, primo citari debent venientes ab inteſtato,
qui ſucceſſuri ſorent, nec ſufficit proclama, aut ci-
tatio generalis de intereſſe prætendentibus, vbi
certi ſunt ab inteſtato ſucceſſuri, ii enim nomina-
tim vocari debent, Bart. & Alb. & Bald. in d. l. publica-
ti n. 2. & 6. Ang. n. 4. Salic. n. 5. Iaſ. conſ. 67. col. 1. vol. 3. ſed
& ipſi quoque teſtes examinandi, citari debent ſe-
cundum Bal. in d. l. publicati.
8 Secundo † etſi iudicii forma non requiratur,
quia hæc publicatio fit ex mero iudicis officio, &
etiam quia eſt præparatoria alterius iudicii ordina-
rie mouendi in petitione hæreditatis, vel in bene-
ficio legis finalis. C. de edicto diui Adriani. toll. petitio
tamen debet interuenire, vt poſſit Iudex delibera-
re, Bald. in d. l. publicati 3. q. & conſ. 55. vol. 4. & publica-
tio fieri debet nedum inſtante hærede, qui poſſi-
det bona hæreditaria, ſed etiam ad inſtantiam e-
ius qui non poſſidet, nec enim leges non poſſidēs,
neceſſe habet agere via ordinaria aduerſus poſſeſ-
ſorem, & iudicio pendente producere teſtes, & de
teſtamento docere, ſed per viam principalis peti-
tionis petere poteſt publicationem hanc tamquā
præparatoriam alterius iuditii, Bald. in d. l. publicati.
7. q. & plenius Angel. n. 4. & magis cōmuniter tenetur
ſecundum Alex. n. 7. & plene quoque proſequitur
Bald. d. conſ. 55. vol. 1.
9 Tertio † capitula, & interrogatoria debent in-
teruenire ſuper quibus teſtes cum iuramento de-
ponant de tenore teſtamenti, qui totus in ipſis ar-
ticulis inſeri debet, Bald. in d. l. publicati n. 4. Salic. nu.
4. Paul. de Caſtr. n. 2. Dilect. de arte teſtandi tit. de teſta-
mentis caut. 7. Sed & pars citari debet ad viden-
dum iurare teſtes, gl. in d. l. publicati, vbi & Alber. n. 2.
& plenius proſequitur Iaſ. conſ. 67. col. 2. verſ. 2. prin-
cipaliter vol. 3. Deponereque teſtes debent ſe fuiſſe
à teſtatore rogatas, non enim in dubio rogati à te-
ſtatore præſumuntur, cum hæc ſolennitas ſit
extrinſeca, quæ non præſumitur, etſi totum teſta-
menti tenorem deponerent, neque à teſtatore ſe
rogatos eſſe aſſeuerarent, non probarent, Salic. d. l.
publicati n. 4. Dilect. proxime citatus. Iaſ. in l. hac conſul-
10 tiſſima, in princ. vbi latt. C. de inoffic. teſtam. Boer. deciſ.
34. per totam vbi communis. Quarto ſententia † inter-
locutoria requiritur, nam poſt examen & apertu-
ram teſtium iudex mādabit atteſtationes in pub-
licam formam redigi ad perpetuam rei memori-
am, Bart & Bald. d. l. publicati, Angel. vero poſt In-
nocentium ibidem relatum dicit, quod iudex de-
bet pronuntiare atteſtationibus teſtium fidem
adhiberi debere perpetuam, Salic. ibi ponit hanc
formam, quod iudex viſis probationibus decla-
rat defunctum ſic, & ſic diſpoſuiſſe, totam volun-
tatis eius ſeriem exprimendo, & pronuntiet vo-
luntatem eius eſſe legitimam, & mandet Notario
actorum, quod de prædictis publicum conficiat
inſtrumentum, dicens ita moris eſſe in cauſis ſer-
uari, ſubdit etiam de cōdecentia eſſe, quod forma
per eum tradita ſeruetur, in præſentia teſtium an-
tea examinatorum, quibus interrogatis an ita ſit,
& ſic vnanimiter eis reſpondentibus interloqui
debet, vt ſupra, Paul. de Caſt. dicit pronuntiandū
depoſitiones teſtium eſſe authenticas, & debere
eis ſtari Alex. declarandum ait plenam fidem in
poſterum facere, & Iaſ. inquit iudex pronuntia-
bit haberi publica. Et licet in verbis aliqualis di-
uerſitas ineſſe videatur, idem tamen eſt effectus,
& vna, vel altera ſeruari forma poterit, & hæc qui-
dem interlocutoria, neceſſario debet interuenire,
vt per Iaſon. dicto conſilio 67. colum. ſecunda verſiculo 3.
principaliter, ſuntque notanda verba Baldi dicto con-
ſilio 55. volum. 24. quod examinatis teſtibus hæc
publicatio fieri debet ſecundum quod ipſi depo-
nunt, & an probetur vel non, in alio iudicio inqui-
rendum eſſe, nec de ſubſtantia publicationis eſſe,
quod ſit probatum.

SVMMARIA.

1 *Teſtamentum coram duobus teſtibus in foro conſcien-
tiae ſuſtinetur.*

2 *Legata in minus testamento relicta legatariis, tunc soluenda sunt.*

3 *Si ergo constat, quod nulla falsitas interuenit, debet cessare dispositio iuris positiui.*

4 *Ius canonicum positiuum limitare potest ius diuinum, & quando id fieri possit.*

5 *Testamentum, quod non est contra aequitatem naturalem, nec contra ius diuinum substinetur.*

6 *In numero trium testium trinitas secundum ministerium repraesentatur.*

QVÆSTIO LIII.

1 VIdimus de testamento, nutu, & signis facto,
atque de testamento ratione voluntatis im-
perfecto, consequens est vt videamus de testamē-
to ratione defectus legitimi testium numeris, non
quid iuris sit, non leuis est controuersia, an testa-
mentum conditum coram duobus, vel tribus te-
stibus in foro conscientiae, ita sustineatur, quod
haereditatem restituere teneantur ab intestato ve-
nientes scripto haeredi, tutior est pars, atque veri-
or, & magis communis, quod haereditas ex testa-
mento minus solemni ob defectum legittimi nu-
meri testium de iure civili requisitorum in foro a-
nimae debetur heredi scripto, & venientes ab in-
testato absque peccato hereditatem retinere ne-
queunt, quos non excusat à peccato legis ciuilis
authoritas: proinde si cessat fraus, venientes ab in-
testato, quibus constat testatoris voluntas, tuti
sunt in foro animae, facit quod legata in minus
solemni testamento relicta legatariis soluenda
2 sunt, quia testamento minus solemni oritur ob-
ligatio naturalis, ideo si certa est testatoris volun-
tas, ea seruanda est, quoniam solemnitas
iuris ciuilis inducta est ad falsitates euitan-
das.

Si ergo constat, quod nulla falsitas interuenit,
3 debet cessare dispositio iuris positiui, & seruari ae-
quitas, & obligatio naturalis, quae oritur ex dispo-
sitione defuncti, quae modis omnibus seruari de-
bet, inquit textus *in capitulo vltima voluntas 13. quae-
stione secunda & ita tenet Abbas in capitulo cum esset. nu-
mero 10. de testamentis. & in capitulo quia plerique in fi-
nalibus verbis de immunit. ecclesiarum. Antonius de Bu-
trio in capitulo nouit. numero 66. de iudiciis.* Appro-
bat Syluester *in summa verbo, haereditas, numero
nono, sequutus canonistas in capitulo finali. de solution. &
plene quoque Iason in leg. cum quis C. de iuris, & facti i-
gnoran.* Vbi Albericus ait, hanc communem o-
pinionem esse, atque tenendam, cādem sequitur
Angelica *verbo test. n. 8. Tabiens. eodem verbo num. 6. in
fine & alii plures, quos congerit Felyn. in dicto c. cum esset
n. 8.* magis communem affirmans, etsi ille contra-
rium teneat.

Non obstat *cap. praesul. 2. quaest. 4.* quod in con-
trarium allegatur. Vbi in dispositione persona-
rum ecclesiasticarū requiritur magnus testiū nu-
merus, neque duo, vel tres sufficiunt. Respon-
deri potest, in foro contentioso id procedere, hic
vero agitur in foro Dei, ergo non obstat, praeter-
ea doctor S. *2.2. quaestione 70. articul. 2. ad 3.* inquit,
quod ibi speciale est, ob dignitatem personarum
ecclesiasticarum, quorum sanctitati plus creditur,
quam multis testibus, ex earum enim condemna-
tione derogatur auctoritati, & dignitati ecclesiae.
4 Huius quidem sententiae ratio adduci potest, quod
etsi ius positiuum, nempe quādo ius canonicum
possit limitare, & distinguere ius diuinum, vt aliae
regulae iuris diuini melius obseruentur, secun-
dum Abbatem *in d. c. cum esses n. 14.* & plene prose-
quitur Dec. *in c. quae in ecclesiarum. de constit.* vbi plu-
ra ponit exempla. Nos canonem nō habemus ius
diuinum limitantem, atque prohibentem in ore
duorum, vel trium stari non debere in foro poli,
quemadmodum in foro fori hoc expressum ha-
bemus, *in d. c. cum esses.* Ergo standum est iuri diui-
no in foro animae, & testamentum coram duo-
bus vel tribus testibus sustineri debet per cap. su-
pra allegatum. Vltima voluntas *13. quaest. 2. & per c.
filius noster de testam.* ibi lege Dei, non autem lege
huius seculi viuimus. & dixit Ricardus *in 4. dist. 45.
5 art. 4. quaest. 1.* testamentum quod non est contra ae-
quitatem iuris naturalis, nec diuini, nec positiui,
nullo modo est infringendum, procul dubio co-
ram duobus, vel tribus testibus, testamentum cō-
ditum, non est contra ius diuinum, iuxta illud in
ore duorum, vel trium stat omne verbum, nec cō-
tra aequitatem iuris naturalis, ex sententia eorum,
qui dixerunt, ex testamento minus solemni oriri
naturalem obligationem, nec contra ius positiuū,
cum nullus sit canon decidens in foro conscien-
tiae, non valere testamentum coram duobus, vel
tribus testibus. Praemissis accedit quod S. Thom.
tenuit *2.2. quaest. 70. art. 2.* dicens, in actibus huma-
nis, sufficit certitudo, quae vt in pluribus veritatē
attingat. Est autem probabile, quod veritatem
contineat dictum duorum, vel trium testium, in
quibus numerus ternarius constituitur, cum duo
testes cum actore conueniunt, vel in ipsis testibus,
cum tres testes concordāt. Et allegat Ang. dicen-
tem, in hoc est trinitas secūdum mysterium com-
mēdata, in qua est perpetua firmitas veritatis. Do-
6 ctor hic S. indefinite loquutus, sentit vniuersali-
ter verum esse in omnibus actibus humanis testi-
monio duorum, vel trium standum esse, saltem in
foro conscientię, differentiā non ponens inter cō-
tractus, & vltimas voluntates, quemadmodum et-
iam faciunt canones praeallegati, & expressius Sal-
uator hoc explicat, ibi: Omne verbum, nihil ex-
cludens. Sit ergo vera sententia supra firmata in
causis, nempe profanis testamentum minus sole-
mne in foro penitentiali sustineri, executionemq;
mereri, in causis vero piis non est dubitationi lo-
cus *per t. relatum l. 1. de testam.*

SVMMARIA.

1 *Legatum puellae factum de habitando in domo testatoris, ostiumque domus illius apertum retinendo libertatem matrimonii non tollit.*

2 *Conditio generalis non nubendi in virgine non tenet.*

3 *Nisi*

3 *Nisi in fraudem matrimonii prohibeatur ne nubat tali tempore loco vel possessione.*
4 *Conditio non nubendi in vidua simpliciter tenet.*
5 *Pœna quæ consistit in lucro perdendo non impedit libertatem matrimonii.*

Qvæstio LIV.

Dispositio testatoris mandantis puellam habitare in eius domo ollium que domus apertum teneri, non dicitur inducere speciem seruitutis, vel libertatem matrimonii impedire. Licet enim præcise quis cogi non possit habitare certo loco, disponi tamen potest quod habitet, & nisi habitauerit, legato careat, & tunc si malit habitare legatum consequitur, sin minus eo priuatur, *Bart. in leg. qui concubinam §. vxori. in finalibus verbis. ff. de leg. 3.* vel etiam seruanda est, quando hoc fit gratia alterius, cuius interest, *Bart. in leg. Titio centum §. Titio centum numer. primo & quarto. ff. de condit. & demonstrat.* vbi Paulus de Castro, idem Paulus *in dict. leg. cum tale in princ. ff. eo. Rumus consil. 202. numero quinto volum. primo.* Libertasque matrimonii non impeditur, eo quod potest nubere absque eo quod recedat à domo, secundum Paul. de Castro, *in leg. si hoc §. cum vir vxori numer. 2. de condit. & demonstrat. post Bart. ibi per illum text. cum duobus sequentibus*, vbi habetur, quod conditio non nubendi siue directo siue per indirectum generaliter opposita respectu omnis temporis omnis personæ, & loci spernitur, secus autem vbi specialiter apponitur respectu certi temporis, certæ personæ, vel loci, vt si testator iubet ne nubat vsque ad tale tempus, quia postea nubere potest, vel ne nubat tali, potest alteri nubere, vel ne nubat tali loco, potest alio loco, & ita expressim disponitur, *in leg. cum ita, & leg. hoc modo. ff. de condit. & demonstrat.* & declarant ibi Bart. Bald. Alberic. & Paul. vbi ait Alberic. quod perpetuo ne nubat indici non potest, temporaliter autem potest, sequitur Soci. *in l. mulieri & Titio numero 11. ff. de condit. & demonstrat. Aret. consil. 67. colum. prima Ias. auth. cui relictum numero tertio. Cod. de indic. vid. toll.* ergo seruanda est testatoris voluntas, cum poterit virum ad se traducere, & ab initio pacisci de habitando in testatoris domo, ita in quæstione proposita respondit Corn. *consilio 70. numer. 11. circa fin. volum. 1. Capic. decis. 135. vbi communis, Rosella in verbo vxor post Hostien. vbi relatum.*

At si fraudem matrimonii testator iubet ne puella nubat, tali tempore, loco vel personæ, quia alio tempore, loco vel personæ nubere verosimiliter, vel commode, vel honeste non possit, conditio reiicitur, & legatum consequitur, imo cessante testatoris fraude si commode, & honeste parere testatoris voluntati non possit, legatum habebit contra iussum testatoris nubendo, *dict. leg. cum ita, & leg. hoc modo. ff. de condit. & demonstrat.* & ibi Bart. & ponit Alberic. *numero secundo Ias. dict. auth. cui relictum numero trigesimo*, & facit quod non dicimur posse quod salua dignitate non possumus, *leg. nepos Proculo, vbi gloss. ff. de verb. significat.* & præmissa procedunt in virgine. In vidua autem secus est, cui conditio non nubendi simpliciter iniungi potest, quam si spreuerit legato indigna efficitur siue expresse, siue tacite non nubendi, conditio ei fuit adiecta ob publicum bonum honestatis, vt mulier vnico contenta sit matrimonio, cum secundæ nuptiæ sint signum incontinentiæ, *Auth. cui relictum. C. de indic. vidui. tollen.* & ita communiter tenent ibi Bart. Bald. Salic. & Angel. & de communi testatur ibidem *Salic. numer. 2.* & Angel. quoque *in princ.* & facit Oldrad. *consil. 213.* Paul. *consil. 219. volum. primo.* Non obstat quod libera debeant esse matrimonia, *c. cum locum & requisiuit. & c. gemma de sponsal.* quoniam Ant. de Butr. *d. c. gemma. num. 7.* opponẽdo de tex. *dict. §. Titio centum* respondet, quod pœna quæ cõsistit in lucro perdendo non tollit libertatem matrimonii, & valet huius pœnæ appositio, quia sola amissio lucri non habet intimidare matrimonium, ita quod dicatur tolli libertas matrimonii. Quocirca puella testatoris voluntati parere, & domum inhabitare tenetur, vel extra domum testatoris nubendo, legato sibi facto carere, nisi doceat commode & honeste ibi nubere non posse.

Svmmaria.

1 *Conditio non nubendi etiam de iure diuino in virgine reiicitur fides, proles & sacramentum.*
2 *Matrimonii bona tria sunt principalia.*
3 *Filii sunt generandi ad cultũ diuinum ampliandum.*
4 *In matrimonio significatur vnio diuina, & humana natura.*
5 *Coitus vxorius, quando non sit, vel sit peccatum.*
6 *Conditio non nubendi de iure diuino, etiam in vidua reprobatur.*
7 *Secundæ nuptiæ sunt signum incontinentiæ.*
8 *Idque declaratur, quando verum sit.*

Qvæstio LV.

1 Conditio † non nubendi à iure diuino comprobatur, dominus namq; Iesus sub præcepto ponere noluit nõ nubere, propter carnem humanã à peccato originali corruptã, & rationi rebellẽ effectam, ita vt nemo continere valeat, nisi gratia Dei sit adiutus, inquit enim apud Matthæũ non omnes capiunt verbũ istud, sed quib. datum est, & antea Salomon in sapientia dixerat, vt sciui quoniã aliter non posse esse continens, nisi Deus det, Adii dominum, & deprecatus sum illũ, postq̃ Apostolus, de virginibus scribens, ait: præceptum Domini non habeo, consilium autem do; Porro nuptiæ ante lapsum primorum parentum à Deo institutæ fuerunt ad officium tantũ, post lapsum vero, & ad officium procreandæ prolis, ad remediũ concupiscentiæ carnis, vt declarat Magist. *in*
2 *4. dist. 26. & ibi S. Tho. art. 2.* Quare bonũ † est nubere cum matrimonii plura sint bona & præcipue tria, fides, proles, & Sacramentum, quoad bonum fidei, dixit Magist. præcitatus *distinc. 32. in princ.* In omnibus aliis vir præest mulieri, in soluẽdo carnis debito pares sunt, quia nec viro, nec mulieri corp9 suũ licet alii tradere, debent enim nõ solũ causa liberorũ procreandorũ, quę prima est, verũ & infir-

mitatis, ad vitandos illicitos concubitus, mutuam
3 quodammodo ſeruitutem ſibi præbere. Quoad †
bonum prolis inquit Scotus dicta *diſt. 26. quaeſt. vnica concluſione 2.* finis prolis eſſe debet, procreari fi-
lios religioſe educandos ad ampliandum cultum
diuinum, & probat hæc auctoritas Auguſtini di-
centis: Bonum prolis, non dicitur ipſa proles, ſed
ſpes, & deſiderium, vt religioſe educetur.
4 Quoad † Sacramentum dixit Apoſtolus,
Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico
in Chriſto, & in Eccleſia, & hoc eſt, quod dicunt,
bonum Sacramenti è dictamine graue, quia ſi-
gnificatur vnio diuinæ, & humanæ naturæ, pro-
pterea tria matrimonii bona ſignant, triplicem
proprietatem vnionis Chriſti cum eccleſia. Primo
quia Chriſtus vnitur vni, hoc eſt, eccleſiæ, quæ v-
na eſt. Secundo quia ex ea generat filios. Tertio
5 quia † nunquam ſeparatur ab ea. Sic tradit S. Bo-
nauent. & alii *in 4. diſt. 31. art. 1. quaeſt. 2.* ob reueren-
tiã igitur Sacramenti nouerint vxorati à peccato
declinare, ſcientes, quod coitus coniugalis ſi cauſa
procreãdę prolis eſt, nedum excuſat à culpa mor-
tali per Sacramentum matrimonii, ſed etiam à ve-
niali. Sic cauſa fornicationis vitandæ, actus matri-
monialis exercetur, tunc reddere debitum coniu-
gale, nullius eſt criminis, exigere autem culpæ eſt
venialis; *Magiſt. dict. diſt. 32.* vbi S. Bonauent. *diſt. praecedenti art. 2. quaeſt. 2.* Latius explicat, inter alia di-
cens, ſi petitur debitum coniugale iuſtitiæ eſt, hoc
eſt, fidei reddere, ideo omnino à culpa excuſatur,
qui debitum ſoluit. At qui petit, ſemper peccat ve-
nialiter, Si cauſa libidinis explendę, vir vtitur vxo-
re, tunc ſi vir in vxore vult delectari, quia eſt vxor,
& nullo modo eam cognoſceret, ſi vxor non eſſet,
veniale eſt, & excuſatur per ſacramentum matri-
monii, ne ſit mortale, ſin autem per delectationẽ
carnis, cognoſcit vxorem tanquam meretricem,
quod eſt, quando eam cognoſceret etiam, ſi ſua v-
xor non eſſet, tunc peccat mortaliter, S. Bona-
uent. *d. diſt. 31. art. 2. quaeſt. 3.* vbi & S. Thomas *art. 4. Hoſtienſis de matrimon. num. 23. Aſtenſis lib. 8. tit. 10. art. 2. gloſſa in c. origo 32. quaeſt. 4.* vbi moralis lex ad hoc
ex præmiſſis liquet, quod ius ciuile reiiciens con-
dictionem non nubendi in virgine, iuri diuino
6 adhæret: At vero † in vidua ius ciuile deuiat à iure
diuino, etenim ius ciuile in vidua conditionem
non nubendi maxime intra annum luctus appro-
bat, ius diuinum reprobat, eo quod non ſolum
primæ, & ſecundæ nuptiæ, ſunt licitæ, ſed etiam
tertiæ, & vlteriores non ſunt damnandæ, inquit
magiſt. *in 4. diſt. 42. in fine,* & poſt eum ibi S. Thom.
art. 4 & S. quoque Bonauent. *art. 3. quaeſt. 1.* qui de-
clarat hoc verum eſſe dummodo fiant bono fine,
propter prolem generandam, vel fornicationem
vitandam, & Apoſtolus Timotheum inſtruens
ait, volo iuniores viduas nubere, filios procreare
matresfamilias eſſe ſequuntur ibidem Gabriel
Biel *quaeſt. 2.* Durandus *q. 3.* & habetur *in c. finali tuactus praecedentibus 31. quaeſt. 1. & c. penultimo, & vltimo*
7 *extra de ſecundis nupt.* Non † obſtat, quod ſecundæ
nuptiæ ſunt ſignum incontinentiæ, & quandam
turpitudinis ſpeciem habent, vt dixit S. Tho. pro-
xime relatus in reſponſione ad 2. & allegat Chry-
ſoſtomum dicere, ſecundo nubere licitum eſt, ſe-
cundum veritatem fornicatio eſt; reſponſio ha-
8 betur ex S. Bonauent. præallegato, dicente: Ideo †
ſecundæ nuptiæ ſunt licitæ, quia vtiles ſunt in eis,
namque eſt torus immaculatus per bonum fidei,
venter fœcundus, per bonum prolis, & etiam ibi
ſacramentum per ſignificationẽ Chriſti, & eccle-
ſiæ, & ſic Saluator ratione vtilitatis, quia ſunt in
officium & in remedium, ſunt quoque honora-
biles ratione continentiæ coniugalis, & ſignatio-
nis ſacramentalis, licet imperfecte, & ideo carent
gloria, verum quoniam carent culpa, non ſunt vi-
tuperabiles; etenim, nec dominus, nec ſancti eas
prohibent tanquam malas, ſed eas non perſuadẽt,
tanquam defectiuas. S. Bonauent. non adeo de vi-
duis male ſentit, vti faciunt ſancti Chriſoſtomus,
& Tho. ad illud Chryſoſtomi inquit Gabriel *praecitat ad diſtin. 42. quaeſt. 2. concluſione 54.* inculcat Chry-
ſoſtomus cauſam ſecundo nubendi, nempe incõ-
tinentiam non autem nuptias accedit, S. Bona-
uen. *in 4. dict. diſt 42 art. 3. quaeſt 1.* dicens Chryſoſto-
mus vocat fornicationem. Hæc eſt coniectura
fornicationis, quæ tamen ſæpe fallit, vel vocat
fornicationem quandam libidinis immerſionem;
Hoſtien. *de ſecundis nuptiis §. an licitum.* aliter reſpõ-
ſiones inducit, ad idem quoque eſt, quod habetur
in cap. finali de ſecundis nuptiis, quod ſecundo nubẽ-
tes etiam infra annum luctus, carent infamia, er-
go ſecundas nuptias non eſſe damnandas, ſed tã-
tum, quando contrahuntur cauſa libidinis ex-
plendæ, tunc ſane in eis eſt fornicatio, & turpitu-
dinis ſpecies, ſubiungitque Gabriel 2. & vlterio-
res nuptiæ dicuntur carere gloria, & honore, rela-
tiue ad primas nuptias propter defectũ ſignatio-
nis ſacramentalis, quia in ſecundis nuptis non eſt
vna vnius, ſicut vna eſt eccleſia vnius, id eſt Chri-
ſti, quod eſt in primis nuptiis; præmiſſa quoq; cõ-
probant S. Bonauent. *d. diſtin. 42. art. 3. quaeſt. 1.* Du-
randus ibidem *quaeſt. 3, Aſten. lib. 8. tit. 82.* & Hoſtienſ.
præallegatus, atque Silueſter *in verbo nuptiae.*

SVMMARIA.

1 *Alchimiae ars non reprobatur niſi iis qui aurum ſophiſticum componunt.*

QVÆSTIO LVI.

ALchimiæ non eſſe prohibitam artem, ſed à
Canoniſtis † atque Theologis approbatam.
1 Reſpondeo, vtpote quæ nihil derogat Maieſtati,
ac omnipotentiæ Dei, cum Alchimiſta ſua arte
immitetur naturam, & ex metallo vili, præcioſius
illud conflet virtute herbarum, & lapidum à na-
tura eis inſita, accedente cæleſtium corporum in-
fluxu, quod proculdubio naturaliter fit, ex ſimi-
litudine, quam inuicem metalla habere noſcun-
tur, cum in habentibus ſymbolum ſit facilis trãſi-
tus. Io. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de crim. fal.* Ol-
dradus *conſ. 74.* vbi refert beatum Auguſtinum
ita tenuiſſe, Io. de Anan. poſt Abbatem *in cap. 2. de ſextilegiis* hoc plene confirmat, & habent canoni-
ſtæ *in c. nec mirum 26. quaeſt. 5.* vbi habetur quod in-
ſunt rebus corporeis virtute elementorum quæ-
dam

dam res seminariæ rationes, quibus cum data fuerit oportunitas temporalis, atq; causalis prorumpunt in species debitas, quem text. ad propositum nostrum inducit frater Martinus in Margarita decreti verbo *Alchimia* in eandemq; sententiã venit Diu[9] Thomas *secunda 2.* vbi dixit de Alchimia scribens: Nihil prohibetur artẽ naturalibus causis vti ad producendũ naturales, & veros effectus, atq; etiã præmissi referunt sua tempestate quendã magistrum Arnaldum præclarum in curia Romana Medicum, & Theologũ, qui faciebat virgulas auri, quas cõsentiebat subiici omni probationi Aurificum, & eandem opinionẽ sequuntur *in l. vnica quæ sint regalia*, quia ibi Alchimia prohibetur eorũ qui aurum, vel argentũ sophisticum, & adulterinũ consingunt, non aũt eorum, qui verum aurũ atq; probatum componunt, quare hebræum hunc de ciuitate Anconæ hic tamq; Alchimistam accusatum, & carceratũ absoluẽdum esse respondeo, nisi fiscus doceat ipsum falsam conflare materiã. Non etiam præmissis obstat, q summa Angelica verbo *Alchimia* inuehitur contra Alchimistas, & acriter reprehendit illos dicens, eorũ artem illicitã esse, & contra publicã vtilitatem. Quoniã rationes Angeli, reprobant Siluester, atque Labien. in eorũ summis eodem verbo, & ad singulas illius rationes responsiones afferũt, tenentes nõ esse peccatũ Alchimiæ artẽ exercere, eamq; licitã esse, & communiter doctores ita tenent, inquit additio ad Angelum loco præcitato; veruntamẽ postq̃ firmauit opinionem hanc concludit bonũ consiglium esse aliis artibus meliorib. operam dare, vtiq; quantũ in se est scientia Alchimia, vera est, quemadmodũ auctoritates grauissimorum auctorũ superius relatorum ostẽdunt; verum restringerem hoc ad viros eminentis scientiæ, quibus citra peccatum licere arbitror scientia Alchimiæ vti, qui si quandoq; decipiunt excusabiles sunt, qm̃ in occultis iudicium sæpe fallitur humanũ. At in rudibus, & simplicioribus hominibus quorũ pars maior est, culposum esse dicerẽ, quoniam culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti, *c. non est sine culpa. de reg. iur. in 6 l. culpa est. ff. eodem*, quæ regula ad imperitos maxime refertur, vtcumq; sit, multos depauperari, neminem ditari vnquam audiui, neq; legi præter Arnaldum medicum supra memoratum, adeo plane recondita est, atq; scitu difficilis Alchimiæ scientia, quod fere pro impossibili habenda est, *arg. l. mora. ff. de vsuris in glossa*, difficilis est, quare salutare est Labientis consilium, melius esse ab huiusmodi abstinere, & aliis vacare sciẽtiis vel artibus. Ad idem est quod ad Timotheum scribit Apostolus, qui diuites fieri volunt incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & desideria multa inutilia, & nocua, quod maxime verificatur in hac scientia abstrusa, & periculosa valde, in qua experimentum sæpe fallax inueniunt Alchimistæ; videant ergo ne de ipsis dicatur quod in ecclesiastico habetur: qui amat periculum peribit in illo. Et alibi ab eodem dicitur, qui tetigerit picem inquinabitur ab ea.

SVMMARIA.

1 *Administrator bonorum mulieris dotem pro ea promittendo de bonis ipsius mulieris promisisse censetur.*

2 *Negotium ad alium pertinet, reipsa, cura, & solicitudine, ratihabitione, & ipso gestu.*

3 *Inter dominum, & gerentẽ negotia domini, qui scit, & patitur oritur actio mandati.*

4 *Negotiorum gestor dicitur qui absentis, & ignorantis negotium gerit.*

5 *Nuntius dicitur qui concipit verba contractus in persona domini, procurator vero qui in persona propria procuratorio tamen nomine.*

6 *Procurator cui nihil quæritur, non ipse obligatur, sed dominus.*

7 *Procurator seu nuntius tamque deceptor tenetur, nisi doceat de mandato.*

8 *Tutor, procurator, & iis similes simpliciter contrahentes in rem domini ipsum dominum obligant.*

9 *Institor, Præpositus, & factor dominum obligant, & finito eorum officio conueniri non possunt.*

QVÆSTIO LVII.

TExtus *in l. si pupilli §. 1. ff. de negot. gest. & in leg. procurator qui per euictionem. ff. de procurat.* à
1 scribentibus † subtiles atque difficiles appellantur. Ideoque ad intelligentiam eorum plura præmittenda sunt, quibus cognitis, & ad contingentiam casuum occurrentium applicatis prudens causarum patronus veritatem assequitur. Primo igitur præmitto, quod mater, frator & quilibet extraneus bonorum mulieris administrator in causam illius contrahendo vel dotem per ea promittendo de bonis ipsius, nõ vero de propriis promittentium bonis dotem constituisse, vel aliter contraxisse censetur, *l. Nesennius. ff. de negoc. gest. l. si. C. de dotis promission.* vbi post alios Ang. notabiliter hoc explicat Paul. de Cast. *cons. 352. volum. 1. Soc. consil 291. vol. 2. Andr. Barbat. plene cons. 59. volum. 3. Rum. cons. 200. volum. primo. Boer. decis. 129. part. prima*, & dixit Cynus *in dict. leg. fin. Cod. de dotis promissione* quod aliter vltra montes fuit quæstio disputata, & ita determinatum, *Campeg. de dote. parte prima quæstione 24.* æquiorem dicit hanc sententiam esse Barbat. *in addit. ad Bal. in dict. leg. fin.* commu-
2 nem opinionem refert. Secundo † negotium ad alium spectat, primo reipsa, secundo cura, & solicitudine, tertio ratihabitione, quarto ipso gestu, vt magistraliter docet, atque declarat Azo *in summa. C. de negot. gest. num. 2.* sequitur Bart. *in dict. l. si pupilli §. item quæsiit. ff. de negot. gest.* & plane Ioan. de Platea *instit. de action. §. actionum*, & Ias. ibi multa remissiuè ponens.

3 Tertio inter dominum, & gerentem negotia domini præsentis, vel ẽt absentis, qui scit, & patitũ sua negotia geri, nec contradicit, oritur actio mãdati. Nam tacite consentiendo, mandare videtur, *leg. qui patitur. & l. qui fidem. ff. mandati. Dec. c. ratihabitionem. ff. de reg. iur. in 6. Bal. & Alberic. in leg. 1. ff. de neg. gest. Dec. in l. semper qui nõ phibet. ff. de reg. iur. Paul.*
4 *de Cast. cons. 1. vol. 1.* Aliud vero in actione † negotiorũ gestorum cũ absentis, & ignorantis personam huius-

huiusmodi actio respiciat, *§.primo Instit. de obligat. quae ex quasi contractu. leg.1. & 2. ff. de negoc. gest. Paul. de Cast. in d.l. si Pupilli §.1.*

5 Quarto † omnis nuntius est procurator, quia non dicitur nuntius, nisi habeat mandatum, sed non omnis procurator est nuntius, is vero tamquam nuntius contrahere dicitur, qui nomine domini contrahit, concipiendo verba contractus in persona domini, dum nuntius sit vox domini, & tamque Pica, & organum, & tunc inter dominum, & contrahentem cum nuncio oriatur actio, nuntii vero nulla est obligatio, qui nudum praestitit ministerium. Procuratorio nomine contrahit, qui in persona sua verba contractus concipit, procuratorio tñ nomine, & tũc obligatio, & actio oritur inter procuratorem, & eum qui cum illo contrahit, non autem inter contrahentem, & ipsum dominum, nisi domino cessis à procuratore actionibus. *glos. & post eam Bart. Bal. Angel. Albert. & Paul de Cast. in dicta leg. si pupilli §.1. num.3. ff. de negoc. gest. Specul. tit. de procur. §. vt autem. num.5. vbi plene, leg. multum interest, in glos. magna. C. si quis alteri, vel sibi,* & quod ibi scribentes.

6 Quinto † vbi procuratori nihil quaeritur, nec ad illius manus quicquã peruenit, tunc solus dominus obligatur, cuius contemplatione contractus celebratus apparet, neque à seeum contrahente procurator conueniri potest, vt habetur *in dict. leg. si pupilli §. primo, & in l. procur. qui pro euictione. ff. de procurat.* & alibi quoque, & plene prosequitur Soc. *cons.154. colum.1. vol.2.* plures casus in materia complectens.

7 Sexto † nuntius seu procurator docere tenetur domini mandato contraxisse, vel ipsum ratum contractum habuisse, alioquin tanquam deceptor ipse tenetur, Bart. atque Castrensis *in dict. leg. procurator qui pro euictione. Boer. decis.80.*

8 Septimo † si quis simpliciter contrahit, non expresso tutorio, curatorio, aut procuratorio nomine, contrahendo in rem domini cum eo qui sciebat ipsum esse tutorem, curatorem, vel procuratorem, non obligatur neque conueniri potest, vtpote quod alieno nomine contraxisse censetur, nisi expresse suo nomine se obligauit, *Ang. & Albe-ric. dict. leg. procurator qui pro euictione. Corn. cons.27. n 3. volum.2. Soc. R. cons.154. num.11.*

9 Octauo institor, † praepositus, & factor, dominum obligant, nec ipsi eorum contractibus obligati remanent, neque conueniunt finito ipsorum officio, *Paul. de Cast. cons.20. volum.2. Paris. cons.94. num.33. volum.1. Ronchegal. Ferrarien. in leg. eandem num.175. & numer.176. ff. de duobus reis. Alex. cons.44. volum.2.* vbi enumerat requisita ex quibus institor dominum obligat.

S V M M A R I A.

1 *Testes agnati, affines, & cognati à testimonio repelluntur in causa criminali ad offensam.*
2 *Inculpatio offensi in mortis articulo nõ facit inditium ad torturam.*
3 *Exculpatio offensi facit indicium innocentiae.*
4 *Inimicitia in specie probari debet.*
5 *Inimicitia cum sit inditium remotum à facto, non facit inditium ad torturam.*
6 *Fama à fide dignis originem habuisse debet.*
7 *Fama ex actu delictum praecedente, vel sequente procedens, ex quo oritur praesumptio, facit indicium ad torturam, si causae suspitionis sint rationabiles, & vrgentes.*
8 *Fama probari debet per duos testes dicentes se audiuisse hoc a maiore parte populi.*
9 *Fuga ante accusationem, vel inquisitionem facit inditium ad torturam, post vero non facit.*
10 *Fuga ante processum facit inditium, nisi rationabili causa possit excusari.*
11 *Fuga ante processum facit inditium, nisi comminata fuisset accusatio, vel inquisitio, vel nisi esset suspitio, ne accusaretur, vel inquireretur.*
12 *Variatio non in facto pacti inditium non facit, nisi cõcurrat trepidatio, inconstantia, pallor, vox vacillantiens, loquela timida*
13 *Consilii seu mandati de occidendo inditium oritur ex tribus, de quibus hic copulatiue concurrentibus.*
14 *Contumacia facit inditium ad torturam.*
15 *Primo limitatur procedere secũdum qualitatem personae & facti circumstantias.*
16 *Secundo limitatur non procedere quando per contrarias probationes tollatur effectus contumaciae.*
17 *Tertio limitatur non procedere in eo qui non rite fuit in contumacia condemnatus.*
18 *Quarto limitatur non procedere in ficto contumace.*
19 *Negatio in tormentis perseuerata purgat inditia, & reus absoluitur.*
20 *Reus si tortus nihil confitetur, & iudex est dubius ob vehementia inditia absoluitur ab instantia iudicii.*
21 *Tortus perseuerans in negatione absoluitur, etsi delictum sit plene probatum.*
22 *Tortus perseuerans in negatione iterato torquetur, si inditia sunt multum vrgentia, aliter secus.*
23 *Tortus si non confitetur, Iudex mandat eum pro nunc relaxari datis fideiussionibus de se praesentando.*
24 *Tortura vltra tres vices repeti non potest.*

QVAESTIO LVIII.

Fiscum iuuare nequeunt defuncti agnati, in testes recepti, quoniam † testis qui sit de agnatione offensi, repellitur à testimonio cum iniuria vni facta omnibus de agnatione illata esse dicatur, sed & cognati, affinesque reiiciuntur, *Alex. in leg. si finita §. si de vectigalibus. ff. de damno infect. Felin. in cap. cum oporteat, de accusation. Alex. cons.24. num.19. vol 2. Soc. cons.228. vol.2. Grammat. volum.45. numer.4. & 5.* 1

2 Non † etiam iuuatur fiscus mortui inculpatione, quoniam in mortis articulo constituti inculpatio afferentis se ab aliquo vulneratum, nc dum non probat, sed nec etiam facit inditium ad torturam sufficiens, tametsi delictum aliter probari non possit, cum enim ex iniuria & offensa in illius personam vt praetenditur illata sit effectus inimicus eius, quem inculpauit, standum non est dicto suo contra imputatum, ne in causa propria sit testis idoneus, & quia non omnis moriens praesumitur esse S. Io. Baptista, *l. si quis in grau. §. si quis moriens. ff. ad Syllanian. Ias. in l.1. num.10. C. communia de legat. Fel. in c. literas num.2. de praesumpt. Alex. cons.14. numer.3. & seq.*

ſeq.cum multis ibi additis vol.3.Marc.Ant.Blanc.in l. fin. num. 390. & ſequentib. ff. de quæſtionibus vbi omnes hoc tenere dixit. *Brun.tract.de inditiis & tortura parte prima quæſt.5.num 26.*

3 Aliud † inexculpatione, quia exculpatio facit inditium innocentiæ, *Bald.in leg.1.num.32.Cod.communia de legat.* quod dictum multum exclamat ad euadendum aliquem à tortura, *ibi Iaſ.num.10.& tenet Alex.conſ.24.nu.15.vol.2.Grammat.conſ.64.num.1.*

4 Inimicitia † fiſco non ſuffragatur, quia alleganti inimicitiam incumbit onus probandi, in ſpecie cauſam inimicitiæ & qualitatis ipſius, Bald. *in leg. ſi quis teſtibus numer. 8. in fin.Cod.de teſtibus & in leg. liberi numer.3.Cod.de inoffic. teſtam. Iaſ.in leg. apertiſſimi numer. 7. Cod. de iudit. Felin.in cap. cum oportet,*

5 *numer.5.de accuſationibus.* Rurſus † inimicitia non producit inditium ad torturam ſufficiens, cum ſit inditium remotum à facto, vt tradit Ang. *de maleficiis in verbo fama publica, verſ. quæro an vnum,* cuius opinionem confirmant, contrariaque tollunt, Marſil. *in leg.prima §. præterea numero vigeſimo quinto. ff.de quæſtion.* Mart.Ant.Blanc. *in leg. fin. numero 177. ff.eo.* Grammat. *conſilio 30. numero decimoſexto & voto 30.numero 20.* & vtrobique communiter ita teneri refert. Fama intentionem fiſci confirmare non poteſt, quoniam aut fama originem habet ex dicto & ſermone certarum perſonarum, proptereaque populus vel maior pars ita dicit, & credit, quia tales ita dixerunt, & tunc fama debet habuiſſe principium à perſonis fide dignis & non ſuſpectis, alioquin non concludit, *Bart.in leg.de minore §. plurimum numer.15. ff. de quæſtionibus. Blanc.in leg.fin.numero 315. ff. eo.* ponens exemplum, ſi ideo fama eſt, quia moriens vulneratus dixit, non erit famæ origo probabilis atque fidedigna.

6 Aut fama originem † habet ex aliquo actu præcedenti vel ſequenti, ex quo oritur ſuſpitio, quæ in populo famam inducit, & tunc cauſæ ſuſpitionis ex actu præcedenti, vel ſequenti procedentes, ex quibus oritur fama debent eſſe rationabiles atque vrgentes, alioquin dicitur vana vox Populi, & vbi concurrunt cauſæ vehementes, de quibus conſtat, tum fama facit inditium ad torturam, aliter ſi cauſæ leues ſint, reus torqueri non poteſt, *Bart in dict. §. plurimum numer. 36.in fin. Marſil.ibidem numero 27. & 28. Iaſ.in leg. admonendi numer.207. ff. de iur. iur. Blanc.in dict. leg. fin. num 315 Felin.in c.veniens. il primo num. 15, de teſtibus.* Rurſus debet fama probari ad minus per duos teſtes, deponentes ſe hoc audiuiſſe dici à maiori parte Populi nominando in ſpeciem aliquos, à quibus dici audiuerunt, & licet de omnibus non recordentur, debent tamen de aliquibus recordari, aliter non probant, cum ſcire non poſſit an à perſonis fidedignis ortum habuerit. *Bart. in dict.§. plurimum numer.22. & 31.Marſil. num.4. cum pluribus ſequentibus. Blanc.dict.leg fin.num.312.Dec. conſ.57. num. 2. Grammat.conſ.26.nu.13.*

9 Fuga † vt faciat inditium ad torturam diſtingui ſolet, aut quis aufugit antequam eſſet accuſatus, vel inquiſitus de maleficio aut poſt, & primo caſu facit inditium, quia de loco maleficii receſſiſſe præſumitur ob conſcientiam delicti, quæ induxit eum ad fugiendum. Secundo vero caſu fuga non facit inditium, quia iuſte timuiſſe dicitur, & aufugiſſe ob probabilem timorem accuſationis vel inquiſitionis contra ipſum formatæ, *Bart.in l. 1.in fin.ff.de iis qui ſibi mortem conſciner. Ang.tract. malefic.in verbo fama publica, verſ. an fuga, vbi in addit. Auguſt.de Arimino. Iaſ.in leg.2.numer.5.in fin. Cod qui teſt. facere poſſunt, & plene in leg.admonendi numer.157. & ſeq.ff. de quæſt. Brun.tract. de inditiis. tertia quæſtion. prima partis num 6. & ſequentibus,* & hæc eſt communis opinio, vt referunt Iaſ. *dict. l. admonendi,* Blanc.

10 & Brun.proxime citati. Quatenus † autem dicitur fugam ante proceſſum inditium facere limitatur non procedere, quando fuga excuſari & collocari poſſet aliqua probabili, & rationabili cauſa, Bald. *in leg.in bona fides num. 7.C.de rebus credit.* ſentit Aug. de Arimino conciuis meus *in addit. ad Ang. practicatum* Iaſ.expreſſe ponit *in dict. l. admonendi num. 158. de quæſt. Brun. loco ſupra citato numer.7.* & ponunt exemplum in eo qui propter inimicitias aufugit, timens ne offenderetur à conſanguineis interfecti. Cum enim de homicidio inculparetur ibi ſecure morari non poterat.

11 Secundo † limitatur non procedere quando comminata fuiſſet accuſatio, vel inquiſitio, antequam eſſet initiata, vel eſſet ſuſpicio ne accuſaretur, vel inquireretur, nempe tunc quamuis nondum ſit proceſſus inceptus, iuſte dicitur timuiſſe vexationes iuditii, & fugiens, non ex conſcientia delicti ſed ex probabili timore receſſiſſe præſumitur, *Rom. in l. lege Cornelia nu. 2. verſ.in quantum. ff. ad Syllaman. Dec.conſ.134.n.3.Iaſ.d.l.admonendi n.158.circa princip.Blanc.d.l.fi.n.282.Brun.vbi ſupra.n.9.* Variatio

12 quæ non eſt † in facto principali inditiū non facit, vt reus quæſtioni ſubiici poſſit, *Bart.in l.eos.ff.de falſis, Marcus Ant.Blanc.d.l.fi.n.263.* vel ſola variatio nō facit inditium, niſi copulatiue concurrat, trepidatio, inconſtantia, pallor, vox balbuciens, & loquela timida, & ſi horū vnum vel alterum deficit, reus torqueri non debet, licet plurimū hoc reſideat in arbitrio iudicis, *Bald.in l.presbyteri. C.de Epiſc.& Cleric.Bart.d. l. fin. & poſt alios ibi Blanc.n.260.Brun tract. de inditiis.part.1.q.3.n.3.Marſil.in pract.§. diligēter.n.79.*

13 At † vero conſilii ſeu mandati inditium oritur tribus copulatiue concurrentibus, quorum vnum ſi deficiat inditiū torturę ſufficiens adeſſe nō poteſt. Tria autē requiſita ſunt, inimicitia capitalis, ſecreta locutio cū delinquente, & delictum incontinenti ſecutum, *Bal.in l.ſi fugitiui, C.de ſeru fugit.& alii quos adducit ibi Iaſ.n.31.5 limitatione.Felin.in c. afferte numer.12. de præſumpt. Marſil.in leg prima §. Præterea n.27.ff.de quæſt.Blanc.d.leg.fin.num.262.ff.eo.*

14 Bānitus † in contumacia, & captus, vel ſponte cōparens licet torqueri poſſit ſine aliis inditiis, quia contumacia ſola facit inditiū ad torquendum ad veritatē delicti inueſtigandā, vt tenuit vbiq; Marſil. *in pract.§.diligenter numer.136. ſing.17. & in aliis locis ibi citatis,* & hæc opinio ſumitur ex doctrina Bal. *in l.1.n.13.in fin.C.de hered.inſtit.* ad quem ſemper recurrunt, qui in hoc articulo ſcribunt, & idem

tenet

tenet Brun.tract.de inditiis & tortura 2. parte quæſt.
5.num.7. Grammat.conſ.12.num.21.& deciſ.11. nume.15.
15 Hæc † concluſio primo limitatur, vt procedat ſe-
cundum qualitatem perſonæ,& facti circumſtan-
tias. Nam ſi quis abſens fuerit, ex legitima cau-
ſa, & bannum in eius contumaaia publicatum
ignorauerit, quodque bannitus ſit bonæ condi-
tionis,& famæ, vtique contumacia ſola non facit
inditium, ita ſentit Bald.in d.leg.1.Cod.de heredit.in-
ſtit.& plene declarat,atque confirmat Blanc.in leg.
fin.num.293 ff.de quaſt.hinc dixit Grammat. conſ.37.
num.5.quod ex ſola contumacia, non concurren-
tibus aliis, quis non torquetur pro doctrinam
Baldi in d.leg.1.ſentiens ex mente Baldi, malam perſo-
næ qualitatem vel alia concurrere debere, alio-
quin ſola contumacia non inducit ſuſpitionem,
ſen inditium ſufficiens ad torturam, & idem vo-
luit Carrer.in ſua practica criminali in additione ad re-
pertorium,in verbo contumacia,vbi inquit,quod ſi an-
te citationem reus aufugit,& ex cauſa ſe abſenta-
uit,& non habuit notitiam ſubſeqnentis citatio-
nis contumacia non facit inditium, merito dixit
Blanc. in l.fin. quod alias dura eſſet deciſio Baldi.
Idem quod ſupra tenuit Boſſ. tit. de indit. & conſi-
derat. ante tort. num.135. inquiens, quod ſi aliquo
modo contumacia poteſt excuſari,reus torqueri
non debet,& idem confirmat Foller. in pract. cri-
min.in verbo banniantur num.54. quod dicit eſſe no-
tandum,& in verbo,& ſi confitebuntur num.29.in
3.parte tertiæ partis,vbi plene in materia ſcribit,po-
nens regulam cum quatuordecim ſallentiis, de-
bet ergo contumacia habere concurſum malæ
conditionis perſonæ bannitæ, & quod ex cauſſa
non rationabili fuerit abſens, aliter ſi fuerit pro-
batæ vitæ, & ex cauſa rationabili abfuerit, ban-
numque ignorauerit, prout ignoraſſe præſumi-
tur,tunc ſecus,ad quod facit, quod abſens ex cau-
ſa legitima, reſtituitur in integrum, ex clauſula ſi
qua mihi iuſta cauſa.l.1.ff.ex quibus cauſis maior. Bart.in
leg.fin.ff.de reſtit.in integrum. etſi aduerſus delictum
quis reſtitui non poſſit, aduerſus tamen contu-
maciam reſtitui poterit. Quamuis vero Blanc. in
eodem loco concludere videatur, quod ſuga poſt
delictum,iuncta contumacia faciunt ad torturam
inditium, cum non ex ſola contumacia, ſed cum
adminiculo fugæ oriatur inditium, reſtringen-
dum eſſet hoc dictum per ea quæ ſupra conſi-
derata qualitate perſonæ & circumſtantiis, qui-
bus accedant rationes & auctoritates ſupra in
articulo fugæ relatæ & confirmatur quod quæ-
libet cauſa excuſat à dolo,gloſ.in leg. vnica. ff. ſi quis
ius dicenti non obtemper. ergo concurſus fugæ,cui nõ
ineſt dolus,non debet facere inditium, vbi aliter
contumacia ſola non facit,ſin autem contumacia
concomitantiam habet fugæ non excuſabilis, &
malæ conditionis perſonæ,tunc his concurrenti-
16 bus reus torqueri poteſt,& non aliter. Secundo †
limitatur vt non procedat,quando per contrarias
probationes tollitur effectus contumaciæ,vt quia
bannitus comparens, vel captus, ad ſuas defen-
ſiones fuit admiſſus, prout admitti debet, priuſ-
quam torqueatur. Atque inditium contumaciæ
contrariis purgauerit inditiis,Boer. deciſ.165. numer.
5.in fin. Foller. in pract. crim. in verbo et ſi confitebuntur
num.21.& 22.Carrer.in leg.obſeruare. Cod. quorum ap-
pellat.non recipiuntur, & tenet Iul. Clar. ſententiarum
libr.1.§.fin. q. 44.verſ.quæro quando reus, & ita quo-
que ſentire videtur Blanc.ſupra ſæpe citatus. Ter-
17 tio † limitatur, vt non procedat in eo, qui non rite
citatus eſt iuxta formam ſtatutorum, loci vel aliis
de iure ſeruandis non ſeruatis condemnatus fue-
rit in contumacia, tunc ea non facit inditium per
ea quæ allegat Grammat.conſ.37.num.3.& 4.Foller. in
tract.loco ſupra citato n.18.& 19.Carrer.in pract.§. ter-
tium inditium n.18.
18 Quarto † limitatur non procedere in ficto cõ-
tumace domi citato, quia tunc ſic contumax re-
putatus,quæſtioni ſubiici non poteſt, quoniã ve-
ra contumacia,quæ dolum arguit, & inducit ſu-
ſpitionem delicti,facit inditium, non ficta, ad quæ
plura allegat Grammat.conſ.45.n.25.& ſeq. vbi plene
Boer.deciſ.64.n.5.Foller.d.verbo & ſi confitebuntur n.2.
At in caſu in quo inditia ad torquendum ſuffi-
19 cientia † extarent, nihilominus ſi reus delictũ ſibi
obiectum in tortura negauerit, atq; in negatione
perſtiterit,ex negatione perſeuerata in tormentis,
purgantur quæcunq; inditia,contra Deum faciẽ-
tia,nec leuia duntaxat, ſed etiam grauia, & vehe-
mentia,& reus abſolui debet,Bart.in l vnius §.1. in fi.
ff.de quæſt. Ang. de maleſic. in verbo comparuerunt dicti
inquiſiti num.3.Salic.in l.ſi quis num. 6. C. ad leg.Iuliam
de adult.Alberic.in leg.edictum num.2.ff.de quæſt. & ple-
ne Capol. conſ. criminalium 34.numer.18. & Grammat.
conſ.64. num.10. & ita totus mundus communiter
20 ſeruat,inquit Alberic.dict.leg.edictum. Et † ſi reus
tortus nihil confitetur & adhuc iudex eſt dubius
ob vehementia inditia, debet nihilominus reum
abſoluere ſaltem ab inſtantia iuditii, vel concede-
re abolitionem proceſſus, & mandare circũduci,
Salic.d.l.ſi quis.C.de adult.refert & ſequitur pro no-
tabili dicto Alex.in addit. ad Bart.in d.leg.vnius §.1. in
21 verbo, nec confitetur.Imo † nedum inditia tolluntur
ex negatione in tormentis perſeuerata, ſed etiã ſi
delictum eſſet plene probatum,& iudex (licet non
teneatur) reum torturæ ſubiecerit ad confeſſionẽ
delicti & in negatione perſeuerauerit, plena pro-
batio euacuatur,& vera eſſe non præſumitur, re-
uſq; abſoluitur,Marſil.poſt Alberic.ibi in d. l. edictum.
ff.de quæſt. & ſing.261.Cepoll. & Grammat.proxime re-
22 lati.Atq; reus † ſi tortus ſit & in negotiatione per-
ſeueret,non debet iterato torqueri, ſin autem in-
ditia ſint multum vrgentia,& iudici videatur illa
non eſſe in totum euacuata, tortura repeti poteſt.
At ſi prima vice ſufficienter purgata ſint, repeti
non poteſt, niſi nouis ſuperuenientibus inditiis,
Bart.in l.vnius.§.1.ff.de quæſt.plene Marſil.in leg. repeti.
colum.1.& 2.ff.eo.& in pract.§ quoniam numer. ſecun-
do.Alex. conſ.5. numer.5.volum.1. Aym.conſil 287.vol.2.
num 4.Boer.deciſ.163.num.9.& ſeq. vbi plene Grammat.
conſ 21.num.15.& ſeq.& ita communiter tenetur &
practicatur, vt Marſil.& Alex.referunt, quodque
tortus,nõ confeſſus,relaxari debeat, firmat Ang.
de maleſic. in verbo fama publica verſ.vlt. ſub n.120 vbi
inquit iudex interloqui debet reũ non repertum
culpa-

culpabilem mandauit relaxari, refert & sequitur
Marsil. *in pract. §. quoniam n. 48. & in d. l. reperti, nu. 31.*
Grammat. dict. consil. 21. n. 16. Boer. d. decis. 163. num. 15. &
23 *seq* Et inquit Marsil. † *d. §. quoniam*, cõmunem pra-
cticam totius Italiæ esse, quod iudex mandat pro
nunc relaxari, receptis fideiussoribus de se præsen-
24 tando, & ponit etiam † Marsil. notabilem quæst.
*in d. l. reperti n. 14. Boer. d. decis. 163. n. 19. post alios ibi re-
latos*, quod confessus in tormentis si postea extra
tormenta neget, & secundo in tormentis positus
confitetur, postea negat, & 3. in tormentis confi-
tetur, & 3. extra tormenta negat, non est amplius
torquendus, sed relaxandus, cum vltra tres vices
nemo torqueri possit.

SVMMARIA.

1 *Immunitas à principe concessa late interpretatur in præiudicium concedentis, at in præiudicium tertii stricte debet interpretari.*
2 *Priuilegiũ Principis intelligitur sine præiudicio tertii.*
3 *Priuilegium speciale generali priuilegio præfertur.*
4 *Vbi interuenit datio, vel factum priuilegium transit in contractum, nec priuilegii naturam retinet.*
5 *Priuilegii tenor imprimis debet attendi.*
6 *Priuilegium intelligitur sine præiudicio tertii quando tertius certat de damno, aliud si de lucro.*
7 *Priuilegiati duo si concurrunt is præfertur, qui de damno vitando agit.*
8 *Priuilegium principis intelligitur cum præiudicio tertii, qui habet ius in spe.*
9 *Priuilegium principis non derogat iuri tertii, quod habet de iure communi secus si de iure speciali.*
10 *Priuilegium principis cum clausulis non obstantibus & cũ clausula de plenitudine potestatis tollit ius tertii.*
11 *Priuilegium cum generali derogatione priuilegiorum tollit priuilegia non clausa in corpore iuris.*
12 *Priuilegium cum clausula derogatoria ad futura priuilegia sublatum non dicitur, nisi in 2. priuilegio sit facta specialis mentio de primo*
40 *Limitatur non procedere si secundũ sit concessum motu proprio principis, cũ clausula non obstantibus, quia tollitur primũ habẽs clausulã derogatoriã ad futura.*

QVÆSTIO LIX.

SAcro pietatis Monti pluribus ab hinc annis
fuit à sancta sede apostolica impartitũ ius exi-
gendi quinq; pro centenario à forensibus bona
stabilia in agro Ariminensi acquirentib. Post hæc
fuit nuper erectũ collegium militum S. Georgii,
cum Priuilegio, ne bona eorũ cuiq; subiiciantur
oneri, vnus ex militib. Forẽsis acquirit bona, quæ-
ritur an Monti pietatis soluere teneat quinq; pro
1 centenario. Pro † sacro Monte Pietatis facit, im-
munitas à collectis à principe, vel alio ad id aucto-
ritatẽ habente concessa, quatenus concernit præ-
iudiciũ concedentis late debet interpretari, & cõ-
præhendit exemptionẽ bonorũ, nedum præsen-
tium, sed etiã futurorum, *c. quia circa de priuileg. & c.
cum Capella eo. tit. cũ concordantib. per glos. & scribentes
ibi relatis.* Quatenus vero priuilegiũ concernit præ-
iudicium alterius q̃ concedentis stricte debet in-
terpretari, ita vt bona post acquirenda non com-
præhendantur, nec immunitatis beneficio gau-
deant, *l. Iulianus §. fin. cum l. sequenti. ff. de leg. 3. & plene
Roman. in l. damni. l. 1. § si quis vicinas n. 8. ff. de dam. infect.
aliquid Ias. in l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur n. 9.
ff. de verb. obligat. & idem plene in l. fin. n. 19. & seq. ff. de
const. principum. Oldrad. cons. 268. & iis omnibus plenius
Albert. Brun. tract. de augmento. conclus. 9. n. 8. & seq.* vbi
cõmuniter ita teneri ait, ad q etiam multa remi-
sisse allegat, *Cagnol. in l. omnib. causis. ff. de reg. iur.* Se-
2 cundo † priuilegium principis militiæ S. Georgii
impartitũ in dubio intelligitur sine præiudicio
tertii, & ita concessum esse præsumitur, vt alii da-
mnũ nõ afferat, *l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco
publico l. si tamẽ. C. de inoffic. testam. c. pastoralis de priui-
legiis. c. cũ dilecti. de donat. Alex. cons. 37. n. 2. vol. 1. & cons.*
3 *87. n. 4. vol. 3.* Tertio † vbi concurrunt duo priuile-
giati, quorũ vnus priuilegio generali munitus, al-
ter vero speciali priuilegio tutus est, is præfertur,
qui speciale priuilegium habet, quia potentius ius
habere dicitur, & quia generi per speciẽ derogat,
*c. generi de reg. iur. in 6. c. 1. de rescript. c. veniens de præ-
script. & vtrobiq; Abb. & alii notant.* Quamobrem cũ
Mons pietatis munitus sit speciali priuilegio exi-
gendi quinq; pro centenario pro bonis à forensi-
bus acquirendis. Collegium vero Militum gene-
ralem immunitatem habet nõ soluendi gabellas,
& onera, non videtur sublatum priuilegiũ mon-
tis, posteriori priuilegio generaliter concesso præ-
fatæ militiæ, tum etiam quia stricte debet inter-
pretari ac sine præiudicio tertii priuilegium præ-
misso collegio indultum. In cõtrarium facit, quod
collegium militum causam onerosam habeat, in
4 priuilegiis † sibi concessis à papa, hinc sequitur q
vbi ex parte priuilegium recipientis interuenit
datio, vel factum, quod habet perpetuam com-
mensurationem ad priuilegium obtentum, tunc
non priuilegii, & gratiæ vim naturamq; habet, sed
in contractum transit, nec à principe concedente
reuocari potest, cum princeps, contrahendo vta-
tur iure cõmuni, & tamq; priuatus obligatur pro-
prio contractu, magis enim principi, quã cæteris
conuenit bona fides, & iniuria ab eo debet esse re-
mota, *Bart. in l omnes populi. in 4. quæst. tertia quæstion.
principalis. ff. de iust. & iure. Bal. in l. qui se patris nu. 13.
& 14. C. vnde liberi, Roman. cons. 436. Dec. cons. 286. Paris.
cons. 11. num. 40. cum seq. vol. 1. & cons. 2. nu. 125. vol. 4. Af-
flict. decis. 392. num. 10. Grammat. decis. 65. n. 23. cum seq.*
Quocirca cum priuilegium militum non possit à
principe expresse reuocari, multo minus tacite re-
uocatum esse censetur ex priuilegio antea monti
indulto, ita enim arguit in materia, de qua agitur,
Felin. in c. 1. n. 3. 4. limitatione de rescript. Non obstat q
non compræhenditur bona post concessionem
acquirenda, quoniam princeps mandat immunia
esse bona militum prædictorũ acquisita & acqui-
5 renda. Idcirco † nõ aduersatur, priuilegii enim te-
nor imprimis inspici & obseruari debet, *c. porro &
c. seq. de priuileg. Roman. cons. 28. Stafileus de literis gra-
tiæ. 3. principalis conclus. num. 2.* & propius ad terminos
quæstionis, de qua agitur. *Bart. cons. 59. commune Spo-
letii in fin. Thom. Parpalia in l. placet. num. 127. C. de sacr.
sanct. Ecclesia. Alex. cons. 193. nu. 10. vol. 2.*

6 Non † obſtat qnod priuilegium interpretan-
dnm eſt ſine præindicio tertii. Nam reſpondetur,
quod quando tertius certat de damno vitando,
ſeu prinilegii obſeruatio addit tertio grauamen,
& onus, tunc ſine præiudicio tertii interpretatur
principis priuilegium, *Alex.d.conſ.178.num.19.Albert.*
Brun.d.tract.de augmento, quarta concluſione nu.12.poſt
Bart. & alios in l.de omnibus. ff. de leg.1. At ſi tertius
tractat de lucro, tunc ſecus, cum etiam in præiudi-
cium tertii priuilegio principis locus ſit, non enim
par, atque eadem ratio eſſe videtur amittere debi-
ta, & non capere lucra, *leg.fin.C.de codicill. l.vnica. C.*
7 *de impenend.lucrat.deſcript. libr.10.* Accedit, † quod
vbi duo priuilegiati circa idem concurrunt, is qui
de damno vitando agit, potentius priuilegium
habere dicitur, doctrina eſt Bart. quam infallibi-
lem appellat. *in Auth. quas actiones num 3.Cod.de ſacr.*
ſanc eccleſ.Iaſ.ibi num.12.Dec.conſ.147.num.5.circa me-
8 *dium.* Secundo † reſpondetur quod vbicunque
ius tertii eſt ius in ſpe, non autem in re conſiſtens,
tunc per priuilegium principis derogatum eſſe
cenſetur iuri alterius, quod erat in ſpe, & de futu-
ro acquirendum, *Salic.in l.fin.num.12. Cod.de ſenten-*
tiam paſſu. & expreſſe ponit Abb. *in c.veniens num.12.*
de præſcript.& in c.1.num.10.de reſcript.vbi Felin. late n.
3.Aret.conſil 76 num.4. Dec. d. conſil.147. num.5. di-
centes quod ſecundum priuilegium ſpeciale non
faciens mentionem de primo generaliter conceſ-
ſo tollit primum, quando ex primo competit ius
ad rem, ſeu ius quærendum, ſin autem munitus
primo priuilegio ius habet in re, & de præſenti
quæſitum, tunc iuri illius non præiudicatur, nec
præſumitur principem illud tollere velle ex po-
ſteriori priuilegio quantumcunque ſpeciali, quod
de primo mentionem non faciat, & hoc commu-
niter tenetur, vt refert Aret. *d.conſ.76.& Dec. d.conſ.*
146. Tertio † reſpondeo, quod aut agitur de iure
9 tertii, quod titulo oneroſo, vel aliter de iure com-
muni competit; & tunc princeps in dubio non
præſumitur tollere ius tertii de iure communi cō-
petens, vt in exemplo, qnod tradit Ang. *in l. ſi ſer-*
uitus.in princ.ff.de ſeruit. Vrban.præd. & ſequitur Albert.
Brun.loco proxime allegato. Quod ſi Papa eximit epi-
ſcopum & eius Diœceſim à iuriſdictione Archie-
piſcopi, exemptio non trahitur ad augmentum
Diœceſis poſtea ſuperueniens in præiudicium or-
dinariæ iuriſdictionis Archiepiſcopi, at ſi agatur
de iure tertio competenti de iure ſpeciali, tunc
ſecus, quia ſpecialia facilius tolluntur, quam ea,
quæ de iure communi competunt, *Leius §. militia.*
ff.de teſt milit.leg.ſi quis extraneus.ff.de acquiren. hæred.
Oldrad.dict.conſ.268.num.4.& expreſſe Iaſ.leg.fin.num.
24.ff.de conſtit.princip. & idem quoq; probant Bald.
in l.fin.n.6.C.de ſententiam paſſis, Io.Lupus tractat. de li-
10 *bertat.eccleſ.parte 1.quæſt.5 in fi.* Quarto † reſpon-
deo quod vbi ſecundum priuilegium emanauit
cum clauſula non obſtantibus, iuncta clauſula de
plenitudine poteſtatis, ſuum operatur effectum
etiā ſi auferat ius tertio ex primo priuilegio quæ-
ſitum, tunc enim principi plenitudine poteſtatis
vtenti obiici non poteſt, cur ita facis, vt plene cō-
firmant Alex. *conſ.200. num.8.vol.1. Pariſ. conſ.1. num.*
65.cum ſeq.vol.2.Curt.Iun.conſ.157.nume.23.Ruin.conſ.
163.n.21.vol.5. vbi referunt hanc opinionem com-
muniter receptam eſſe, & ita non obſtare patet ſe-
cundum contrariū, q̄ multum pro Monte Pieta-
11 tis facere videbatur. Tertio principaliter † nō ob-
ſtat q̄ is qui ſpeciale priuilegium habet, præferē ei
qui generali priuilegio munitus eſt, qm̄ reſponde-
tur, q̄ per ſecundas literas priuilegiū continentes,
cū generali derogatione priuilegiorū, ſublatum
eſſe dicitur omne aliud priuilegiū non clauſum in
corpore iuris, *Clem.1.de ſepulturis.Bart.in extrauagāti*
ad reprimendum in verbo non obſtantib. Ruin. conſ.163.n.
18.vol 5.Alex.conſ.187.in fi.vol.5.& conſ.111.n.21.volum.6.
12 Secundo † reſpondeē quod etſi primo priuilegio
cū clauſula derogatoria ad futura priuilegia dero-
gatum eſſe nō cenſetur, ex ſecundo priuilegio cū
clauſula non obſtante & in ampla forma, niſi de 1.
priuilegio ſit facta mentio ſpecialis, *Federic. de ſenis*
conſ.47.Ioan.de Anan.conſ.56.Felin.poſt alios per eum ci-
tatos in c.nonnulli n.4.de reſcript. & in c.accedentes de
præſcript. vbi hanc communiorē eſſe firmat. Limi-
13 tatur † tamen vt id non procedat quando ſecun-
dum priuilegium motu proprio Principis conceſ-
ſum eſſet, cum clauſula non obſtantibus priuile-
giis; quia tunc ſecundum tollit primum etiam ha-
bēs clauſulā derogatoriā ad futura priuilegia, *Rom.*
conſ.327.n.9.in fi.quem ving, referunt, & ſequuntur ſcri-
bentes, vt Felin in d.c.nonnulli. & in d.c.accedentes, Dec.
conſ.165.n.3.Ruin.conſ.163.n.20.vol.1. & facit Iaſ.in leg.
fin.num.24.ff.de conſtit. princip. Quare meliora eſſe
iura collegii militiæ S.Georgii arbitror, iuribuſq;
Montis præferenda.

SVMMARIA.

1 *Alimenta legata arbitrio boni viri debentur, pluribus de quibus hic conſideratis.*
2 *Alimenta legata debentur ex redditibus bonorum teſtatoris nec proprietas diſtrahi debet.*
3 *Primo fallit ſi legata ſint reſpectu certæ rei.*
4 *Secundo fallit in donatore omnium bonorum vel maioris partis eorum.*
5 *Tertio fallit quando alimenta debentur ex promiſſione iurata.*
6 *Quarto fallit quando alimenta legantur ſub nomine certæ quantitatis.*
7 *Quinto fallit in alienatione neceſſaria.*
8 *Alimentorum appellatione omnia humano vſui neceſſaria comprehenduntur.*
9 *Etiam victus ſeruitorum, ſi perſonæ qualitas id exigit.*

QVÆSTIO LX.

1 ALimentis ſimpliciter, & † ſine certa quanti-
tate legatis arbitrio boni viri debentur, in
quorum moderatione plura à bono viro conſide-
randa veniunt, videl. teſtatoris conſuetudo atque
etiam quid aliis eiuſdem cōditionis perſonis præ-
ſtari iuſſerit, ſi neutrum iſtorum apparet pro mo-
do facultatum teſtatoris alimenta præſtari debent,
leg. cum alimenta in princ. ff. de alimentis, & cibar.
legat. Roman. per illum textum & alios concordantes
conſilio 189.in princip. Attenditur etiam ætas, nam ſi
ſit puer, vel puella, creſcente ætate creſcere ali-
menta

menta debent, *l. cum vnus §. fi. vbi glo fin. ff. de aliment.*
& cibar. leg. Consideratur & dignitas personæ &
consuetudo quoque regionis, *Auchar. consil. 383.*
numer. 7. Ang. consil. 357. numer. 5. Aym. cons. 189. in fin.
Paris. consil. 98. in fin. vol. 2. Albert. Brun. tract. de rebus
dubiis vers. venio ad dubiam quantitatem num. prim. oli-
cet neuter supra citatorum seriatim prædictas o-
mnes circumstantias enumeret. Quandoq; legati
victus & vestitus, seu alimentorum taxatio tota re-
sideat in arbitrio iudicis, seu boni viri ad alimenta
taxandum electi, teoent Bart. *d. l. cum alimenta Ang.*
& Aym. vbi super allegantes text. in l. 2. ff. vbi pupillus e-
2 *duc. debeat, & tenet Alex. cons. 72. num. 5. vol. 5.* Quod †
quidem iudicis seu boni viri arbitrium versari de-
bet in circumstantiis supra positis, & secundũ eas
regulari, & licet inter cætera quantitas facultatum
testatoris considerari debeat, nõ tamẽ ad proprie-
tatem hoc referendum est, sed ad fructus, & reddi-
tus, qui ex bonis percipiuotur, quia alimenta pro
modo & quantitate fructuum moderari, & taxari
debent, neq; si fructus non sufficiaot, proprietas
bonorum distrahi debet, & ex precio ipsorum ali-
menta erogari, *Bart. in d. l. cum alimenta. ff. de alimen-*
tis & cibar. legat. per text. in l. imperator, ff. ad Trebell. vbi
Bart. Ang. Paul. Imol. & Alex. & ibi Ang. in hoc dicit,
si bona coosistuut in possessionibus magni valo-
ris, vt sunt turres & Palatia modicum redditũ affe-
rentia, non poterit poni manus ad ea, vt ex reddi-
tu pretii alimenta præstentur, referens se ita cum
Bal. apud Aritoiuum consuluisse, & ita etiam tenet
Alex. *in l. si maritus n. 4. ff. sol. matrim. Idem Alex consil.*
100. in fine vol. 1. & d. cons. 72. num. 1. volum. 5. cum aliis in
additione vtrobique allegatis, & simpliciter firmat Aym.
consil. 199. numer. 11. volum. 1. & cons. 219. in fine volum 2.
Bertran. cons. 19. col. 1. vol. 1 parte 2. Bonaueud. de Casena
decis. 80 de alimentis filio a Patre præstandis scribens. Et
3 regulariter † quidem verum est, quod alimento-
rum moderatio fieri debet, secundum quantitatẽ
fructuum percipiendorum, fallit tamen nisi ali-
menta debeantur respectu certæ quantitatis, vel
respectu certæ rei, quoniam tuoc ad ea cómoeo-
surari alimenta debeot, vt tradit glos. *in d. l. cum ali-*
menta, & est tex. in d. l. cum vnus §. fin. ff. de aliment. & ci-
bar. legat. vbi Bart. post gloss. Hinc scribentes inferunt
quod si pater legat filiæ mille nomine dotis, & in-
terim alimenta donec nupserit, quod alimẽta de-
cerni debent, non respectu totius patrimonii, sed
respectu quantitatis dotis legatæ, vt est decisum *in*
d. l cum vnus §. fin. vbi Bart. & reliqui notant, Bal. cons. 58.
num. 7. volum. 2. & expressius Aym. cons. 180. in fin. volum.
4 *primo. Paris. dict. cons. 98. num. 28. volum. 2.* Secundo †
fallit in donatore omnium bonorum vel maioris
partis eorum, ad cuius alimenta donatarius tenet̃,
si namq; fructus bonorum donatorũ ad alimenta
non sufficiunt, proprietates eorum distrahi debet,
& ex pretio alimenta condigna donatori supple-
ri, *Bald. & Salic. in leg. eum qui. Cod. quod cum eo, qui in a-*
liena. Dec. in leg. diuus. ff. de reg. iur. Alex. in leg. maritus
in finalibus verbis. ff. sol. matrim. & in leg. si maritus num.
4. ff. eo. tit. Campegius de dote quæst. 239. in fine parte 3.
Tertio fallit, quando alimenta ex conuentione &
5 promissione † iurata præstari debent, tunc si fru-
ctus non sufficiuot, proprietas vendi potest, & de-
bet, *Bertrand. cons. 204. fere per totum volum. 4.* Quar-
6 to † fallit quando alimenta legantur sub expres-
sione certæ quantitatis, vt si testator pro alimentis
reliquit certam quantitatem pecuniarum, vel tot
corbes frumenti, vini, olei, leguminum, & iis si-
milium, tunc si ex redditibus præstari non pos-
sunt, ad valorem bonorum hæreditariorum hoc
referendum est secuodum Bertran. *cons. 268. per to-*
7 *tum volum. 2. parte 1.* Quinto † alienatio qooque rei
fideicommisso subiectæ fit ob causam victus & a-
limentorum, vtpote quod alienatio non volunta-
ria sed necessaria esse dicitur, neque pater ipse vi-
uens fuisset aduersatus alienationi, cum redditus
& fructus bonorum hæreditariorum nõ sufficiũt
indigentiis, & oecessitatibus humanis sui filii, ac
ipsius familiæ, idcirco censetur permissa ex vero-
simili mente testatoris, *Ias. post alios in auth. res quæ.*
num. 31. C. communia de legat. Alex. & reliquis in l. mulier.
§. cum proponeretur n. 3 ff. ad Trebell. Roman. cons. 267. &
ita communiter transeunt scribentes secundum Alex. &
Rom. vbi supra. accedat Bald. cons. 20. vol. 2. vbi ait quod
triplex est necessitas, alia fatalis, vt si hæres casu in
latrones incidat, alia naturalis vt infirmitas, & ali-
meota familiæ vel pro soluendis collectis, pro re-
fectione domus, pro conseruatione agrorum vel
alia iusta causa, alia est necessitas data opera, vt si
sponte debita contraxit iuuenili calore vel malefi-
cium commisit, imprimis duobus casib. alienatio
promittitur, in tertio distinguit, aut testator con-
cedit alienari pro redẽptione suæ personæ, & tunc
permittitur alienatio, aut testator hoc non expri-
mit & non licet alienare nisi vsq; ad legitimam. Et
8 quidem † alimentorum, seu victus appellatione
continentur oedum ea quæ esui, & potui sunt ne-
cessaria, sed etiam vestimẽta, lectus, habitatio, me-
dicinæ, & omnia alia humano victui necessaria, *l.*
verb. victus. cum sequentib. ff. de verb. signif. Corn. cons. 45.
c. 6. vol. 4. Bertran. cons. 45. nu. 3. vol. 4. Bart. in tract. de a-
liment. in princ. & plenius Firmanus in verbo alimenta
n. 34. Et inter cætera quæ appellatione alimentorũ
veniunt, cootinetur etiam victus seruitoris, si per-
sonæ qualitas hoc exigit, *Rom. in leg in insulam §. vsu-*
ras num. 25. circa medium. ff. de verb. oblig. & præmissis
coocordant ea q̃ habes supra *Recollecta 6. n. 8. & seq.*

S V M M A R I A.

1 *Pactum renouandi de 29. in annis 29. annos emphyteu-*
ta, quod ius acquirit.
2 *Post tempus annorũ 24. si emphyteuta inuestituram*
non petit, cadit à iure suo, declara vt infra n. 7.
3 *Liuellus, qui est concessio ad 29. annos non differt ab*
emphyteusi.
4 *Pactum de renouando de 29. annis in 29. annos fit ne*
longinquitate temporis pereat memoria.
5 *Liuellus variat in tempore, quia à consuetudine non à*
iure ortum habet.
6 *Angeli opinio reprobatur.*
7 *Emphyteuta si post 29. annos inuestituram non petit.*
infra annum, non cadit à iure suo si non possi-
det.
8 *Debet tamen vti diligentia in possessione adipiscendæ.*

9 *Contrarium deciditur.*
10 *Emphyteuta non petens inuestituram cadit à iure suo domino volente.*
11 *Iusta causa excusat, si non petitur inuestitura infra annum.*
12 *Probabilis ignorantia similiter excusat.*

QVÆSTIO LXI.

DEfuncto eo, qui emphyteusim acquisiuit,
1 pro se,† filiis,atq; nepotibus ad renouandũ
de 29.annis,in 29.annos. Quæritur an nepos illius
auita bona à tertio ea possidente vendicare possit.
Pro possessore facit, q pactum de renouando de
29.annis, in 29. annos acquirit emphyteutæ ius
personale cõtra prælatum & ecclesiam, ita vt decursis
viginti 9.annis contra ecclesiam agere possit
ad obtinendum inuestiturã similem, nõ autem
pactum huiusmodi tribuit cõductori ius aliquod
in re, ita q aduersus tertium possessorẽ agere possit,
sicut in simili dicitũ de eo, qui promisit vendere,
ex cuius promissione contra cũ daĩ personalis
actio ad interesse, si promissionẽ non implet, non
vero ex eo pacto ius reale acquirĩ, *Aug. cons.154.à n.3.vsq, in fin.cons.* expresse volens contra tertiũ possessorẽ
agi nõ posse transacto tempore annorũ 29.
2 refert & sequitur Paris. *cons.108.n.53.vol.1.* Secundo †
reus iuuari videtur, actoris silentiu annali post tẽpus
29.annorũ. Nam completis 29 annis emphyteuta
cadit à iure suo, si nõ petit refirmationẽ intra
annum, *per tex. iuxta glos. in c.longinquitate 12.q.2.* Idemq; glos. penult. tenet *in c.1. de precariis, vbi post Hostien. Card. Imol. & Andr. Barbat. & ita communiter alii tenent secundũ Abb. ibidem, & Paris. d. cons.108.n. 54. vol.1.* Pro actore facit q pactum † de renouando de
3 29 annis in 29. annos nõ alterat naturã emphyteusis,
atq; in effectu nõ differunt emphyteusis & liuellus,
qui est concessio ad 29. annus, cũ pacto renouandi,
& quamuis in modo cõcipiendi non sit
forma eadẽ, idem tñ est effectus, eademq; natura,
& quæcunq; disposita sunt in emphyteusi habent
locũ in contractu liuellario, ideoq; secundum cõmunem
vsum loquendi, vnũ pro alio ponimus, &
promiscue eis vtimur, *Bart. in l. 1. C. de iure emphyteut. Bal. in rubr. C. eodem, Ias. d. l. 1. n. 38. & seq. C. eo. Alex. in l. si finita, §. si de vectigalibus num. 39. ff. de damno infect. & cons. 117. n. 12. vol. 4. Imol. in c. potuit de locato. Paris. d. cõs. 108. n. 12. vol. 1.* & omnes ita tenent inquit Alex. *d. §. si de vectigalibus.* cũ contractus emphyteuticus, & liuellarius
parificenĩ, sintq; eiusdem naturæ & effectus,
sequitur q vbi duo à lege parificãtur, disposita
in vno, vendicant sibi locũ & in alio, *l. quod seruo. C. de furt. glo. in c. si postquã §. fin. de electione. in 6. Ias. §. ex maleficiis nu. 39. instit. de action.* At ex contractu
emphiteutico ius reale, & vtile dominium transfertur
in acquirentem, & eius filios, atq; nepotes,
l. 2. C. de iure emphyteut. c. potuit de locato. l. 1. si ager vectigalis vel emphyteut. Idem ergo dicendũ est, ex cõtractu
liuellario ius reale, vtileq; dominium trãsferri,
vsq; ad tertiã generationem cũ pacto renouãdi,
vt supra. Secundo † pactum de renouando de
4 tempore in tempus, non est de substantia contractus
liuellarii, *Bal. in rubr. C. de iur. emphyt. Ias. in l. 1. n. 39. C. eod. Alex. d. l. si finita §. si de vectigalibus n. 39.* Idemque
sentit Alex. *d. cons. 117. n. 12. vol. 4.* & pactum huiusmodi
de renouando de 29. annis in 29. Annos,
vel de alio tempore in aliud tempus apponitur, ne
longinquitate temporis pereat memoria contractus,
& vt facilius cõseruetur memoria iuriu ecclesiæ,
c. longinquitate 12. q. 2. glos. fin. in c. 1. de precariis vbi
5 *Abb. Card. & Imol.* Hinc est q contractus liuellarius
in tempore concessionis variatur secundum consuetudinẽ
locorum, & est contractus magis à consuetudine
q̃ à iure introductus, *d. c. 1. de precariis vbi notatur, & in d. c. potuit de locato. & tenet Paris. d. cons. 108. n. 13. vol. 1.* Quocirca cum pactũ de renouando non
ad substantiam contractus, sed ad faciliorem probationẽ
sit adiectum, sequitur q pactum huiusmodi,
emphyteusis natura atq; substantia nõ immutatur,
tam in personam inuestiti, q eius filiorũ,
& nepotum, ita q nepos, etiam expletis 29. annis
à tertio possidente bona auita vendicare non
prohibetur, & per hæc patet non obstare id quod
1. loco pro reo adducebaĩ, cũ in eo ius reale translatum
vt in conductorem eiusque filios atq; nepotes
6 per prædicta. Secundo † q Angelum *d. cons. 184.* reprobat Andr. Barbat. *in c. 1. de precariis in princ.* & contra Angel. se cõsuluisse refert in ardua quæst.
facti motus *per tex in l. nec cui. C. de locat.* inducendu
vt ibi per eum, & motus etiã auctoritate Bald. *in d. l. cui.* & Ang. quoq; alia ratione impugnat Alex.
cons. 166. n. 7. vol. 2. Nec etiam obstat id quod secun-
7 do † loco dicebatur, quoniã vbi emphiteuta possidet
si per annum post finem annorum 29. tacet,
& refirmationẽ non petit, cadit à iure suo, eo vero
non possidente sibi imputari non potest, quoniã
tunc in dolo erga dominum esse non dicitur, si infra
annum inuestituram petere non iurauit, *Bal. & Paul. in l. solennibus. C. de rei vendicat. Ias. cons. 159. nu 4. vol. 2. Dec. cons. 144. n. 6. Curt. tract. de Feud. 4. parte nu. 53. vbi communis Soc. cons. 66. vol 3. Guid. Papa decis. 165. per totam:* Cum etenim facto directi domini qui
possessorem inuestiuit possessio sit in eum translata,
emphyteutæ vel Feudatarii ingratitudini nõ
asscribitur, si infra annum non petiit inuestituram,
vt consuluerunt Bal. *cons. 129. in fin. volum. 1. An-*
8 *char. cons. 174. in finalibus verbis.* Neque † aduertatur
quod hic emphyteuta debuit diligentia vti, vt à
possidente bona euinceret ad effectum vt caducitatem
euitaret, & excusaretur, *Ias. cons. 59. circa fin. volum. 2. Gozad. cons. 71. n. 7. Paris. cons. 23. numer. 227.*
9 *volum. 1.* Respondetur † declarationem hanc tutam
non esse, eo quod Ias. Gozad. & Paris. proxime
citati ad hoc allegant Bald. & Salic. *d. l. solennibus.* qui hoc non dicunt, allegant Curt. *de Feud. vbi supra* qui de hoc nullum verbum, allegant Calderi. *de Feud. cons. 6.* qui nihil dicit, allegant Paul. de
Cast. *consil. 158. volum. primo.* qui de hoc nihil meminit,
allegant Præpositum & alios *in cap. primo.* Quo tempore miles, &c. vbi Præposit. nihil de hoc
sed nec etiam alii, non ergo sententia eorum sequenda
est, cum lege & auctoritate careat. Secun-
10 do † non obstat annale silentium, quemadmodũ
enim cõductoris linea finita, ii ad quos spectat,
si infra annum non petunt inuestituram, cadunt à
iure suo, nõ ipso iure, sed tantum domino volente

& de-

& declaratoria procedente, Guid. Papæ *decis. 164.*
per totam, Soc. cons. 66. n. 18. volum. 3. Ruin. cons. 50. nume.
10. volum. 1. Marian Soc. Iun. cons. 115. numer. 22. volum. 2.
vbi communem ait opinionem esse. Pari ratione
post lapsum 29. annorum, si infra annum non pe-
tit liuellarius inuestituram, nõ excludit a iure suo
quamdiu dominus non declaranit rẽ in commis-
11 sum cecidisse. Tertio si ex † iusta causa, non petit
liuellarius inuestiturã sibi non præiudicat, & inter
iustas causas numeratur absentia necessaria, vel
probabilis, etiam si per procuratorem inuestiturã
petere potuerit, cũ alioqui nullum esset absentiæ
priuilegiũ, *c. 1. quæ temp. Miles,* &c. vbi iustæ caussæ
ponuntur, glo. & scribentes ibidem, & omnes se-
quuntur ait Soc. *d. cons. 66. n. 15. vol. 3. Curt. de Feud. 4.*
parte principali n. 47. Quarto annale silentium non
excludit à iure petendi inuestituram, si emphy-
teuta fuit in probabili ignorantia, quoniam an-
nus à die scientiæ initium sumit, *c. vnico. §. Titius fi-*
lios, vbi glo. si de feudo defuncti controuersia sit, quam
ibi probant, Bal. Aluarot. vt alii, Curt. vbi supra,
numer. 54. Anchar. consil. 174. 2. dubio consilio 328. nu-
mero quarto. Grammat. decis. 12. numer. 8. & de restit. in
integrum concedenda ob probabilem ignorantiam ex
clausula generali si qua mihi, qui firmat Marian. Soci.
Iun. cons. 70. numer. 18. vbi communis, numer. 23. volum. 1.
Quare ex præmissis concluditur aduersus tertium
possessorem ius reale liuellario competere neque
annali excludi silentio.

SVMMARIA.

1 *Dolus dans causam contractui bonæ fidei reddit ipsum pre iure nullũ, secus in dolo incidenti dolus dat causam contractui, quando quis non erat alias contracturus.*
2 *Dolus incidens dicitur quando quis alias erat contracturus, sed deceptus fuit.*
3 *Mendacium dicitur dolus esse.*
4 *Vendita re quæ obligationi conditionali subiecta erat fideiussor non debetur, sed sufficit obligatio venditionis cum obligatione bonorum.*
5 *Vendita re obligata obligatione pura fideiussor per euictionem debetur.*
6 *Contractus si ad sensum sapientis extendatur debetur securitas, quæ sit de natura contractus.*

QVÆSTIO LXII.

1 EMptore † ad emendum inducto dolo vendi-
toris, vtiq; licet ab emptione discedere actio-
ne de dolo vel cõditione sine causa, quoniã dolus
dans causam contractui bonæ fidei reddit illũ ipso
iure nullũ, nisi deceptus malit stare cõtractui cum
supplemento iusti pretii, at si nolit in eius electio-
ne contractũ rescindi vel super acceptũ restitui al-
ternatiuum iudiciũ instituendo, sin autẽ vendito-
ris dolus incidat in contractum, tunc secus, quia
dolus purgatur per actionẽ ex contractu descen-
dentem, ad damnũ & interesse emptoris, ita ꝙ te-
net quidem contractus, sed datur actio damnum
passo aduersus dolosum deceptorem. *l. si dolo. C. de*
rescinden. vend. l. si quis affirmauit & leg. & eleganter vbi
Bart. ff. eo. c. cum dilecti. de empt. & vendit. Ias. in §. actio-
num. n. 19. instit. de action. & est magis communis opinio.
vt tradit Ant. Hiullus de concordia glossarum n. 168. in cor-
2 *dia 13.* Dolus † autem dicitur dare causam contra-
ctui, quando quis dolo partis inductus est ad con-
trahendũ, aliter nõ contracturus, dolus vero inci-
dit in contractũ, quando quis erat contracturus,
sed deceptus fuit, vt plus minusve distraheret vel
emeret, *l. Iulianus §. si venditor. ff. de action. empt. d. l. si*
quis affirmauerit. vbi glo. ad idem glossa finalis in d. c. cum
dilecti & ita declarat Alberic. in d. l. eleganter nu. 7. Imol.
Anania, Barbat. post Ioan. Andr. in d. c. cum dilecti super d.
3 *gloss. fin. Ruin. cons. 141. n. 7. vol. 1.* & vbi per mendaciũ
altera partiũ, aliquid affirmat, dicitur esse in dolo,
glos. in l. item si pretio §. fin. 2li. ff. locati, q̃ sequunt Imol.
Ioannes de Anania *in d. c. cum dilecti,* & dixit Cinus
in l. præsumptione. C. si contra ius, vel vtilitatem publicã,
vel sequitur Socinus *cons. 159. n. 15.* quod dolus est
falsa asseueratio scienter facta cum intentione
4 fallendi, sin autem cessante dolo res vendita alteri
est hypothecata obligatione condictionali, veluti
si res empta fideicommisso supposita sit, cuius ca-
sus à futuro euentu pendeat, vel pro dotiũ vxoris
restitutione cuius casus nondũ venerit, tunc ven-
ditor nõ tenetur fideiussionẽ dare, sed sola euicti-
onis promissio nõ hypotheca bonorũ, q̃ sufficiãt,
venditorẽ releuat, *l. ex his prædiis. C. de euictio. vbi Bal.*
Salic. & reliqui. & est casus in l. illud & l. si dictum. ff. de e-
uictio. & ponit Fabian. de monte tract. de empt. & vend.
6. q. principali & sequentib. Tiraquellus de tract. consang.
§. 29 glossa 5. in fin. & plene Negusant. de pigno. 1. membro
5. partis n. 24. cum pluribus sequentib. At si res † vendita
5 alteri obligata sit obligatione pura, iure agit em-
ptor, vt res liberetur vel fideiussor pro euictione
detur, *Bald. d. l. ex his prædiis.* vbi ait, tria cõpetere re-
media emptori, vnũ agendi, vt res libera tradatur,
aliud excipiendi, ꝙ pretium soluere non tenetur,
nisi res liberetur; tertiũ satisdationis pro euictio-
ne, q̃ certum est esse potentialiter, & ibidem Albe-
ricus inquit, ꝙ venditor põt offerre fideiussiones,
si rẽ liberare non valet, & ꝙ ita obtinuit Rubeus
Alexandrinus *in l. non solum. §. morte n. 462. ff. de oper.*
noui nunciat. dicit se coactũ fuisse recipere fideius-
sorẽ, & probat Ripa *in d. l. 1. §. heres. n. 32. ff. ad Trebell.*
Paul. de Cast. *cons. 207. in fi. vol. 1.* Bertrand. *cõs. 60. vol.*
6 *2. parte 2.* Et † si cõuenerit emptor, ꝙ contractus ad
sensum sapientis fiat, fideiussor nõ debetũ iis casib⁹,
quibus aliis de iure venditor nõ tenetũ fideiussorẽ
dare, qm̃ non potest sapiens declarare emptorem
teneri ad dandũ fideiussorẽ, cum hoc nõ sit ex na-
tura contractus, & sapiens qui arbitrio boni viri
iudicare debet, arbitrari debet securitatẽ q̃ est se-
cundũ naturã contractus, *not. Specul. tit. de empt. &*
vendit. n. 9. Alberic. in l. 1. n. 2. ff. qui satisd. cog. Alex. Spe-
cul. ibi supra.

SVMMARIA.

1 *Dolus in quo consistit.*
2 *Dolus consensum excludit.*
3 *Dolus dans causam contractui reddit ipsum nullum etiam in foro conscientiæ.*
4 *Dolus si incidens sit in contractum sustinetur.*
5 *Dolus reipsa quid sit.*
6 *Si fraudatio sit citra dimidiam iusti, dolo cessante debet ad æqualitatem reduci.*

G 3 QVÆST.

QVÆSTIO LXIII.

AT vero D. Thomas dolum deſcribens ſic ait, *in 2 ſecunda q. 55. art. 4. ad ſecundum* ꝙ pro-
1 prie & principaliter dolus conſiſtit in verbis, fraus
autem in factis, doluſq; eſt genus cui ineſt fraus
tamquam ſpecies ſuo generi, idemque tenet glo.
in l. iuris gentium §. ſed ſi fraud. indi. ff. de pact. Abb. in capitulo ex tenore 2. de reſcrip. ita quod dolus ſit dictis
& pactis & factis, fraus vero factis tantum, ſequuntur S. Antoninus *parte ſecunda tit. 1. capite 17.
§. ſecundo. Nauar. in Manuali cap. 17. numer. 177.* vbi i-
2 gitur conſtat emptorem empturum non fuiſſe,
vtique iure licet à contractu recedere cū conſenſus defecerit, quia dolus conſenſum excludit, *leg. ſi
per errorem. ff. de iuriſdic. omnium iudicum*, & pactum
dās cauſam vēditioni, ſi nō ſeruatur venditio diſ
ſoluitur, *l. cū te. C. de pac. inter empt. & vendit. Bart in l.
finali vlt. col. ff. de conditionibus ob cauſam.* Ceterum ſi
3 quæritur in foro conſcientiæ quid iuris ſit in caſibus præmiſſis, dic quod aut dolus dat cauſam
contractui, & tuoc ſiue defraodatio ſit vltra citra
dimidiam iuſti pretii, contractus nedum in foro
exteriori, ſed etiam in foro conſcientiæ nullus
eſt, quia dolus conſenſum excludit vt præmiſ-
4 ſum eſt, aut dolus incidit in contractum, & tunc
ſiue deceptio ſit vltra ſiue citra dimidiam iuſti,
ſuſtinetur contractus, qnia in ipſum partes conſenſerunt, tametſi nou in quantitate pretii in
qua altera partium læſa reperitur, idcirco tam
in foro conſcientiæ quam in foro fori contractus non redditur nullus, ſed læſus agit, vt ad æqualitatem iuſti pretii reducatur firmo remanente contractu, ad quod inquit Saoctus Thomas *2. ſecunda queſt. 77. artic. primo.* fraudem adhibere vt aliquis plus iuſto vendat vel emat, & proximum decipiat, omnino peccatum eſt, ſequitur
Sotus *de iuſt. & iure libr. 6. queſt. 3. articul. primo. con-
5 cluſione prima & 2.* vbi declarat eſſe mortale, aut dolus re ipſa interuenit, qui proprie non dicitur dolus, ſed ſic appellatur, quia ipſa res iniqua eſt, vt
declarat glo. *in l ſi quis cauſam, §. aliter de verbor oblig.*
quod eſt quando contrahentes rei valorem bona
fide contractum iocunt, in quo alter eorum, vel
ambo damnum patiuntur, & tunc oon eſt peccatum, neque reſtitutioni locus eſt, niſi repetatur, &
ſi à principio plus emiſſet ſi ſuiſſet, & deceptio
eſt notabilis tenetur reſtituere vel pretium ſupplere, *Ang. verb. dolus num. 9. Silueſter ver. culpa. queſt. 7.
Medina titulo de rebus reſtituendis. queſt. 33. prop. tertia.*
6 ſin autem defraudatio ſit citra dimidiam iuſti omni dolo remoto in conſcientia, tenetur defraudans contractum ad qualitatē reducere, Hoſtienſ.
de cont. empt. §. qualiter reſcindatur, & ponunt canoniſtæ in d. c. cum dilecti & c. cum cauſa de empt. & venditione.

SVMMARIA.

1. *Filii in conditione poſiti non dicuntur ex teſt. vocati, ſed ius legitimæ ſucceſſionis eis reſeruatum eſt.*
2. *Filii in conditione poſiti tacito iud. defuncti vocati dicuntur quorum fauore cond. fuit app.*
3. *Opinio gloſſæ legis Lucius ff. de hæredit. inſtit. quando non procedit.*
4. *Coniectura ex diſpoſitis in teſtam. colligi debent.*
5. *Prima coniectura eſt, quando filii ſunt in conditione poſiti ſimulque grauati.*
6. *Contrariam opinionem multi tenuerunt.*
7. *Nepotes & alii in conditione poſiti grauari nequeūt, tenet tamen fideicommiſſum, vt ibi.*
8. *Secunda coniectura quando plures facti ſunt ſubſtitutionum gradus.*
9. *Tertia coniectura eſt quando filii in conditione poſiti ſunt, cum expreſſione maſculinitatis.*
10. *Diſpoſitio ad fauorem agnationis emanata fideicommiſſum continet inter illos de agnatione.*
11. *Contrarium quod filii maſculi in conditione poſiti non dicantur, diſpoſitiue vocati, tenent ii, qui hic enumerantur.*
12. *Contrarium declaratur procedere vt ibi.*
13. *Quarta coniectura eſt, quando teſtator filias, neptes, & alias fœminas dotari mandauit, & ab vniuerſali ſucceſſione excluſit.*
14. *Quinta adducitur coniectura vt hic.*
15. *Sexta coniectura enumeratur, quando filii in conditione ſunt poſiti, per ablatiuos abſolutos.*

QVÆSTIO LXIV.

FIlii in conditiooe poſiti non ſuut ex teſtamento vocati, ſed tantum ipſis reſeruatum eſt
ius legitimæ ſucceſſionis, cū non iud. defuncti, ſed
caſu & fortuna ſuccedant, *glo. in l. Lucius ll. 2. ff. de hared. inſtit.* q̃ ibi Bart. & alii ſequunt̄, & præcipue Imol. qui hanc partē coēm eſſe, & ita iudicatū fuiſſe teſtat̄, reprobās contrariū tenentes, & eadē gloſ.
eſt magis cōmuniter approbata, ſecundū Iaſ. *in l. 1.
n. 10. C. de pactis,* & ꝑ cōmmuni Canonizata ſecundū Dec. ibi *n. 15.* coēm affirmant ibidem Ripa *n. 7.*
Hubert. Zuccard. *n. 24.* q refert ita iudicatū fuiſſe
Caguol. quoq; ibi vti coēm apꝓbat & Aret. *tract. de
teſtam.* glo. etſi deceſſerit, inquit ita pluries cōſului,
& vidi multa cōſilia ꝓ iſta parte, *Alex. conſ. 108.* vbi
plene dicens, ꝙ hæc eſt cōmuniter approbata *vol 1.
cū aliis conſulentibus ibi in addit. citatis. & conſ. 185. n. 15.*
vbi pariter coēm teſtatur *vol. 2.* pleniſſime per nouē columnas ita reſidens, Curt. Sen. *conſ. 45. n. 12.* vbi magis coēm ſæpe teſtat̄, Ripa *in l. Centurio n. 154.
ff. de vulg. & pupill.* dicit coēm & canonizatam ſententiā, & vti cōmunem ſequit̄ Lancellot. Galiaula
in d. l. centurio. n. 448. coēm & in deciſiuis ſequendā
refert Corn. *conſ. 146. vol. 2.* cōmunem & in iudicādo, & cōſulendo ſequendā dicit Soc. *conſ. 65. n. 1. &
in fine conſ. vol. 3.* & tamq̃ cōmunem plene cōfirmat
per multas quotas Soc. *conſ 140. n. 2. vol. 1.* & tanquā
coēm ſequit̄ Marian. Soc. iun. *conſ. 111. n. 3. vol. 1. Boer.
deciſ 115.* vbi pleniſſime per tres colūnas fere infinitas referēs, q hanc partē tenent, & ſi in contrariū
ipſe inclinet. Cōtraria ſentētia vti verior, atq; hodie cōmunior ſequēda eſt, quia cōtra gloſ. *d. l. Luci*
noo deſunt ſummæ auctoritatis viri, qui illā non
teneant, audacterq; reprobent, tanq̃ non verā &
volūtati teſtatorū aduerſantem, qui filiis in cōditione poſitis prouidere intendunt, quorū fauore
conditio fuit adiecta, idcirco ex teſtam. ſubſtituti
tacito defuncti iud. dicunt̄. Nā ſi teſtator cōtemplatione filiorū in conditione poſitorū ſubſtitutū
excludit, hoc facere videtur, vt quæratur filiis, vt
originaliter tenuit Oldrad. *in l. 1. C. de condit. inſert.*

quem

quem refert & sequitur ibidem Salic. Roman. *in l. si cum dotem. in princ. ff. solut. matrimon.* dixit hanc verissimam opinionem esse, Corn. *in d. l. 1. C. de condit. insert.* multos enumerat antiquos, & modernos, qui consulendo sententiam hanc sequuti sunt, & inter cæteros refert Bald. & Collegium Florentinum ita consuluisse, & quod Paul. de Castr. renuit consulere pro opinione gloss. *d. l. Lucius*, hæc & alia plenius scribit Corn. (quamuis ipse contrarium teneat) Idem Corn. *cons. 146. num. 19. volum. 2.* refert Baldum, Paulum de Cast. Salic. Roman. & Ancharanum hanc opinionem tenuisse, addens quod in diuersis causis vidit consilia, diuersorum doct. sua tempestate magnæ auctoritatis pro hac parte consulentium, & inter alios Antonium de Prato celebrem doctorem, atque Collegium Florentinum, pro eadem opinione consuluisse, *Soc. cons. 70. num. 4. volum. 1.* refert quod insignis Doctor Franciscus Albergottus contra gloss. consuluit, & subscripserunt, quasi omnes aduocati Florentini, & Soc. addit, ego vidi alias consultum per multos solemnes doctores Bononienses, dicentes hodie posse dici hanc communem esse opinionem modernorum, Paul. de Cast *cons. 410. num. 5. volum. 1.* satis notabiliter tuetur hanc partem, dicens alias credidisse veram opinionem glossæ *d. l. Lucius*, sed occurrentia casus fecit eũ magis speculari, & contra eam tenet Andreas Barbat. *cons. 17. colum. 8. in 3. & 4. dubio vol. 1.* & validis efficacibusque rationibus hanc partem defendit, dicens Collegium Bononiense ita consuluisse, & dum postea quæstio fuit in dubium reuocata Bononiæ, ita fuit iudicatũ, & plenius id ipsum voluit *cons 55. colum. 4 volum. 2.* vbi refert, infinitis vicibus ita consultum vidisse per valentiores doctores Italiæ, & ita iudicatum, & licet Imola *in d. l. Lucius* dicat, quod opinio glossæ communis est, tamen salua pace inquit Barbat. contraria opinio verior est, & æquior, melioribusque suffulta rationibus, & est etiam communior, hinc Curt. Iun. *cons. 51. num. 32.* ait Barbat. *in præfato cons.* videndum esse omnino ab omnibus iudicare debentibus, & ipse quoque satis notabiliter hanc sententiam confirmat, dicens quod plurimi doctores supremæ auctoritatis eam tenent, & tamque sit æqua opinio in iudicando est sequenda, quia multoties errant homines discedentes ab æquitate, & sequentes subtilitates, addens, quod quando sic substitutio de descendentibus testatoris sententia hæc communis est, atque sequenda, Ripa *respons. 1. tit. de substit. & pact. in matrimon. fact.* in eandem venie sententiam, vbi sub *n. 8.* inquit, plurimi excellentissimi doctores eam tenent, & tamquam magis consonam voluntati testatorũ alias ipsam defendi, verum quidam iudices malunt cum pluribus errare, quam cum paucioribus sane iudicare: *Cassaneus cons 14.* firmat eandem sententiam quatuordecim efficacibus rationibus, & plenius *cons. 67.* vbi multos legentes & consulentes recenset, qui hanc partem sequuntur, & multos illustres doctores eam tenuisse tamquam valde æquam & rationabilem, & vti communem tandem ipse sequitur Marian. Soc. Iun. *cons. 4. n. 7. vol. 1.* dicit quod si bene consideramus doctores tenentes vnam & alteram opinionem, fortasse gloss. *d. l. Lucius* non erit communis, *& cons. 168. n. 74. vol. 2.* hanc partem tamquam communem sequitur & plenissime eam defendit, *& cons. 158. n. 57. vsq. ad n. 73 vol. 2.* vbi recẽset omnes quotquot sunt, antiqui, moderni, & moderniores, qui hanc partem tenent, subdens ab ista opinione tamquam veriori, & forte hodie communiori in iudicando non esse recedendum, & licet olim opinio glossæ fuit communis, hodie tamen hæc est communior. Nam temporis cursu communes opiniones quandoque mutari solent, & validissimis rationibus longoque stylo hãc partem tuetur *Boer. decis. 155.* simpliciter refert omnes qui hanc partem tenuerunt, eamque sequitur rationibus quamplurimis, *& decis. 147. n. 15.* inquit hanc semper in iudicando sequuturus sum, quia ita communiter fit per testatores ad conseruationem agnationis, & licet periculosa sit decisio, ego potius sententiam hanc posteriorem tenerem, ob concomitantiam naturalis instinctus communisque voti testatorum, sed quicquid sit data veritate
3 glossæ *d. l. Lucius*, illa non procedit, quando coniecturæ præsumptæ mentis testatoris in contrarium concurrunt. Nam de facili concurrente aliqua coniectura iuuatur mens testatoris erga filios in conditione positos, vt ex testamento substituti cẽseantur, idque facilius procedit ob varietatem opinionum & efficaces hinc inde rationes, quæ dubiam reddunt sententiam d. gloss. propterea quælibet leuis coniectura sufficit, vt à glossa recedamus, *Corn. cons. 146. n. 19. in fin. vol. 2. Ripa d. l. Centurio n. 162.* dicens quod prudentiæ iudicantis relinquitur, quæ & quales coniecturæ sufficiant, & Soc. *in l. cum auus in finalibus verbis. ff. de condit. & demonst.* dicit consulẽtes semper conati cõsiderare aliquas coniecturas, ex quibus filii in conditione positi præsumantur substituti, super quibus non potest dari certa doctrina, sed iudicum circumspectioni relinquitur, *Galiaula d. l. Centurio nu. 449. 2. limitat. Aym. in repet. l. cum filio n. 68. ff. de l. 1. Curt. Iun. cons. 87. n. 4. Paris. cons. 42. n. 12. vol 3. & cons. 37. n. 21. vol. 2. Aym. cons. 62. n. 6. vol. 1. Ripa. respon. 1. n. 9. tit. de substit. & pact. in matrimonio factn*, & plures consulentes ad præmissa commemorat Mariam Soc. Iun. *cons. 138. n. 33. volum. 2.* qui eidem sententiæ adhæret, dicens se ita sæpissime consuluisse, & ita communiter doct. tenere, *& cons. 145. n. 36. vol. 3.* vbi similiter id communiter teneri firmat.

4 Atque coniecturæ † ex testamento colligi debent, & ex dispositis in eo, non autem quæ in fantasia imaginantur, alias voluntas abortiua dicitur, non sufficit enim dicere, ita fuit mens testatoris, nisi voluntas eius transeat in dispositionem, *Socin. in leg. cum auus in fin. ff. de conditio. & demonstrat. Ripa in leg. heredes mei. §. cum ita numero 34. ff. ad Trebelli. & Socin. cons. 116. numero 1. volum. 7.* & plene comprobat Paris. *cons. 86. n. 20. vol. 2. & cons. 31. n. 11. vol. 2.*

5 Prima † coniectura per q̃ gl. *d. l. Lucius* limitatur

vt non procedat est quando filii in cōditione po-
siti, sunt à testatore grauati, tuoc enim dicuntur
ex testamēto vocati, ita vt fideicommissum resul-
tet ex verbis conditionalibus iuncto grauamine.
Non potuissent enim grauari nisi fuissent hooo-
rati, quia quem non honoro, grauare non possum
Bar. in l. Centurio n. 37. ff. de vulg. & pupill. vt si testator
dicat, si filii mei decesserint sine filiis, vel eorum fi-
lii sine filiis, bona mea deueniant in talem. Nam
testator nepotes grauando de restituendo, vide-
tur eos vocare, & honorare, quam opinioοem vti
communem sequitur Dec. *d. l. 1. n. 15. C. de pactis, &
alii quam plures ibidem ab eo citati, Aret. §. fin. in fi. instit.
de pupill. substit.* dicit quod hæc opinio io actu pra-
ctico seruaretur consulendo & iudicando, *Corn.
cons. 146. n. 20. vol. 2.* refert se ita pluries consuluisse,
& famosissimum doctorem Ioannem de Petruccis
ita consulendo tenuisse, & quod vidit dum Pisis
legeret ita consultum à clarissimis suo tempore
doctoribus, *Ripa in d. l. Centurio n. 166. & 169. in fin.*
Inquit quod est consona voluntati testatorum, &
plenissime confirmat Lancel. Galliaul. *d. l. centurio
n. 458. vsque ad n. 480.* omnibus hinc inde relatis,
quæ in materis adduci possunt, vbi multos hanc
partem tenentes recenset, *Soc. in l. cum filio. ff. de leg. 1.*
dicit partem hanc in consulendo à multo tempo-
re citra canoniaatam à doctoribus Perusinis, & ita
semper tenuisse, non solum de æquitare, sed etiam
in puncto iuris, *& sub n. 479.* repetit hanc opioio-
nem æquiorem, fauorabiliorem voluntati testa-
toris, & de iure veriorem, & idem repetit *Soc. consil.
249. n. 5. vol. 2.* dicens magis communem mentique
testatoris consentaneam, *Bertrand. cons. 173. num. 22.
cum pluribus sequentibus, vbi plenissime vol. 3. part. 2. Soc.
nepos cons. 145. n. 36. vol. 3.* vbi dicit, se pluribus annis
tamquam communem secutum fuisse contrari-
am opininnem, tamen melius cogitando dici po-
test, quod imo hæc opinio sit communis, *Ripa re-
spons. 1. n. 39. tit. de subst. & pact. in matrimonio factis,* te-
statur ita communiter teneri, *Alex. cons. 64. n. 2. vol.
5.* refert communem hanc opinionem esse, & plu-
res eandem sequentes commemorat ibi ad-
ditio.

6 Sed contra † præmissa multi tenoerunt, & qui-
dam communem hanc sententiam appellarunt, de
quibus per Iasonem *d. l. Centurio n. 57. & Aym. in re-
petit. l. cum filio n. 67. ff. de leg. l. 1. Paris. cons. 36. n. 13. vol.
2.* vbi plene hanc partem tuetur affirmans magis
communem, multosque referens, qui hanc com-
mnnem esse testantur, *Ruin. cons. 138. n. 3. vol. 3.* vbi
inquit, quod contraria opinio damoata est in sco-
lis & in palatiis.

Hinc dixit Bald. *in l. vnica §. pro secundo numer.
8 Cod. de caduc. tollen.* quod opinio contraria est æ-
quitas non scripta à lege, neque à testatore, sed so-
lum in capite discretorum virorum. Quam ta-
men quæstionem indecisam reliquit ibi Bald. A-
lexand. *cons. 105. num. 4. volum. 1.* pleoe firmat ean-
dem opinionem *Dilect. de arte testandi tit. de substit.
caut. 19.* vbi ex testimonio aliquorum refert ita
communiter teoeri, *Ruin. cons. 87. n. 30. vol. 2. vbi com-
munis, & cons. 102. n. 4. & 6. in fin. eod. vol.* dicens quod
verior, & communior est contra Bartolum. Ad
7 hæc † responde quod etsi nepotes grauari non
possint & fideicommissum non teneat in persona
nepotum, & reliquorum descendentium io con-
ditione positorum, tenet tameo in persona filio-
rum heredum institutorum, tamquam grauato-
rum sub duplici conditione, videtur si ipsi deces-
serint sine filiis, vel eorum filii decesserint sine fili-
is, & à filiis primi gradus hæredibus institutis de-
betur fideicommissum, licet conditio sit extitura
post mortem eorum in persona nepotum, vel eo-
rum ab eis descendentium, *Bart. d. l. Centurio. & in l.
sed et si fit ff. de leg. 3. Alexand. cons. 133. num. 6. volum. 7.
Aym. d. l. cum filio num. 66. Ripa d. l. Centurio num. 167.
vbi communis, Galliaula ibidem num. 414.* vbi quod
oemo discrepat ab hac conclusione, *Dec. cons. 182.
colum. 3. in fi.* vbi ait Bartolum communiter appro-
bari, *Curt. Iun. cons. 42. n. 16. in fin.* vbi magis com-
munem refert, *& cons. 139. n. 20.* dicens in hoc o-
mnes cum Bartolo transire, *Paris. cons. 42. num. 11. vbi
communis volum. 3. & cons. 86. n. 9. vol. 2* dicens quod o-
mnes communiter Bart. sequuntur. Idem Paris. *in
addit. ad Bart in d. l. centurio, n. 37.* dicit veriorem &
communiorem.

8 Secunda coniectura per quam limitatur gloss.
d. l. Lucius vt non procedat, est qoando de filiis. & a-
liis vlterioribus in conditione positis facti sunt
plures substitutionum gradus, & in defectum o-
mnium de substituto testator prouidit, tunc e-
nim filii, vel alii descendentes, quamvis in condi-
tione positi substituti dicuntur, aliter enim ab vl-
timo moriēte substitutus capere non potest, nisi v-
nus alteri restituere rogatus sit, vt plene firmat
Anchar. *cons. 24.* per totum, vbi inquit, quod hæc
est iustissima coniectura, & æqua, nec contrarium
dici posset, quia rectus ordo caritatis ita dictat, se-
quitur Ripa *d. l. Centurio n. 165. Curt. sen. cons. 51.* vbi
communem affirmat, dicens istam puto verita-
tem, prout Devs est, cum non sit quærendum cum
quo testator loquatur, sed in quem voluntatis suæ
intentionem dirigat, *Soc. nepos cons. 168. nu. 75. circa
medium volum. 2.* vbi in specie quando nominantur
descendentes de gradu in gradum, dicens quod i-
sta sola ratio est sufficiens ad tenendum hanc con-
clusionem, *Boer. decis. 155. nu. 25. in fin.* dicens quod
hæc opinio sine scrupulo transit, quando facti
9 sunt plures substitutionem gradus. Tertio conie-
ctura sumitur ad limitationem gl. *d. l. Lucius*, quan-
do filii sunt in conditione positi, cum qualitate
masculinitatis, vt quia testator dicit si filius meus
decesserit sine filiis màsculis, vel eorum filii sine
filiis, & descendentibus masculis, substituo talem,
tunc eoim masculi ad exclusionem fœminarum
dicuntur inclusi, & illa verba contineot dispositi-
onem in personam filiorum, quasi quod agnatio-
nis conseruandæ causa ita disposuit, alioquio si
diceremus masculos tantum ab intestato vocatos
esse, feminæ vna cum ipsis succederent, cum re ad
ad causam intestati deuoluta feminæ simul cum
masculis admitterentur. Quod contra manife-
stam

ſtam teſtatoris voluntatem eſſet, qui ſolos maſculos feminis excluſis, admitti voluit. Idcirco voluntate teſtatoris ex teſtamento elicita maſculi vocati dici debent, *Boer. deciſ. 155. num. 25. circa medium cum pluribus ſequentibus*, pleniſſime hanc partem tuetur affirmans maiorem partem dominorum eã ſequutos fuiſſe, referens, ea fide aliquorum alias iſta iudicatum, & hanc eſſe veriorem, humaniorémque ſententiam, & magis voluntati defunctorum conformem, ſubdens, in fine, quod ſine ſcrupulo tranſit, quando facti ſunt plures gradus ſubſtitutorum de maſculis, *Dec. d. l. 1. n. 16. C. de pact.* ſæpius ſe ita conſuluiſſe refert, prout vere conſuluit *conſ. 270. & 318. & alibi quoque Ripa in l. Centurio n. 162.* refert ita conſuluiſſe præſtantiores doct. Italiæ, *Corn. conſ. 186. volum. 2. Guid Papæ deciſ. 84. per totam. Curt. Iun. conſ. 87. n. 1. in fi.* vbi ita iudicatum, & poſtmodum ſententiam confirmatam affirmat, ſequitur Aym. *conſ. 62. n. 16. & conſ. 150 nu. 2. & conſ. 115. n. 5. vol. 1.* vbi quod hanc opinionem ſequi iu-
10 dicando curia conſueuit. Ad quorum confirmationem facit quod quando cauſa conſeruandæ agnationis diſpoſitio emanat inter illos de agnatione inducitur fideicommiſſum, *l. peto §. fratre ff. de leg. 2. Aym conſ. 130. n. 6. & 8. vol. 1. cum aliis quæ ad caſum noſtrum inferius ſcribit Marian. Soc. nepos. conſ. 168. n. 78 vol. 2.*

Quod autem hic ſola ratio conſeruandæ agnationis colligi poſſit, firmat Curt. Iun. *d. conſ. 87. num. 4. in fin. & ſeq.* tamquam magis communiter verum, *Marian. Soc. nepos conſ. 119. num. 34. vol. primo.*

11 Non obſtat quod contrarium tenet Ripa. *d. l. primo numero 8.* vbi refert, quod limitatio de qualitate maſculinitatis communiter non recipitur, & idem firmat *in l. Centurio numer. 162.* vbi communiter ita teneri refert Socin. nepos *conſ. 115. num. 15. & ſeq. volum. 1.* ſatis notabiliter illam reprobat, dicens ita tenendum eſſe tamquam magis communiter verum in iudicando, Zuccard. *in d. l. 1. numer. 81. & ſeq. Cod. de pact.* plene reprobat eamdem limitationem.

12 Reſponde obiectionem † Ripæ & ſequacium procedere vbi extaret ſtatutum feminarum propter maſculos excluſiuum, quo caſu maſculis ab inteſtato vocatis feminæ cum ipſis non ſuccedũt, ſtatuto fæminas non admittente, in terminis vero iuris communis limitatio procedit. nam filii maſculi in conditione poſiti ſi ab inteſtato ſuccederent, fæminæ quoque ſuccederent, contra defuncti voluntatem, Ideoque ex teſtamento filii maſculi vocati cenſentur, ita declarant Ripa & Zuccard. Vbi ſupra & alii quos adducit Soc. nepos *conſ. 111. num 32. volum. 1. & conſ. 118. num. 15. eo. volum.* dicens, quod eſt veriſſima & notabilis declaratio, & iterum idem plene firmat *conſ. 119. eo. volum.* vbi hanc veram opinionem eſſe & communem teſtatur Pariſ. *conſ. 42. num. 14. volum. 3. & conſ. 86. num. 79. volum. 2.*

13 Quarta coniectura † ſumi poteſt limitando gl. *l. Lucius* non procedere, quando teſtator filias & nepotes, vel alias feminas a deſcendentibus ſuis naſcituras dotari mandauit, & à ſucceſſione vniuerſali excluſit, quia tunc fauore maſculorum ita diſpoſuiſſe credendum eſt, tum etiam quia ſi fæminas cum maſculis concurrere expreſſe prohibuit, niſi dicamus maſculos ex teſtamento vocatos, ſequeretur, quod feminæ quemadmodum in caſu præmiſſo ita hic vna cum maſculis ab inteſtato concurrerent, cuius contrarium teſtator ipſe voluit, *Corn. conſ. 20. num. 21. vol. 4. Ripa in d. l. Centurio n. 163. & ſeq. ff. de vulg. & pupill.* inquiens ab iſta coniectura iudicando non diſcederem, quia mens teſtatoris eſt bona ſua peruenire ad ſolos maſculos, & *d. l. 1. num. 8. Cod. de pact. Curt. Iun. conſ. 87. num. 2.* vbi plene ea ratione, quia fæminas excludendo maſculos includere dicitur, cum vnius excluſio ſit alterius incluſio, & per alia de quibus ibi, *Aym. conſ. 62. n. 9. & conſ. 130. num. 4. volum. 1. Ripa. reſponſ. 1. nu. 11. tit. de ſubſt. ext. & pact.* & pleniori ſtylo coniectura hæc confirmatur infra *recollecta 85. per totam.*

14 Quinta accedit † coniectura, vt gloſſ. *d. l. Lucius* non procedat, quando filii legitimi ac naturales ſunt in conditione poſiti ad excluſionem naturalium, qui legitimati ſunt. Nam ſi ſolum legitimos & naturales in conditione poſuit, ſequitur quod ex teſtamento ſint vocati legitimi, & naturales, cũ alias ſi ab inteſtato vocantur, ſuccedent legitimati, vna cum legitimis & naturalibus contra expreſſam defuncti diſpoſitionem, vt firmauit Marian. Socin. nepos *conſ. 145. n. 8. vol. 3.* vbi pleroſque allegat, dicentes hanc eſſe communem opinionem, & hanc coniecturam potentiſſimam eſſe affirmat & cui nihil opponi poteſt. Nec obſtat ſi dicatur, quod contra hanc coniecturam ſiue limitationem tenet Pariſ. *conſ. 86. n. 28. vol. 2. ſecutus Soc. in d. l. cum auus.* ita tenentem, & pleroſque alios conſulentes ita tenentes, quos ibi refert, quoniam cum communis opinio ſit pro hac limitatione, illa ſequenda eſt, *l. minime. Digeſt. de leg. capit. ne innitaris. de conſtit.*

15 Sexta coniectura † facit, ex qua limitatur non procedere gloſſ. *d. l. Lucius*, quando filii, vel deſcendentes ſunt in conditione poſiti per ablatiuos abſolutos, tunc enim in diſpoſitione eſſe dicuntur, quia ablatiui abſoluti ab habente auctoritatẽ diſponendi prolati, diſpoſitionem, & fideicommiſſũ important, *l. fideicommiſſa. §. cum eſſet ff. de leg. 3. Bolog. conſ. 62. n. 24. in fin. Alex. conſ. 185. n. 19. ſaltem in quarta ſolutione vol. 2. Soc. nepos. conſ. 4. n. 7. vol. 1.* & facit doct. Bar. *in l. à teſtatore n. 3. ff. de cond. & demonſt.* vbi tenet, quod ablatiui abſoluti relati ad perſonam, in qua poteſt cadere fideicommiſſum, inducunt fideicommiſſum quantum ad ſe, & quo ad alia conditionem, ex quibus ad deciſionem earum ſecundũ caſus occurrentes poteſt inferri.

SVMMARIA.

1 *Onus legatorum ad ſubſtitutum in certis rebus non pertinet.*
2 *Subſtitutio facta de vno in certa parte bonorum ſtabilium, & de alio in alia parte eorumdem ſtabilium dicitur eſſe particularis.*
3 *Fideicommiſſum particulare non trahitur ad vniuerſale, etiam alio vniuerſali non exiſtente.*

4 In

4 *In fideicommissarium partis bonorum non transeunt iura & actiones passiue, secus in fideicommissarium partis hæreditatis.*

5 *Substitutio facta in residuo bonorum quando vniuersalis esse dicatur.*

6 *Iura & actiones ad res certas limitate non faciunt, quem hæredem vniuersalem.*

7 *Bona alienari prohibita non veniunt in fideicommisso vniuersali.*

8 *Prohibitio de non alienando turrium vel palatium testatoris tacitum fideicommissum inducit ob affectionem, quam ad ea habere præsumitur.*

Quæstio LXV.

1 IN residuo bonorum substituti, non sunt vniversales, sed particulares fideicommissarii, proindeque ipsi conueniendi non sunt ad legatorum satisfactionem, cum onus legatorum ad substitutum in rebus certis non pertineat, *Alex. in addit. ad Bald. in l. quoties in vltima addit. C. famil. hercis. Ias. cons.*
2 *64. n. 1. in princ. volum. 1.* Quod autem † particulares sint fideicommissarii probatur primo per textum *in l. ex facto proponebatur. ff. de hered. instit.* vbi institutio facta de vno in rebus prouincialibus, de alio in rebus Italicis dicitur particularis. Hocipsumque comprobat Cuman. *cons. 109. colum. 1.* vbi monasterium instituitur in dimidia bonorum stabiliom, fratres testatoris in alia dimidia stabilium, & particularem vtramque institutionem esse, non vero vniuersalem consulit, & idem voluit *cons. 133. in princ. Dec. cons. 578. n. 9. circa mediū & melius cons. 385. Paris. cons. 45. num. 45. volum. 3.* dicens quod omnes hoc confirmare videntur, nisi contraria mens testatoris appareat, & quamuis particularis institutio trahatur ad vniuersalem, alio vniuersali hærede non existente, *l. quoties C. de hæred. instit.* secus tamen est in fideicommissu.
3. Quia particulare fideicommissum non trahitur ad vniuersale etiam alio vniuersali fideicommissario non existente, *Roman. in l. apud Iulianum §. sed et si quis num. 7. ff. ad Trebell. Immol. in l. ille à quo §. non omnes num. 15. & §. sed & similes in princ. ff. eod. & in l. 1. §. si ex fundo num. 84. ff. de hæred. instit. Alex. in l. nam quod §. non omnes n. 9. ff. ad senat. consult. Treb.* vbi communiter, ita teneri refert Paris. *cons. 59. n. 1. vol. 2.*
4 Secundo in † fideicommissarium partis bonorum non traneunt iura, ac actiones passiue, & in restitutione hæres deducere potest æs alienum, etiam invito fideicommissario, secus autem est in fideicōmissario partis hæreditatis, in quo iura & actiones passiue transeunt, ideo tunc non retinet heres æs alienum, cum ipse conueniri non possit, sed aduersus fideicommissarium actiones sunt dirigendæ, *l. si quis seruum §. fin. vbi Paul. de Cast. ita declarat ff. de leg. 2.* Et licet Dec. *cons. 387. in fine* de hoc dubitare videatur, attamen Ias. *cons. 64. in princ. volu. 1.* approbat opinionem Paul. de Cast. inquiens omnes ita tenere, Idemque tenet Diḱtus *de arte testandi tit. de legatis caut. 42.* Tertio pro hac parte est tex. *in l. cogi §. sed & si miles. vers. nam sicuti in militia concessum ff. ad Treb. ll. autem,* vbi diuisio patrimonii facta per testatorem inter plures substitutos vnumquemque eorum in certa specie bonorum substituendo, non facit substitutos vniuersales, & per illum textum iuncta gl. hoc ibi notat Alberic. & Alex. *n. 1.* Ad idem Bald. *in l. quoties num. 2. & 3. C. famil. hercisc. Card. cons. 68. per totum,* vbi substitutio fit in residuo bonorum & particularis appellatur, quia
5 verbum commune adiicitur, tunc autem verbum residuum comprahendit totum, quando extat persona in qua verificari possit pars prius legata, *l. 2. C. de hæred. instit.* vbi Ias. & alii, Alex. *cons. 130. nu. 6. vol. 2. Afflict. decis. 285.*

Quarto dato, quod substitutio facta in residuo bonorum esset vniuerlalis, vt tradit Bart. *in l. Centurio n. 42. ff. de vulgari & pupil. Imol. d. l. cogi n. 15. in fine. Alex. d. l. nam quod. §. non omnis in fin.* Non tamen substituti tenentur, ad aliquod legatū. Quoniam est in electione hæredis legata retinere, & reliquum restituere, vel absque deductione legatorum totum fideicommissario restituere *l. cogi §. inde quæritur. ff. ad Trebell. & post gl. in l. fi. C. ad Trebell.* tenent ibi Odofred. Bald. Salic. Paul. de Castr. & Corn. & idem tradit gl. *in l. Marcellus in princ. & in §. Idem Pomponius per textum ibi. ff. ad Trebell. & doctores in d. §. Idem Pomponius id approbant. & tenet Alex. d. l. nā quod. §. non omnis in fi. ff. ad Trebell.*

Proinde si in electione fuit hæredis vel retinere, & legatario soluere, vel totum fideicommissario restituere, legatario aduersus substitutos agenti incumbit onus probandi hæredem totum ipsis restituisse, & in fideicommissi restitutione legatū non retinuisse, & hoc est quod Imol. dixit in *d. §. Idem Pomponius.* legata veniunt soluenda ab ipso fideicommissario si ei omnia restituantur, & facit textus *in leg. Imperator Antoninus in principio. ff. de leg 2.*

6 Et idem † responde quando substitutio sit in residuo bonorum & iurium, quoniam iura non sunt vniuersalia, sed limitatā ad residuum bonorum, *Paris. cons. 43. num. 83. volum. 3. & plenius Bertran. cons. 1. in 2. quæsito num. 26. volum. 2. parte 1.* vbi probat, quod teneri actionibus, & iuribus passiuis, non arguit quem esse heredem vniuersalem, ad idem Alberic. *in l. fideicommissi num. 4. ff. de vsur.* vbi habetur fideicommissario singulariter relinqui posse vniuersitatem iuris vel facti, vt peculium vel grex.

7 Quinto legatarii † testatoris palatium à substitutis petendo pro satisfactione suorum legatorum obtinere non possunt, cum illud à testatore prohibitum fuit alienari. Quoniam prohibita alienari non veniunt in fideicommisso vniuerlali, *l. Lucius. §. pluribus. ff. ad senat. consult. Trebell.* & ita not. ibi Bart. Alberic. Angel. Paul. & Imol. rationem adducentes, quod specialis prouisio facta de re alienari prohibita operatur, vt generalis prouisio ad eam non extendatur. Immo nec etiam filius legitimam sibi eligere potest in re alienari prohibita, quando alia bona supersunt, *Bal. in rubr. ff. de rer. diuis. sequuntur Alex. & Ias. in l. Marcellus §. res quæ. ff. ad Trebell.*

Sexto & vltimo facit quod prohibitio de non alie-

aliẽnãdo, etiam nulla causa expressa tacitum fideicommissum ioducit, si turrim vel palatium alienari prohibeat, eo qnod voluit in illos de familia remanere, *Bal. in l. quoties ab omnibus. Cod. de fideicommissis*, & sequitur ibi Ias. & Alex. *in l. filiusfamilias §. diui. in princ. ff. de leg. 2.* & post eum moderni repetentes Dec. *cons. 481. in princ.* ergo ad Palatium oon competit actio, quæ licet competat in omnibus rebusque defuncti fuerunt, non procedit in hisq; speciali legato vel fideicommisso alii defuoctus legauit, ne quod vni datur alteri denegetur, inquit gl. *in l. 1. in verbo in multis in fi. C. communia de legatis. & sequũtur ibi Bald. & plenius Albericus, & Paulus de Cast. Io. Faber. in § sed olim. institut. de legatis*, & ex præmissis liquet legatarios obtinere non posse, sed magis experiundum esse, contra hæredem vel contra tertios possessores aliorum testatoris bonorum.

SVMMARIA.

1 *Appellatio ad plures iudices alternatiue interposita de iure ciuili tenet.*

2 *Appellatio ad plures iudices alternatiue concepta de iure canonico non tenet, nisi infra decendium subsequatur declaratio.*

3 *Appellatio alternatiua de iure canonico reprobatur, quoniam ad plures competentes iudices interponitur aliud si vnus sit competens & alter incompetens.*

4 *Appellatio de iure canonico ante sententiam admittitur.*

5 *Decendium ad appellationem curritur à die lata sententia & eius scientiæ.*

6 *Quoniam per publicum sententiæ instrumentum ea intimatur.*

7 *Sed si alias sententia notitia habita sit, ex tunc decendium currit.*

8 *Quia condemnatus est in culpa qui debuit inuestigare tenorem sententiæ.*

9 *Sententia intimatur ad cautelam, non ad necessitatẽ, quoniam aliunde illius notitiam condemnatus habet.*

10 *Sententia contra rem iudicatam non tenet, sed neque etiam rescriptum principis.*

11 *Appellationis prosequendæ tempus quando incipiat.*

12 *Dilatio legalis arctari non potest.*

13 *Littera A. separationem facit.*

14 *Instantia in dubio sustinenda.*

15 *Dilationis causa cessante cessat ipsa dilatio.*

16 *Appellationis persequutio incipit tempore appellationis.*

17 *Feriæ reuerentiales in honorem alicuius sancti introduci & tolli possunt statuto & consuetudine.*

18 *Feriis reuerentialibus pacto priuatorum renuntiari potest.*

19 *Feriis reuerentialibus expressè & tacitè potest renuntiari.*

QVÆSTIO LXVI.

1 IVre ciuili appellatio † ad plures iudices alternatiue coocepta tenet, quia ad proaimum superiorem diuoluit, ad qnem de iure appellare debuisset, neque ioutilis adiectio de alio facta ad quem appellari nequit, vitiat appellatiooem, quo minus deuoluit ad eum ad quem de iure pronocari debuisset. *leg. imperatores. Digest. de appellation. leg. percipimus. Codice eo gloss. in capitulo si in cus. de offic. deleg. lib. 6.*

2 At de iure caoonico alternatiua † appellatio reiicitur, cum enim sit in facultate appellantis immediatum iudicem vel papam ipsum ommisso medio prouocare, appellatio alternatiue concepta non tenet ob incertitudinem iudicis ad quẽ, ne appellatus in incerto vagari cogatur, nisi infra decendium appellans iudicem eligat atque declaret, coram quo causam prosequi mallit, *gloss. in dicto capitulo si in cus. in glossa magna, de offic. delegat. vbi Francus numero quarto.* reprobans Rotam tenentem alternatiuam appellationem, admittit & late comprobat Fel. *in capitulo inter cetera de appellation. & sequitur ibidem Dec. Franc. in capitulo dilecti filii. el tertio, numero 59. de appellation.* pleno stylo hanc partem probat & decisiooem dominorum de rota validis reprobat rationibus, *Angel. consilio 336.* & opinionem contra rotam consuetudine approbatam esse refert Corn. *consilio 58. numero secundo. volum. secundo.* quin immo eadem rota alias contrarium tenuit reprobans appellationem alternatiuam, vt per Thomam Fastoli, *decision. sen dubio 16.*

3 Hæc autem senteotia † quæ secundum canones appellatiooem alternatiuam reprobat, nisi infra decem dies declaratio subseqnatur, limitanda est vt præcedat, quando ad plures iudices competentes prouocatum sit, sin autem ad plures appellatum sit, quorum vous competens sit aliua incompetens, tunc alternatiua appellatio tenet & ad iudicem competentem devoluit, quia cessat ratio incertitudinis, ita declarat Ang. *d. cons. 336. dicta confirmatione.*

Nequeius canonicum alternatiuam appellationem reiicit ad angustandum appellationis remedium, sed nedum appellanti patrocinium præstat appellatio ob incertitudinem iudicis damoum inferat, immo æquitas canonica ad leuameo oppressorum ampliat, qnooiam de iure ciuili regulariter prohibetur appellatio ante sententiam diffinitiuam, *leg. apertissimi Codice de iudiciis.* vbi glossam scribentes probant, at vero de

4 iure † canonico omni tempore aliam ante sententiam prouocare conceditur à grauamine illato vel comminatione, *c. non ita. 2. q. 6. vbi notatur & tenet. S. Thomas 2. 2. quæst. 69. art. 3. ad 1.* idcirco peccat iudex non admittens appellationem viam io casibus, in quibus de iure ciuili appellatio prohibetur, & præterea in foro conscientiæ tenetur appellanti ad eius damna & interesse, in foro autem exteriori ad damna appellaotis iudex conueoiri

niri nequit, *Haſtienſis de appellat. §. quando debeat. Nauarrus in Manuali capitulo 25. numero 14. verſiculo*
5 *nota tertio.* Decendium † vero condemnatis ſeu alias grauatis proficuum ad appellandum currere incipit à tempore latæ ſententiæ vt eius ſcientiæ, *leg. ab ea Codic. quomodo & quando iudex. gloſſ. in authent. hodie Codic. de appellat.* & ſi per publicum ſententiæ inſtrumentũ ea intimatur cum toto illius tenore procul dubio ex tunc appellandi tempus currere incipit, *Bald. dict. authentic. hodie numero primo, & l. prima, numero quarta, Codice de tempor. appellat. Anchar. conſ. 372. 3. quæſito.*

6 Immo & † ſi alias grauata ſit ſententiæ condemnatione notitia, veluti ſi per publicum officialem, verbotenus ſibi referentem ſententiam contra ſe latam eſſe, vel alio modo habita ſit ſententia, cognitio idem quod ſupra dicendum eſt quod ſententiam paſſus infra decem dies à tempore ſcientiæ appellare tenetur, alioquin ſententia in rem iudicatam tranſitum facit, ita nuncupatim tenuerunt Bald. & Paul. de Caſtro *in dicta authentic. hodie. Speculator titulo de appellation. §. reſtat. verſiculo ſed nunquid hoc tempus. Francus in capitulo ex ratione, numer. ſecundo, de appellation. Felynus capitulo quod ad conſultationem, numero 32. de re iudicat. Angel. in leg. prima, Codice de temp. appellation.* Inquiunt Bald. & Felyn. quod condemnatus fuit in culpa qui debuit inueſtigare tenorem ſententiæ, & comprobatur ex textu *in dicta leg. ab eo. Codice quomodo & quando iudex, ibi cum primum cognouiſti.*

7 Sententiamque debere † intimari neceſſarium non eſt, quoniam aliunde habita ſit ſententiæ condemnatoriæ ſcientia, *Bartol. in leg. ſi aliter. §. morte. numero 35. de oper. noui nunt. Papienſ. in forma appellationis à ſententia diffinitiua in principio, numero duodecimo. Franciſc. in capitulo bonæ memoriæ. numero 22. de appellation. & probat. textus in clemen. cauſam. de electiou. ibi, niſi plena & certa notitia aliter perueniſſet & gloſſa declarat.* ſi ſuper appellatione conſuluit aduocatos & amicos, & plenius perſequitur ibi Imola *numero 79.* & Ancharan. *quæſtione* 15. & Benedictus Vadus Foroſempronien. *in addit. ad Fel. d. c. quod ad conſultationem. nu. 32. ſuper verba eſſe latam.*

8 Si igitur certa † ſententiæ notitia habita fuerit, tametſi ea formiter intimata non ſit, in iudicatum illa tranſitum facit.

Et alia ſententia contra rem iudicatam proferri non poteſt, eaque ſic prolata non tenet. *l. prima. Codice quoniam prouocare non eſt neceſſe.* Immo non tenet reſcriptum principis, niſi conſtet, quod rei iudicatæ derogare velit, *leg. rei iudicat. s. ff. de regulis iuris vbi Dec. & Cagnol. c. quam eccleſiarum. de conſtitutionibus. iuncta ibi per ſcribentes notata. Felyn. in capitulo cum inter. de rebus iudic. Paris conſilio 30. numero 4.*

Verum ſi ſtatuto cauetur quod ab ipſo decimo die appellationis perſecutio fiat, ſi ante decimum diem appellatio ſit interpoſita, quæritur quando proſecutionis tempus initium habeat, & videtur dicendũ, quod à fine decẽdii proſecutionis tempus currat, quoniam ſtatuti verba ita ſuadere videntur.

9 Nam ſi à die † appellationis eius proſequutio initium haberet, ſtatuti verba non conuenirent, & ab eorum proprietate recederentur, *leg. quarta. §. toties. Digeſt. de damn. infect. l. quicquid aſtringendæ. Digeſt. de verborum obligation. leg. non alter. Digeſt. de leg. 3.* dilatioque legalis ſine miniſterio iudicis conceſſa abbreuiari nequit, *leg. ſecunda vbi ſcribentes, & præſertim Ripa. ff. de re iudic.* Confirmatur quia dictio *ſin autem. numero quarto Codice de appellationibus. & in leg. à colligata. Codice de nuptiis.* Cardinal. & Imol. *in clement. ſicut. de appellation.* ergo ab ipſa decima die appellationis proſequendæ tempus ſeparatum eſſe debet, quam opinionem ſuper ſtatuto Florentiæ firmat Corn. *in leg. fin. columna prima circa fin. Codice qui admit.* ratio-
10 nem adducens, quod non erit inutile † tempus à die appellationis vſque ad finem decendii, quoniam interim appellans ſe præparare poteſt, vel poterit appellationem variare, nempe appellatione intra decendium reiterata eſt, in facultate appellantis primam vel ſecundam appellationem proſequi, *Abbas & alii in capitulo bonæ. de appell. Imol. in leg. cum procurator. §. ſi dominus. Digeſt. de noui oper. nunc. Decius communem affirmans in eodem c. bonæ. numero 24.*

Accedit quod in dubio pro inſtantia pronuntiandum eſt, & cauſam appellationis non eſſe deſertam, *Paul. de Caſtro in leg. 1. in final. verb. ff. ſi quis caut.* quem alii ibi ſequuntur & tenet Maranta in practica, vltima parte *in ſecundo actu numer. 397.* idcirco facilius ſubſtinetur inſtantia computando eam ab vltimo die decendii, quam à die appellationis antea interpoſito.

Contrarium vti verius ſequendum eſt, quod appellationis proſequutio incipit ab ipſa appellatione non à fine decendii, non ceſſante cauſa dilationis, ceſſat ipſa dilatio, *Bart. per illum textum in l. ſi quis. Digeſt. de acquir. hered. Bald. in l. fin. num. 3. Cod. qui admitti.*

Et ſi ſecus diceremus tempus medium à die appellationis vſque ad finem decendii, vtique parti inutile foret, *Paul. de Caſt. dict. l. ſi quis heres.* quem ibi ſequitur Franciſc. Aret. quos nullo addito refert Tiraquell. *in dict. tract. cau. ceſſant. parte 1. in principio. numero 8. Alexand. in d. l. fin. num. 7. C. qui admit. Idem Paul. de Caſt. conſ. 117. à nu. 3. vſque in fine conſilii. vbi plene vol. 1.*

Non obſtant ea quæ primo loco in contrarium dicebantur, ſtatutum ſi habuit reſpectum ad caſum quo vltima die decendii, vt communiter fieri ſolet appellatio interponitur, quare ſequitur, quod verba ſtatuti conueniunt, & à proprietate eorum non receditur, quemadmodum Paul de Caſt. & alii præallegati declarant. Non obſtat quod proſecutionis tempus à primo fatali disiunctum eſſe debet, ſiue antea appellatur ſemper ſecundum fatale à primo disiunctum erit, non igitur contrarium aduerſatur. Non obſtat quod tempus medium ab appellatione vſque ad finem decen-

decendii vtile erit, propterea appellationem forte reintegrandam, tu dic, quod ea non reiterata vtiq; medium tempus superfluum erit, quod absurdum esset admittere, tum quia actus legitimi non stant in suspenso. *l.actus.de reg.iur.in 6.* eo tum quia superfluitas in statutorum interpretatione non toleratur. *Ruin. consil.225.num.2.vol.1. Go Zadin. cons.61.num.7.* tunc etiam, quia absurditas maxime vitanda est, & circumscriptis verbis mens est sequenda, *Arcib.consil.47.num.2.Bolognin.cons.38.nu.3.* & quamuis aliquando medium tempus vtile esse possit, ob appellationem forte reiterandam, hoc non releuat, cum raro eueniat, duplicem interponi appellationem, nam à communiter accidentibus vnica interponitur appellatio, & ad ea, quæ frequentius accidunt, iuste adaptantur, *leg.nam ad ea.ff.de legibus.* nec dicitur sæpe appellati viua voce saluo iure appellandi in scriptis, etenim prima viuæ vocis appellatio non est appellatio, sed est protestatio de appellando in scriptis, atque secundum in scriptis interposita attenditur in cursu instantiæ, *Bald.in l. sancimus.num.4. quo tempore miles. Paul. de Cast.in l.cum procurator.§.si dominus.ff.de noui operis nunciat.vbi Alex.& Ias.* Non obstat, quod in dubio pronunciandum est per instantiam obiectum, vti verum admittitur, sed non contra dicit, quoniam non in dubio, sed in claris versamur, manifestum namque est, quod statutum emanauit ad lites dirimendas, & instantiam iuris communis limitandam breuiores prosecutioni appellationis terminos assignans, sed si appellatio prima die decendii interposita secundum fatale non curreret, statutum breuiores non faceret lites, sed magis contrarium opponeretur effecti, & ad vnum finem inducta contrarium operari non debent, iuribus vulgatibus & in hac sententia resideo. Rursus quæritur, an causa appellationis deserta esse dicatur ob prosequutionem illius factam vltra diem secundi fatalis feriata? Responde, sicuti statuto & consuetudine feriæ reuerentiales in honorem alicuius Sancti introduci possunt, ita è contrario statuto & consuetudine tolli & reuocari possunt, quamuis feriæ in honorem Dei & Sanctorum de iure canonico indictæ, de quibus *in cap. final. de ferin. in c. placita. 15. quæst. 4.* statuto & consuetudine laicorum alterari nequeant, vtpote quæ de iure diuino esse dicantur, *Alberic.in l.omnes dies. nu.1. circa finem.C.de feriis. Bald.& Paul. de Castr.in l. quadraginta. C. eod. Alex. & Ias in l præsides.ff.eod.* vbi Alex. plures concordantes allegat, quinimo feriis reuerentialibus in honorem alicuius Sancti à statuto indictis, consensu & pacto priuatorum partes feriis renonciare possunt expresse & tacite, id ipsum quoque possunt, sicut in terminis nostris notat Alexand. *per illum textum, in l. 1. numero quinto ff. de feriis. Iason ibidem numero tertio post Paulum de Castro in consilio ibi relato*, dicentem, exceptionem feriarum opponi debere, alioquin processus tenet, quare sequitur, quod opposita exceptio desertionis appellationis excipientem non iuuat.

SVMMARIVM.

1 *In concernentib. successionē tempus mortis attēditur.*
2 *Peti non debet id, cuius contrarium non esset quis petiturus.*
3 *In legitima tempus mortis inspicitur.*
4 *Militia scriptoria, libri à patre empti filio in legitimam imputantur secundum tempus mortis.*
5 *Idem est de dote & donatione propter nuptias.*
6 *Fructus lucratur hæres pro cultura & cura.*
7 *Possessor bonæ fidei fructus naturales consumptos restituit quatenus fructus est locupletior, industriales lucratur pro cultura & cura.*
8 *Legitima eiusque fructus à die obitus paterni debentur.*
9 *Possessor bonæ fidei fructus consumptos non restituit in iudicio singulari, secus in vniuersali, prout est legitima.*
10 *Legitimæ fructus debentur non petiti, si ea consistit in bonis stabilibus, secus si in quantitate.*
11 *Hæres qui percipit ex legitima fructus moram reipsa contrahit.*
12 *Hæres in mala fide versari dicitur, eo ipso quod legitimam non restituit, ideo fructus non facit suos.*
13 *Filia testatoris licet non admittantur ad patrem hæreditatem, attamen in computatione legitimæ faciunt partem.*
14 *Legitima quando est dimidia hæreditatis, Trebellianica non detrahitur.*

QVÆSTIO LXVII.

IN computatione supplementi legitimæ dos filiç in fundo dotali consistens debet æstimari secundum valorem temporis mortis paternæ, non vero secundum valorem hodiernum ineptis
1 rationibus. Primo, vbicunque † agitur de concernentibus successionem, attēditur tempus mortis, *l.ea demum.C.de collat.* per quem textum ita arguit Alex. *in l.illud.num.3.in fin. C.eod.& quem tex.in d.l.ea demum ad hoc adducunt ibi Bald & Salic.* At legitima eiusque supplementum est de concernentibus successionem, *auth. nouissima. C. de inoff. testa. l omnimodo. § imputari.& l.si quando §.1.C.eod.*
2 Secundo cum valor bonorum † dotalium cursu beneficioq; temporis auctus sit, & longe maior sit hodiernis temporibus, quam fuerit tempore mortis, iniuste optat hęres æstimationē fieri secūdum valorē hodiernū, quoniā si valor de tempore mortis decreuisset, vtique hoc non peteret. Ideirco audiendus non est, qui petit id, cuius contrarium non est petiturus in casu contrario, *l.secundum naturam ff.de reg.iur. & in terminis tradit Roman. in d.l.illud nu.4. C.de collat. Alex.in l.in ratione in princ. nu. 7. ff ad leg.Falcid. Curt.sen.cons.vltim.num.30 circa principium.*
3 Tertio, sicut † in legitima tempus mortis attenditur, idem in supplemento eiusdem dicendum est, cum non sit diuersitatis ratio, & idem iuris est de toto, quoad totum, quod de parte, quoad partem, *l.quæ de tota. ff.de rei vendic. l.eum qui ædes ff.de vsucap.* sed in legitima procul dubio tempus mortis attenditur, *l.cum quæritur, in verb mortis tempore.C de inoff.testa. tradit Ias.in l. quod Seruius.nu. 15.ff.de condit ob causam.* vbi communem dicit Curt. senior *cons. final. num. 3.* qui & ipse communiorem refert.

H Quarto,

4 Quarto, datum ob causam à patre † in eius vita
filio est imputandum, in legitima secundum valo-
rem & æstimationem temporis mortis paternæ, *d.
l. illud in princip. vers. quod tam in aliis. C. de collat. iuncta
gl. ibi, & scribentes sequuntur.* vbi habetur, quod mi-
litia à patre filio empta imputatur illi in legitima,
secundum æstimationem militiæ, quæ fuit tem-
pore mortis paternæ, idemque de officio scripto-
riæ in curia Romana à patre filio emptæ, & de li-
bris causa studii à patre filio emptis, non atten-
to, plus minusue per patrem sit expensum in em-
ptione & acquisitione prædictorum, atque non
attento, plus minusue valuerint post mortem pa-
ternam, & ita *in dicta l. illud. not. Bald. numer. quarto.
Roman numer. secundo, & sequent.* quem refert & se-
quitur Andreas Barbat. *in addition. ad Bartolum. vbi
supra. Paul. de Castro numer. quarto Alex num. 2. Iason
num 5. Vital. Nemans. tractat. de collat. quæstion. 28.* vbi
hanc communem opinionem esse refert, & adi-
dem quoque supra est text. *in l. omnimodo §. impu-
tari. C. de inoff. testam.* & tenent ibi Bald. Salyc. Paul.
de Cast. & Ias. Bart. *in l. 1. §. nec castrense nu 4. in fin. ff.
de collat. bonorum.*

5 Et quod dictum est de † militia à patre filio
empta in eius vita, quod in legitimam filii impu-
tari debeat, secundum æstimationem ad tempus
mortis relatam, idem dicēdum est de dote, & pro-
pter nuptias donatione, quoniam hæc a pari pro-
cedunt ad effectum imputationis, de qua sup. pro
ut sentiunt scribētes sup. relati *in d. l. illud.* & expres-
se ponunt Ang. ibid. *in princ.* & Bart. *n. 3.* Quo vero
ad fructus legitimæ ab herede perceptos à diē obi-
tus paterni vsq; modo, an filiæ fructus ipsi simul
cum legitima, eiusve supplemento restitui debeāt.
6 Videtur † dicendum, fructus non esse restituen-
dos, *per text. in l. postulante. §. sed & in huiusmodi. ff. ad
Trebell.* vbi habetur, quod fructus heredē sequun-
tur, si mora ipsius nō intercessit, nec enim æquum
erat alterius procuratorem ipsum constitui, & ita
per illum tex. tenet gl. *in l. fideicommissi. in gl. magna,
circa med. ff. de vsur.* in his enim non dicitur lucrum
facere, quia impēdio & opera hæredis percipiun-
tur, *secundum gl ibid.* & hoc ipsum implicite tamen
tenet Alex. *cons 7 n 8. & 9. vol. 2* & expresse in termi-
nis voluit Fabia. de Giochis *in auth. nouiss. n. 81. C. de
7 inoff. test.* Et est regulare, quod † possessor bonæ fi-
dei fructuū naturaliū pretium tenetur restituere,
quatenus factus est locupletior, quia tunc de me-
ro lucro agitur. Industriales vero fructus cōsum-
ptos pro cultura & cura ipsius lucratur, quasi in his
titulum onerosum habeat, *Specul. tit. de fruct. §. pri-
mo. numer. secundo. Alex. ind. in l. Nesennius. §. 1. n. 7. ff. de
re iudica. Paris. in addit. ad Bartol. in l. ex diuerso. ff. de rei
vendicat. Corn. cons. 301. n. 18. vol. 1. Curt. sen. cons. 71.* vbi
plene per tot. & ita communiter tenetur Alex. Pa-
risio, & Corn. proxime citatis ita attestantib. Qui-
8 bus non obstantibus † contrarium sequēdum est,
quod legitima, eiusq; fructus à morte paterna de-
bentur, *Auth. nouiss. & l. scimus. §. repletionē. C. ad Treb.
vbi Ripa. nu 45. & 46.* concordātes adducit Tiraq.
*in l. si vnquam gl. reuertatur. num. 270. C. de reuoc. donat.
Boer. decisio. 3. n. 17.* idemq; verum est, etiam quoad
fructus consumptos. Non obstat, quod fructus
9 à bonæ fidei † possessore consumpti non restitu-
antur, id enim procedit in iudicio singulari, at se-
cus est in iudicio vniuersali, quod est bonæ fidei,
singulare vero stricti iuris, & in singulari fructus
veniunt officio iudicis mercenario, in vniuersali
iure actionis. Idcirco filia cōsequitur legitimam,
quæ est ius vniuersale, insuperq; fructus eiusdem
iure actionis sibi debitos, quamuis à bonæ fidei
possessore consumptos, *Bald. in l. non est ambiguum.
C. fam. hercisc. Alex. cons. 69. n. 3. vol. 1. Socin. cons. 57. n 39.
vol. 4. Dec. cons. 485. n. 14 plene Ripa. in l. in fideicommis-
sariam. nu. 45. ff. ad Trebell. Fabian. de Giochis. in re. citt.
auth. nouissima. nu. 71. & 85. C. de inoff. testam. Bertrand.
cons. 270 n. 2. vol. 1. par. 2. Tiraquell. atque boer. loco proxi-
me citato.*

10 Et quando legitima consistit in bonis † stabili-
bus, legitimæ fructus veniunt etiam non petiti, sin
autem legitima consistit in quantitate, tunc non
debetur, nisi à die petitionis, seu a tempore mo-
ræ hæredis, *Ang. cons. 161. n. 1. in fi. Tiraq. in loco precita.
& alii de quib. infr.* & hoc quoad legitimam in bonis
11 stabilibus consistentem. Ideo euenit, quia † mora
re ipsa ab hærede contrahitur, eo ipso, quod per-
cipit hæres ex legitima fructus, ita vt teneatur ad
vsuras æquiualentes fructibus perceptis, tametsi
non petitis, vt post Ang. supr. relatum tenet Alex.
*cons. 7. n. 8. vol. 2. & expressim cons. 69. n. 2. vers. nec obstat.
vol. 1. Tiraq. vbi sup. in prin.* Hæresq; in mala fide ver-
12 sari † dicitur, eo ipso, quod detinet bona hæredi-
taria, atque scit legitimam filio deberi, eamq; non
restituit, quia fructus ob malam eius fidem non
fecit suos, *ita Fulgos. consil. 83. num. 3. circa principium.
Bertrand. consi. 27. in fin. consilii. volum. 7. post Corn. cons.
264. vol. 1.* eritq; legitima secundum numerū filio-
rum computāda, filiabus etiam connumeratis.
13 Quandoquidē fœminæ † ab vniuersali successio-
ne ex testamento paterno exclusæ, in computatio-
ne tamen legitimæ faciunt partem, & in numero
filiorum quoad legitimam connumerantur, *Ang.
in l. pater filium. ff. de inoff. testamen. Fabian. de Monte in
authent. nouissima. C. de inoff. testament. Paris. consil. 25.
nu. 31. & consil. 17. nu. 27. volum. 1. Curt. sen. cons. 5. Albert.
Brun. tractat. statutorum fœminas excludentium, arti-
cul. 13. quæst. 3. Nicol. Bello. consi. 83. nu. 14. vbi communem
testatur opinionem.* Et residuum legitimæ filiabus
debitæ accrescit ei, cui sua iura cesserunt, *Paul. de
Castr. in l. plane. ff. de Trebell. Fabian de Monte in d. auth.
nouissima num. 216. & sequent. Albert. Brun. vbi sup. n. 10.*
14 Trebellianica † vero omittitur. Nam quando filii
sunt vltra quatuor, quib. dimidia hæreditatis pro
eorum legitima debetur, sola legitima deducitur,
& Trebellianica vltra legitimam non detrahitur,
sed ea in legitimam confunditur, ne plus habeat
grauatus quam honoratus, sicque fideicommis-
sum euertatur, *Bal cons. 94. per totum. volu. 2. & idem
sentiunt Alexand. & Dec. citati ab Aymo. cons. 50 in fine.
volum. 1. & dixit Bald. dict. cons. 94.* quod nulla glossa
iuris Ciuilis, aut aliquis textus de mundo per-
mittit vltra legitimam Trebellianicam dedu-
ci, quando legitima absorbet dimidiam hære-
ditatis.

SVMMARIA.

1 *Instrumenti tres sunt præsumptiones, quod sit verum, solenne, & de voluntate partium.*

2 *Simulatio instrumenti quādo testibus probari valeat.*

3 *Simulatio probatur ex tractatu præcedenti, quod esset pignus, si postea in continenti sequatur venditio, secus si ex interuallo.*

4 *Tractatus & conclusio præcedens interuenire debet, nec solus tractatus sufficit.*

5 *Simulatio probatur per coniecturas arbitrio iudicis concludentes.*

6 *Coniecturæ legis simulationem cōcludenter probant.*

7 *Coniecturæ hominis quando plures sunt, & rationabiles ac vrgentes simulationem probant.*

8 *Simulationis tres sunt species, ideo simulationem opponens debet speciem illius exprimere.*

QVÆSTIO LXVIII.

TAmetsi in dubio præsumatur † pro instru-
1 mēto, quouiā ex eo tres oriūtur p̄sumptiones, q̄ sit verum, quod sit solenne, quod sit de voluntate partium celebratum, *l. optimam. C de contrahen. & commit. stipul. Bald. cons. 39. num. 2. volum. 2. Roman cons. 102. num. 4. Aym cons. 145. nu. 2. volumin. 1.* Nihilominus per † testes de simulatione instru-
2 mentum argui potest, quando sunt contestes, & omni exceptione maiores, sufficientemq; sui dictirationem reddentes, quia simulationem allegans habet contra se præsumptionem iuris, *Baldus consil. 21. vol. 4. Paul. de Cast. cons. 388. n. 2. vol. 1. & consil. 261. vol. 2.* Et duo testes ad minus requiruntur, *Anch. cons. 9. n. 2.* Vel saltem vnus testis de veritate, & dico de fama, *Afflict. de iure protomiscos. §. 4. num. 9.* Neque vniens testis in probanda simulatione sufficit, vt firmat Bertrand. *consil. 107. numer. 3. volum. 5. & Bald. dict. consil. 21. in secundo articulo.* sed & plures testes singulares simulatiunem non probare voluit *Anchar. cons. 272. in 3. & 4. dubio.* Atque ad † detegen-
3 dam simulationem testes probare debent, quod tractatum & conclusum est inter partes ante instrumentum, quod non esset venditio, sed pignus, tunc venditio in incontinenti secuta præsumitur simulata, sed si vēditio postea ex interuallo fieret, simulatio non arguitur, quia partes videntur pœnituisse, & à priori contractu recessisse, *Bartol. in l. pacta nouissima. C. de pactis. & sequitur ibi Bald. Paul. de Castr. d. consil. 388. nu. 2. vol. 1. Bald. d. consil. 21. vol. 4. Alex. consi. 88. n. 6. vol. 4. Boer. decis. 183. n. 16.* vbi communem hanc sententiam esse refert, & communem esse testatur Rui. *cons. 198. n. 15. vol. 3.* Et si altera die fiat, igitur ex interuallo fiet. *Rum. ibid. n. 16. & Bald. d. cons. 21.*
4 inquit, licet † probetur, quod antedicta fuerunt verba de pignorando, hoc non concludit, quia aliud est dixisse, aliud est fecisse. Videtur enim recessum à sermonib. præcedentibus, & nouus contractus ex interuallo celebratus. Accedit idē Bald. & post eum Salyc. & Ang. *in l. multum interest, C. si quis alteri.* vbi inquit: multa tractātur, quæ ad conclusionem non deducuntur, vnde nō sufficit probare, quod ita fuit concionatum, nisi probetur, quod ita fuit conclusum, sequitur Alexand. *dicto consilio 88. numer. quinto. volumin. quarto. Roman. cons. 423. num. 12. & sing. 368. cum aliis ibi in additione signa-*
5 *tis.* Imo cum simulatio sit actus occultus, qui cum directe probari non possit, probatur nedum per testes, vt præmissum est, sed etiam per coniecturas, atq; præsumptiones arbitrio iudicis concludentes, *Alex. cons. 197. n. 7. vol. 8. Dec. cons. 644. n. 4. Paris. cons. 86. n. 29. vol. 3. & cons. 55. nu. 28. vol. 1. Aym. consil. 156. num. 14.* Et proculdubio id procedit in con-
6 iecturis † legis, quia præsumptiones & coniecturæ legis pro liquida probatione habentur, *Baldus dict. consil. 21. volum. 4. Paul. de Cast. dict. cons. 388. volumine primo, Aym. dict. consil. 145.* Legis autem præsumptiones sunt pactum de retrouendendo, & modicitas pretii, quæ solæ sufficiūt ad impugnandum contractum, per ea quæ habentur supra *Re-*
7 *collect. 17. nu. 1.* Quodque † coniecturæ hominis sufficiant, præter supra relatos tenet Barba. *cons. 51. col. 1. vol. 1. secutus Lauren. de Rodulfis tractat de vsur. 2. parte. quæstione 60.* Debent tamen coniecturæ plures interuenire, hæque non leues, sed concludentes, atque verisimiles, vt alias in simili dicitur, quod non sufficit ex capite suo coniecturas imaginari, sed requiritur, quod sint rationabiles, & vrgentes, *Bald. & Imol. in l. quidam cum filium. ff. de hæred. institu. Socin. consil. 116. num. 1. volum. 3.* & leues coniecturas non admittit in materia simulationis *Bald. d. consilio 21 in fin.* oportet enim simulationem dilucidis probationibus enodari, per iura quæ allegat Paul. de Castr. *dicto consil. 388. volum. primo. sequitur Gram. decision. 76. nu. 24.* Quodque plures coniecturæ requirantur, multa congerit Paris. *cons. 15. nu. 30. vol. 1.* dicens, hanc esse communem. Quinimo simula-
8 tionem † opponens speciem simulationis, necesse habet exprimere, sunt enim tres illius species. Prima, quando vnum fit vere, & aliud apparenter. Secunda, quando nec vere quicquam fit, nec apparenter, vt quia contrahentes nihil agere intendunt. Tertia, quando contractus fit in veritate, qui modico tempore habet durare. Idcirco qui dicit contractum simulatum agendo, vel excipiendo, exprimere debet speciem & causam simulationis, alias intentio dubia redditur, & ille, cui simulatio opponitur, absoluitur, vt magistraliter tradit Bartolus *consilio sexagesimo quinto.* Petrus Nicol. quem vbique scribentes sequuntur, vt Paul. de Cast. *dict. consil. 388. volum. 1. Anchar. consil. 227. in prin. Paris. d. cons. 86. n. 21. vol 3. & alibi sæpe.* A contractib. simulatis abstinendum est, quoniam à mala merce decipiendi proximum prodeunt, simulatio quippe veritati aduersatur, & qui à veritate recedit, à Christo recedit, *c. qui contempta. 8. distinct.* etenim simulatio proprie est mendacium, mendacium vero peccatum est, vnde consequens sit peccatum, vt tradunt Sanctus Thomas *2. 2. quæstion. 111. articul. 1. ad 2. S. Bonauentura in 3. sentent. distinctione 38. quæstion. 2.* Quare ad contractus simulatos accedentes sciant se peccatum incursuros, de præteritis ergo doleant, & ad iudicium confessoris satisfaciant.

SVMMARIA.

1 *Periurus absolutione à iuramento obtenta non iuratur.*

2 *Limitatur primo, non procedere, quando cessat dolus.*
3 *Secundo, quando periurus non perseuerat in peccato.*
4 *Tertio, quando per errorem iuratum est.*
5 *Quarto limitatur, quando ex iusta causa iuramentum non seruatur.*
6 *Quinto limitatur, quando interuenit læsio excessiua vltra dimidiam.*
7 *Debitor priuatur commodo sequentium dilationum, si in prima periurium incurrit.*
8 *Nisi dolus debitoris absit.*
9 *Vel nisi ex iusta causa non soluit in termino.*
10 *At de æquitate Canonica secus est, si ius partis non sit factum deterius.*
11 *Et infra breue tempus creditori post moram satisfecerit.*

QVÆSTIO LXIX.

1 PEriurus si absolutionem à iuramento † obti-
nnerit, absolutio ei non suffragatur, tanquam
priuatus omni iure contractus iuramento firma-
ti, cui contrauenit *Federic. de Senis cons. 300. in fina-
libus verbis.* qui ab omnibus in materia citatur, *Fe-
lyn. in capit. 1. numer. 28. de iureiurand. Roman singular.
499. Alexand. consil. 83. numer. 7. volumin. 3. Dec. cap. di-
lecti. num 3. de except. Paris cons. 54. numer. 15. volum. 1.
Ruin. cons. 66. num. 6. volumin. 4. Bertrand. cons. 125. nu. 9.
volum. 8.* & communiter hæc sententia recipitur
2 ex fide fere omnium supra citatorum. Primo † li-
mitatur nō procedere, quādo cessat dolus, nempe
absque dolo periurium non incurritur, neque cul
pa sufficeret, vt quis periurio subiiciatur, *cap. bre-
ui. vbi not de iureiur. Felin dict. cap. 1. numer. 28. de iure-
iurand. Iason in l. final. in fin. ff. de iureiurand.* & melius
ibi Alexand. qui concordantes allegat, & habe-
tur plene per Franciscum Curt. *in addit. ad Alexan.
ibidem,* & ab hac opinione nemo scribentium dis-
crepat, inquit Iason *in l. qui iurasse ff. de iureiurand.*
3 *Alexand. consil. 92. num. 13. volum. primo.* Secundo † li-
mitatur non procedere, quando iuramento con-
traueniens non perseuerat in peccato, vt exem-
plificat Abbas *in cap. primo. nume. 13. circa medium. de
iureiurand. sequitur Felin. ibidem. Afflict. decis. 36. nume-
ro 3.* vbi quod debitor effectus periurus, si postea
satisfecit creditor, & vlterius sua peccata sacerdo-
ti confiteatur, & est absolutus, potest tunc periu-
rus obtinere absolutionem à iuramento, & sua iu-
ra deducere atque prosequi, & facit Lanfrancus
in capitul. quoniam contra. in verbo testium depositiones,
4 *numero 136.* Tertio limitatur, non † procedere,
quando iuramentum per errorem præstitum est,
quia tunc iuramentum est obligatorium, ex defe-
ctu consensus, *leg final. C. de non numerat. pecunia.
Bartol. in l. rationes. num. tertio. C. de probat. Maria. Soc.
iun. cons. 3. numer. 31. volumin. 2. Baldus in l. finali. ff. qui
satisdar. cogant.* vbi inquit, quod licet contraue-
niens non sit periurus, tamen in foro pœniten-
tiali iniungitur sibi pœnitentia. Quarto limita-
5 tur, non † procedere, quando quis ex iusta causa
iuramentum non seruat, tunc enim non dicitur
periurus, neque indiget absolutione à iuramen-
to, Angelus & Paulus *in l. finali. ff. qui satisdare co-
gantur.* vbi ait, quod communiter Doctores ita
tenent, & licet Angelus dicat, quod tutius est ob-
tinere relaxationem iuramenti, hoc non conclu-
dit, eam necessariam esse ad euitandum periu-
rium.

6 Quinto limitatur, non † procedere, quando
in contractu interuenit læsio, & ea est multum
excessiua vltra dimidiam, quia tunc iuramentum
ipso iure non obligat, nec est necessaria habilita-
tio, *Corn. consilio centesimo sexagesimo sexto. numer. 7.
vbi communis, volum. primo. Marian Socin. iun. cons. 57.
per totum. volum. 1. & cons. 3. numer. 45. volumin. 2.* vbi
magis communis, Dec. *cons. 180. num. 6.* Doctorum
tamen est consilium, quod petatur absolutio à iu-
ramento ad cautelam, vt refert Bald. *in l. fin. num. 3.
Cod. de non numerat. pecun. sequitur Marant. in Speculo,
part. vltim.* secundo actu principali, *numer. 115.* Ex
præmissis alterius quæstionis infertur solutio.
7 Debitor, qui ex instrumento iurato certis † tem-
poribus quid soluere conuenit, si dilationem pri-
mam transgressus sit, priuatur commodo dilatio-
num sequentium, neque mora, quam incurrit,
purgare sibi conceditur. Idque iuramentum o-
peratur, quod continuo debitorem interpellat,
ac moræ purgationem non admittit, eo quod
ipso iure à lege fit executio, *l. si quis maior. vbi not.
C. de contract. Marsil. notabil. 50. incipient. nota magnum.*
Alexand. Iason & Ripa post alios *in l. si insulam. ff.
de verborum obligat. Alexand. cons. 9. cum multis ibi addi-
tis, volum. 7. Decius cons. 452.* & communiter ita te-
netur, sicut fere omnes supra relati testantur. Sed
præmissa conclusio non procedere limitatur. Pri-
8 mo, quando debitoris promissa in termino non
adimplentur, dolus abest, sicuti supra quoque
comprobatum est, non enim absque dolo pœna
dict. l. si quis maior. committi potest, itaque nec lata
culpa sufficeret, vt pœnarum huiusmodi incursui
locus sit, *Bald. in l. obseruare. §. proficisci ff. de off. pro-
consulis. & legat. Alexand. d. cons. 92. num. 13. volu. 1. Iason
dict. l. si quis maior, numer 3. & in l. qui iurasse. in prin-
cipio. num. 8. ff. de iureiurand. Cagnol. in d. l. si quis maior.
num. 128.* vbi ait, opinionem Baldi communiter
approbatam.

9 Secundo limitatur, non † procedere, quan-
do recta causa subest, propter quam solutio in
termino facta non fuit, quia in iuramento
semper inest tacita conditio, nisi iusta causa in-
teruеniat, quemadmodum & supra præmissum
est, *Gloss. in l. final. ff. qui satisdar. cogant.* quam sequi-
tur ibi Bart. & post eum Ias. Imol. *in dict. l. si insulam.
num. 19. sexta fallentia. in fine. Decius cons. 118. circa fin.
& cons. 452.*

10 Tertio non procedere † restringitur de æqui-
tate Canonica, secundum quam ad euitandum
periurium, & eius pœnas moræ purgatio ad-
mittitur, si ius partis aduersæ non sit factum de-
terius, & nihil ei abest. *Baldus in leg. qui crimen. nu-
mero vigesimo. Cod. de his qui accusar. non possunt. plene
Alexand. dicta leg. si quis maior. numero septimo. circa fi-
nem. Iason §. item si quis. numero decimo sexto. institut.
de action. Lanfranc. in cap. quoniam contra. n. 136. de prob.*

Cagnol.

Cagnel. in dict. l. si quis maior. Antenius Petrucius in l. prima. numer. 212. ff. de iureiurand. Decius dicto consilio 118. numero septimo. Bertrand. consilio 342. numero 8. volumin. primo. Ruin. consil. 133. circa finem. volumin. 1. Albert. Brun. *cons. 41. numer. 8.* dicens, quod hæc opinio ex communi obseruantia præualuit in Regno illo, & dixit Cagnoll. vbi supra, quod ita tenuit Alexand. *dict. l. si quis maior.* cui vsque ad finem tituli nihil addi poterit. Quod vtique verum sit
11 de † æquitate Canonica, moram purgari posse, quando debitor celeri satisfactione, seu infra breue tempus creditori satisfecerit, atque breue tempus, quatenus extendatur, iudici est arbitrium, *Abbas consilio 67. num. 2. Alexand. d. cons. 9. in fi. volum. 7. Decius d. cons. 452. numer. 20. & cons. 118. num. 7. circa med. vbi communis.*

SVMMARIA.

1 *Donatio, promissio de donando, & pactum nudum donationis ab inuicem differunt.*

2 *Donatio à patre in filium collata non tenet in profectitiis, nisi certis casibus, de quibus hic.*

3 *Donatio ob causam sequuta causa est obligatoria.*

4 *Donatio ob matrimonium non dicitur ob causam, sed simplex & pura.*

5 *Donatio contemplatione matrimonii, non dicitur donatio propter nuptias.*

QVÆSTIO LXX.

DOnatio contractus nominatus est & irreuo-
1 cabilis, † *§. alia. institu. de donat. gloss. in l. fin. vbi scribentes. ff. de condit. ob causam. Bartol. & alii in l. iuris gentium. in princip. ff. de pactis. Parisius cons. 77. numero 101. volum. 1. & consil. 88. num. 13. & 46. volum. 3.* non tamen promissio de donando donatio dicitur, quoniam donatio re contrahitur, & inter eos contractus connumeratur, qui denominatur ab actu exequendi, & non habet nomen, nisi facta executione, vt depositum, commodatum & mutuum, & propterea donatio dicitur doni datio, *l. senatus §. primo. ff. de donationibus causa mortis.* & ita declarant Bart. Ang. & Paulus *in d. l. iuris gentium.* Pactum vero nudum donationis dicitur, quando nuda conuentione & solo verbo absque rei præsentia & traditione donatio de præsenti perficitur, & hodie ex specialitate, *l. si quis argentum, de donatione,* ex eo oritur obligatio & actio, *Bartolus dicta leg. iuris gentium. in principio. Corne. consilio centesimo quadragesimo primo. nume. 4. & 9. volum. 2. & cons. 245. numero tertio. in fin. volum. 4.* Aut ergo donatio fit rei traditione, & proprie donatio dicitur, aut solo verbo de præsenti, & dicitur pactum nudum donationis, aut per verba de futuro, & dicitur promissio de donando, ex primis quidem duob. casibus oritur obligatio & actio, tertio autem casu nequaquam, sed est pœnitentiæ locus. *Salic. in l. final. num. 7. ff. de cond. ob causam. Socin. in l. legem. num. 13. in final. C. de pactis. Imol. in l. ædibus. in princip. numer. 4. circa principium. ff. de donation. Alexand. dict. l. iuris gentium. numer. 9. cum duobus sequentib. Decius consil. 280. numer. 1. & 5. Aym. consil. 175. numer. 8. & seq. volumin. 1. Paris. cons. 16. in prin. vol. 2.*

2 His sic † præmissis respondeo, quod donatio contemplatione matrimonii à patre filio in paterna potestate constituto facta, à iure reprobatur, licet morte confirmetur, vel emancipatione, vel aliter filio sui iuris effecto. Nam filius quicquid acquirit, patri in profectitiis acquirit, nec momento apud filium residet, *l. placet. ff. de acquirend. hæreditat. Gloss. & Baldus in l. secunda. Cod. de inoff. donation. Bartolus in l. frater à fratre. numer. 11. ff. de conditio. indebit. vbi & Iason numer. trigesimo tertio. Guid. Pap. decis. 146 & plenius Tiraqnell. in præfatione l. si vnquam. num. 15. C. de reuocand. donation.* & licet in aduentitiis inter patrem & filium naturalis & ciuilis obligatio esse possit, in profectitiis tamen iura antiqua remanent incorrecta, cum olim, & hodie ciuilis obligatio inter patrem & filium in profectitiis cadere non possit, licet naturalis obligatio possit, *dicta leg. frater à fratre, & firmant Albericus & Angel. dicta leg. secunda. Cod. de inoff. donatio.* Et licet donatio inter patrem & filium in potestate ab initio non valeat, fallit tamen in pluribus casibus enumeratis, *per glossam in leg. secunda. C. de inoffic. donation.* sed casus donationis contemplatione matrimonii enumeratus ibi non reperitur, ergo sub regula & eius prohibitione remanet, & nec glossa, nec legentium quisquam, qui super dicta glossa scripserint (quos omnes vidi ab Odofredo, Cyno, Alberic. vsque ad alios, qui hucusque ibi scripserunt) casum hunc connumerat inter casus à dicta glossa exceptos, immo ibi Cynus dicit, extra hos casus donatio non tenet, *Iason insuper in dicta leg. frater à fratre, in prima lectura, circa finem,* eosdem casus à regula exceptos, referens alios addit, de donatione contemplatione matrimonii facta verbum nullum, ad quod argumentum præstat, *gloss. in §. actionum. institut. de actionibus.* vbi dicit, actiones omnes ibi enumeratas esse bonæ fidei, quæ autem ibi non numerantur, non sunt eius naturæ. Nec dicatur,
3 quod efficax est hæc donatio, † atque obligatoria, vtpote quod donatio, seu donandi pollicitatio ob causam facta, secuta causa efficaciam sortiri valeat, *argument. text. & ibi not. in l. legem. & l. cum res. Cod. de donation. & l. prima, C. de donation. quæ sub modo, Imola in l. si cum filius. §. Titio centum. in principio. ff. de donation. Antonius de Butr. consilio sexagesimo quinto. numer primo. Socinus consilio sexagesimo octauo. numero primo. volumin. primo.* Respondetur, quod matrimonium non est causa finalis, sed impulsi-
4 ua huiusmodi donationis, † ideo donatio non dicitur ob causam, vt voluit Oldrad. *consilio quinto. per totum. sequitur Socin. cons. 53. num. 1. volum. 1. Decius consil. 216. num. 7. volum. 2 Aym. cons. 114. num. 17. vol. 1.*
5 Neque † etiam dicatur, quod donatio contemplatione matrimonii saltem valet, vti donatio propter nuptias, vt per Guid. Papæ *decis. 145.* donatio enim propter nuptias est, quæ fit mulieri in compensationem dotis, & vt mulier sit in dote soluta securior, *gloss. in rubric. C. de donatio. ante nupt. & in authent. dos data. C. eodem* hæc autem donatio non est huiusmodi: Ergo, &c. Et quamuis donatio contemplatione matrimonii donatio propter

nuptias appellari poſſet, id procedat quoad nurum, & eius reſpectu, quo vero ad filium & eius reſpectu, dici non poteſt donatio propter nuptias, cum natura donationis propter nuptias huic donationi non conueniat, vt in indiuiduo firmat Anton. Rambaud. *in addit. ad Guidonem Papæ, d. deciſion. 145. in verb. valida.* & ita quoque conſulendo voluit Oldrad. *conſ. 151. incipiene. ſi qua verba donationis.* & inter cætera mouetur à ſimili eius, quod dicitur de donatione ab extraneo mulieri ex cauſa dotis facta, quæ reſpectu viri eſt titulus oneroſus, reſpectu mulieris eſt titulus lucratiuus, & ſic diuerſis reſpectibus diuerſam aſſumit naturam, *Alex. & Iaſ. in l. 2. in princ. ff. ſi cert. pet.* vbi quod ex eodem facto diuerſi contractus ſecundum diuerſas conſiderationes poſſunt oriri.

Rurſus auctoritates, quibus Guid. Papæ nititur, non probant illius intentionem. Nec enim Cyn. ab eo allegatus, neque Bart. quos occulta fide vidi, dicunt id, ad quod à Guidon. Pap. allegantur, & iura ab eodem adducta ſi recte ponderantur, non probant. Quin etiam contra eius deciſionem concludit Oldrad. *d. conſ. 151. Paul. de Caſtro conſ. 345. num. 1. vol. 1. Bertrand. conſ. 193. nume. 7. volu. 2. part. 1. & conſ. 120. numer. 3. volum. 3. part. 2. Ripa. in l. prima. ff. ſolut. matrimon.* Et quatenus donatio contemplatione matrimonii valeret, tamquam donatio ob cauſam, & ad exemplum donationis propter nuptias, etſi propria donatio propter nuptias appellari nequeat, quemadmodum vltra Guidonem Papæ tenuit Pariſius *conſ. 16. num. 4. volum. 2. Ripa reſponſ. 1. num. 4. tit. de pactis. Boer. deciſ. 153. num. 10. Bertrand. conſ. 21. in princ. volum. 2. part. 1.* Nihilominus patris non deficit intentio, vtpote, quod nec donatio, nec pactum nudum donationis interuenit, ſed promiſſio de donante, ſub conditione, de qua in proceſſu, cuius caſus non venit, non iniuria igitur pater pœnitere poteſt.

S V M M A R I A.

1 *Iuramentum quid ſit, & quomodo iurandum.*
2 *Iurare per ambages reprobatur.*
3 *Deferens iuramentum ei, quem credit periuraturum peccat.*

QVÆSTIO LXXI.

QVoniam ſupra & in ſequentibus quoque ſæpius mentio habetur de iuramento, pauca hæc ſubiiciã, vt vim iur. intelligentes periurii pec-
1 catũ facilius euitent. Sciendũ † eſt igitur, ꝙ iurare
eſt Deũ in teſtẽ inuocare, hinc iuramẽtũ dicitur affectio vel negatio de aliquo, ſacræ rei atteſtatione firmata, Dominus voce Hier. 4. inſtruit, quomodo ſit iurandũ, dicens: iurabis, viuit Dominus in veritate, in iudicio, & in iuſtitia. Quod exponit S. Tho. 2. 2. *q. 89. ar. 3.* In veritate contra falſitatẽ, in iuſtitia contra illicitũ & iniquũ in iudicio, nempe diſcretionis contra ſubreptionẽ & læuitatẽ. Ex eo autẽ inductũ eſt iuram. quia homo ſciẽs, hominẽ eſſe mendacẽ, & ideo poſſe fallere, & etiã falli, neceſſe fuit adducere teſtẽ veracẽ, & ſcientẽ, qui nec fallat, nec falli poſſit, hic ſolus eſt Deus. Hinc introductum eſt, vt ꝙ ſub inuocatione diuini teſtimonii dicitur, ꝓ vero habeatur à D. Paul. ad Heb. dicente: Omnis controuerſię finis ad cõfirmationem eſt iuramentũ. Ponit hæc Gab. Biel *in 3. diſt. 39.*
2 *q. 1. ar. 1* Quiq; per ambages iurat, periurium † non
euitat, *c. quacunq; 22. q. 5.* vbi dicitur, quacunq; arte verborũ quis iurat, Deus ita hoc accipit, ſicut ille, cui iuratur, intelligit. Doctor probaturus refert, quod quidam teſtes poſuerũt ſibi in calceis ſubtus pedes terram, de agro, in quo ſtabant, qui cũ iuramento à iudice interrogati reſponderunt, in terra in qua nos ſtamus (intelligẽtes de terra in calceis) ius competere illi, cui fauere intendebant, diuinæ placuit iuſtitiæ, vt eo anno 10. ex 12. teſtib. qui ſic fallaciter depoſuerunt, mala morte perierint. Ca-
3 ueãt inſuper Chriſtiani fideles, ne iuramentũ de-
ferant, & quem periuraturum eſſe ſciunt, vel probabiliter credũt, quoniã qui ſic ad iurandũ alium prouocat, homicida peior exiſtit, ille quippe corpus occidit, hic animam, *c. ille. & c. ſequen. 22. q. 5.* ad hoc narrat Aug. quod quidam alium ad iurãdum ſic prouocauit, nocte ſequenti grauiter ſe verberari ſenſit, cui verberator dicebat: Nonne potius perdere debueras rem tuam, quam illius animam. Et S. Tho. 2. 2. *q. 98. art. 4* ait: qui ſic iurat, ſuo periurio ſe interimit, qui iurare facit, manum interficientis impreſſit, & hoc vbi priuatus à priuato iur. exigit, ſecus eſt in iudice, qui iuramentum differt ad partis inſtantiam, etiamſi ſciat falſum iuraturũ eum, à quo exigitur iuramentum; quia vt perſona publica facit periurantem, terreat, vel quod dixit Deus Zach. 5 vbi habetur Malachiæ: mendicatio veniet ad domum iurãtis in nomine meo mendaciter, & eo morabitur in medio domo eius, & conſumet eam, qui plura in foro conſcientiæ ad iuramentum pertinentia ſcire cupit, ad ſacros Doctores recurſum habeat.

S V M M A R I A.

1 *Tutor confeſſionem in inuentario factam res proprias vti pupillares deſcribendo regulariter reuocare non poteſt*
2 *Limitatur non procedere quoad bona ſtabilia.*
3 *Et quando iuſtus acceſſerit error, cuius promptæ ſint probationes.*
4 *Et quando tutor proteſtatur, quod non apponenda pro non appoſitu haberi vult & intendit.*
5 *Niſi machinatio tutoris interuenerit.*
6 *Quod cauſa cognita debet expediri.*

QVÆSTIO LXXII.

1 DEciſionem text. de qua *in l. fin. C. arbitri. tutel.*
quam ſingularem appellant, regulariter veram eſſe fateor, quod tutor, qui res proprias in inuentario pupilli tanquam pupillares annotauerit, contrariũ probare volens non auditur, idq; facere pupilli & ob ſolennitatẽ inuentarii, ex qua oritur præſumptio iuris, & de iure, vel quia pupillo propriam rem donare tutor voluiſſe creditur. Limi-
2 tatur tamen † non procedere in bonis ſtabilibus,
quando iuſtus tutori error conſtaret. Quid enim ſi tutor in inuẽtario aſſeruit, ſe inueniſſe in bonis pupilli bona ſtabilia, quæ prius à defuncto alienata fuerunt vel quę aliena eſſe apparẽt, certe ex hoc tutor pupillo teneri nõ debet. Ita allegatur dixiſſe

Iac.

Iac. de Aret. *in dicta l. fin. que mihi referunt & sequuntur Cyn. in finalibus verbis, Alberic. numero secundo, Bald. numero primo, & probat Ioan. Andreas in addit. ad Specul. titulo de instrum. edit. §. fi. in addit. incipiens Vbertus.* & *in additione incipiens deducam, vbi refert Vbertum de Bobio ita tenentem, & ita etiam voluit Baldus consilio 85. numero primo, volumine tertio. Socinus consilio 61. in princ. volumine primo, Martinus de laude, inter consilia feudalia diuersorum consilio 120. numero 7. & seq. Paris. in addit. ad Bartolum in dicta l. fin.* Hinc dixit Ioannes Andreas *in dicta addit. incipiens Vbertus*, quod tutor non auditur contra inuentarium, nisi sit acerrimus error, subiungens in additione sequenti si tutor posuit in inuentario non apponenda, nunquid propterea crucifiges eum, seruetur ergo mens legum, ne sint prouidentes contra æquum, & ita etiam simpliciter tenet Franciscus de poccellinis *tractatu de inuentario in principio, numero 9.* Prouisio ergo *dicta l. finalis* non admittentis probationem cõtra inuentarium procedat, quoad bona mobilia in eo descripta, in quibus facilius fraus committi potest per subtractionem & occultationem, secus vero in bonis stabilibus, & est satis rati-
3 onabile, dixit Baldus *in d. l. fin.* Secundo limitatur procedere quando insignissimus & acerrimus allegatur error, de quo promptæ ac patentes extant probationes, vt puta per instrumenta ea ratione, quam allegat Parisius *in addit. ad Bartolum in dicta l. finali*, quia per instrumentum fit notorium, vnde licet contra præsumptionem iuris & de iure non admittatur probatio in contrarium, non excluditur tamen id quod notorium, per ea quæ allegat Felinus *in c. quando in fin. verb. de præsumpt. & Paris. in d. addit. 7.* Tertio præsumptio iuris, & de iure & si non admittit probationem in contrarium, non tamen excluditur probatio per confessionem contrariam eius ad cuius fauorem lex inducit præsumptionem, Bart. & Ang. in auth. de æqual. dot. & aliud quoque Abb. *in cons. bis quæ fidem 2. quæst. de sponsalib.* adducit exempla de sententia, quæ fecit transitum in rem iudicatam, contra quam non admittitur probatio, quod iniuste lata sit, attamen sententia obtinens si confitetur illam iniustam fuisse, statur confessioni contra præsumptionem, quæ est pro re iudicata sententia quã iactat. quod singulariter notandum dixit Abb. *in d. c. bis*, quod fidem communem referens, si quandocunq; igitur adultus confiteret in inuentario tutelari tutoris bona suis se descripta, tutores vtique restituenda forent, non obstante prouisione *l. fi. l arbit. tut.* Quanto id quod dicitur non admittit probationem contra præsumptionem iuris, & de iure, restringitur ad probationem, quæ directe perimat legis præsumptionẽ, sed probatio per indirectum admittitur, exemplum ponit glos. *in clement. vnica de probat. in ius.* fecisse dicens verba narratiua Papiæ super qua fundatur eius intentio excludit probationem in contrarium, quæ perimat Papiæ narrationem, vel eam falsam esse dicat, at vero probatio quæ stante vera narratione Papiæ releuat probare volentẽ admittitur, vt si Papa cõfert beneficiũ vacans per renuationem in manibus suis factam, potero in contrarium probare, quod beneficium renunciatum ad me spectabat, & non ad renunciantem, vel quod illud prius renunciauerat in manibus ordinarii, vel quod ab eo priuatus fuerat, & his similia, sed quod est textus *in c. cum dilecti, circa medium de accusat. vbi in Abb. Felin. & alii ad idem quod est textus iunctis ibi notatis in dicto capitulo bis, quod fidem de sponsal.* vbi sponsalia de futuro per copulam sequentem inducant præsumptum patrimonium ita quod in contrarium nihil probari potest, quod perimat matrimonium à iure præsumptum, perinde rectum, tamen recipitur probatio quæ non sit contra sed præter id quod ius præsumit, vt pote probatio, quod prius sponsalibus renunciatum fuerat, vel quod mulier cognita erat eius consanguinea, vel quod simile sit in proposito tutor probare potest, quod bona in inuent. non erant descripta propria sed aliena, vel alii obligatur, quod aliud simile. Quinto quoties lex ciuilis fundatur super præsumptionem etiam iuris & de iure in foro conscientiæ, præsumptio veritati cedit, & non admittitur, sed veritati statur. Deus quippe veritati quæ non fallit nec fallitur, semper immittit, *per tex. in c. à nobis in l. 2. de sent. excom. & ita tenet Abbas in c. 1. vers. sed quæro de constit. & ibid. Felin. n. 19.* vbi plures concordantes allegat, & tenet Angellica *verb. lex. numer. quarto.* Sexto, non procedere limitatur quando tutor in conficiendo inuentario vtitur cautela, vt plurimum apponi solita in homine protestando, quod si qua in inuentario posuerit quæ describi vel poni non debuerint, imo non scriptis & appositis ea haberi vult, & intendit ex qua cautela & protestatione conseruatur ius tutoris in bonis propriis ea describentes in inuentario per errorem, vt voluit Odofred. *in d. l. fi. in vlt. verb. Bald. ibid. n. 1. Ang. in l. 1. §. hæc stipulatio, n. 24. ff. si cui plus quam per l. falcid. Corn. consilio 216. in fi. v. 1. Bert. cons. 121. n. 4. in prin. vo. 3. Papecrin. in for. libell.* qua agitur ad reddendam rationem tut. in glo. in suo n. 17. dicens, quod ita tenet & obseruat generalis consuetudo.

Septimo quod de protestatione præmissum fuit limitatur procedere nisi machinatio aut dolus tutoris in protestatione interuenerit, vt Ang. & Bertrand. proxime citati dicunt.

Octauo & vltimo præmissa procedere limitantur, quando causa cognita & authoritate iudici accedente de inuentario adimantur res in eo appositæ, quæ apponi non debuissent, vt declarat Bald. *in d. l. fi. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Dos filiæ quæ sit minor legitima non dicitur congrua.*
2 *Dos filiæ minor legitima dicitur esse congrua secundum alios.*
3 *Dos congrua ad bona tempore mortis paterni refertur.*
4 *Legitima filio à patre viuente sponte soluta augetur, auctis postea facultatibus paternis.*
5 *Legitima seu dos à patre filiæ consignata non augetur auctis postea facultatibus paternis.*

6 *Dotis congruentia consideratur secundum tempus dotationis.*

7 *Nisi filia cum iuramento patri finem exposuerit.*

8 *Dos succedens loco legitimæ non tamen legitimæ naturam assumit.*

9 *Legitima seu dote à patre filiæ consignata quæ sit minor portione sibi debita, filia non excluditur à supplemento.*

QVÆSTIO LXXIII

1 DOs congrua à statuentibus † filiæ assignata minor legitima esse non conceditur, quia dos loco legitimæ succedit, idcirco secundum eam regulari debet, *Soc. in leg. hæredes mei §. cum ita, numero 32. ff. ad trebell. Alexander consilio 69. numero 20. volumine primo. Plene Dec. consilio 180. numero 2. & consilio 181. numero 5. Aym. consilio 11. numero 15. & plenius consilio 236. Gram. decis. 57. numero 19. & decis. 101. numero 20. Albertus Brun. tract. statut. propter mascul. femin. excludent, articulo nono, quæstione prima, versiculo secundo, casu principali*, & est magis communis opinio, referent omnes superius allegati testantur.

2 Alii vero † tenuerunt, quod dos congrua dicitur etiam si sit minor legitima, in cuius moderationem considerandum esse aiunt quantitatem patrimonii, numerum liberorum, dignitatem personarum, consuetudinem regionis, & familiæ dotantis, & secundum hæc dotem esse infra legitimam congruam arbitrari posse, *Bald. nouell. tract. de dote, parte sexta, priuilegio 17 n. 3. Aret. cons. 17. circa finem. Soc. cons. 228. vbi late vol. 2. & plene* Ruin. *cons. 56. n. 11. & sequenti. volumine 3.* dicens quod hæc est communis opinio, quamuis quidam dicant contrariam esse magis communem, & non bene, idem Ruin. *cons. 27. vol. 3. Curt. sen. cons. 27. Parisius cons. 81. vol. 2. Soc. nepos cons. 83. vol. 3.*

Ego vero vtramque sententiam sic conciliandam esse censeo, prior enim sententia procedit regulariter, atque in dubio, alio in contrarium non docto, at si pater vel patris hæredes doceant consuetudinem regionis vel familiæ aliud suadere, vel alias ex circumstantiis, de quibus supra, concurrere, tunc dos minor legitima congrua dicitur, vt de Laurentio Medices, dicit Socinus *dicto consilio ducentesimo vigesimo octauo*, qui habens in bonis trecentum millia florenorum, si vnicam filiam habeat, non est dicendum congruam illius dotem esse centum millia florenorum, quam vix reges constituunt, atque consuetudo regionis potiusque familiæ inspicienda est, *Baldus consilio trecentesimo octuagesimo sexto, viso puncto volumine quarto. Parisius consilio decimo sexto, numero septuagesimo septimo, volumine secundo. Gram. dicta decisione centesima prima, num. vigesimo secundo*, inquit enim Bald. non quantum pater dederit, sed quantum ratio dictat ponderandum, potestque consuetudo inducere, vel etiam statutum decernere, quod legitima minor sit, quam à iure communi taxata est, tametsi in totum tolli non possit, vt plene prosequitur Abb. *in capitulo, Rainutius. vltim. not. de testamento, & sequuntur Butr. & reliqui, refertque Nauar. in enchirid. cap. 17. n. 158.* in quibusdam regnis legitimam moderatã esse ad minorẽ quãtitatem, quam lex ciuilis induxit, *in auth. nouissima C. de inoff. testam.*

3 His sic præmissis videtur dicendum audiri debere filiam petentem congruæ dotis supplementum secundum bonorum paternorum quantitatem auctam post dotem sibi constitutam, & in hereditate paterna tempore mortis existentem. Primo quia subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, per ea quæ tradit Paulus de Castro: *cons. 73. in fin. volumine primo*, sed in legitimæ computatione quantitas bonorum secundum tempus mortis inspicitur, *leg. cum quæritur C. de inoff. testamento*, ergo in dote idem dicendum esse videtur, quæ legitime naturam assumit. Secundo si filia dotata esse debet, nec à successione paterna excludatur, ergo ad tempus exclusionis referri debet dos, & tunc eius congruitas considerari, quia qualitas adiecta verbo in tempus verbi adesse & verificari debet, *leg. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxal.* & idem tenuit Paulus de Castro, *dicto cons. 73. numero primo, Baldus Nouell. tract. de dote, parte sexta priuilegio 17. numero quarto, Ruin. cons. 56. n. 6. volumine 3. Boer. decis. 62. n. 6.*

4 Tertio si pater filio legitimam, præueniendo supremum diem, sponte assignauit iuxta facultates suas, ac filiorum numerum, si postea tempore mortis patris substantia ipsius aucta inueniatur, legitima alias in vita assignata suppleri debet, & ad quantitatem bonorum tempore mortis existentium referri, *Iason in leg. quod Seruius. numero 12. ff. de conditione ob causam*, vbi refert, quod licet sint opiniones, hæc tamen est communior. Crot. *in l. frater à fratre num. 41. ff. eod. tit.* vbi dicit quod est communis opinio, & pro ea alias vidisse consilia eximiorum virorum, plene Ripa *in cons. cum M. Ferrariens. num. 38. de consti.* vbi eam sequitur vti magis communem & veriorem, & rationibus quæ hic in contrarium adducuntur respondet Brun. *de statut. femin. exclud. art. 9. in princip. n. 11.*

Contrarium iuri consonum † esse opinor, quod legitima seu dos congrua, à patre filio consignata non debeat augeri, auctis facultatibus paternis, quia tempus consignationis in vita facta subrogatur in locum temporis mortis, quo legitima debetur, ideo legitimæ quantitas ad tempus consignationis in vita factæ refertur, ita declarat Roman. *in leg. stipulatio hoc modo concepta numero 23. in fin. ff. de verbo obligat. Barbat. in c. cum M. Ferrariens. numero 165. de constit.* vbi inuehitur contra Baldum ibi contrarium tenentem, dicens, miror quod ita fuerit loquutus, cum esset in extremo senio constitutus, *Curt. sen. cons. vltimo per totum* plenius quam alius hoc ipsum firmat, quod quando ex forma statuti tenetur pater filio legitimam assignare, tunc pater consignationis tempore mori intelligitur fictione iuris, idcirco ad tempus consignationis legitimæ quantitas commensurari debet, & licet Curt. loquatur quando statutum pro delicto filii patrem ad solutionem legitimæ compellit, idem tamen tenendum est quando pro do

ec fi-

te filiæ statutum cogit patrem ad legitimam sibi consignandam, vt de vno casu ad alium arguit *Corn. consilio primo. numero nonagesimo, volumine quarto*, & hanc opinionem communem esse dixit Curt. nec ab ea in iudicando discedendum, subdens quod inepte loquuntur qui dicunt quod æquior est opinio tenere quod augmentum filiis prosit, in eorum legitima, quia æquitas non scripta non præfertur iuri scripto, neque à tramite iuris deuiandum est propter æquitatem quam ex capite suo quidam sibi confingunt, & idem consulendo voluit Iason *consilio, centesimo quarto, col. tertia, in principio, volumine quarto. & in leg. quod Seruius. digest. de conditione ob causas*, & vtrobique affirmat quod est communior opinio. Quod igitur de legitima dictum fuit etiam in dote procedat, per ea quæ supra & infra quoque dicentur.

6 Secundo dos datur propter matrimonium, & est debita tempore matrimonii, ac per solutionem congruæ dotis tempore matrimonii factam, obligatio peterna fuit semel extincta, ideo non debet amplius reuiuiscere.

Nam veluti hæreditate diminuta dos data non minueretur, ita è contra auctis post dotationem bonis paternis, dos semel congruæ constituta augeri non debet, *Fabianus de monte in authen. nouissima, num. octuagesimo octauo, C. de inoff. testament. Brunus tract. statu. feminas exclud. articulo nono. in principio, versiculo secundo casu principali, numero vndecimo, & sequenti, Boerius d. decisione, sexagesima secunda, per totum*, vbi plene omnibus pro vtraque parte relatis, residet in hac conclusione vti magis communi dicens quod istam semper secutus est, quia est vera iuris veritas, & æquitas, & in additione ad Alexandrum *consilio centesimo, volumine primo*, dicitur quod hæc est crebrior opinio Ruin. *dicto cons. quinquagesimo, numero decimo tertio, cum sequenti, volum. 3.* eidem opinioni adhæret ex pluribus de quibus ibi.

7 Tertio quando filius vel filia fuerunt contenti portione pro legitima, seu dote à patre viuente sibi assignata, & fecerunt cum iuramento finem, ac remissionem patri de omni iure & actione in bonis paternis sibi competēti, tunc vigore iuramenti à iure petendi supplementum excluduntur, *Pau. de Castro l. in ratione. la secunda in fine princip. ff. ad l. falcid. & sequitur ibi Alex. Ias. in l. si quando, §. primo, C. de inoff. testam.* vbi omnes ita tenere affirmat, *& in d. l. quod Seruius, ff. de conditione ob causam. Ripa dicto cons. cum M. Ferrariens. numero 38. in fin. Boer. decis. 161. numero 11. & 13.* vbi dicit quod omnes ita tenent, & est vera conclusio Gram. *decis. 57. num. 41. in fin. Alexander cons. 810. numero secundo. in fin. & cons. seq. num. 3. vol. 5 & Lancelot. Politus in repet. l. filium quem habentem n. 162. C. famil. herciscund.* inquit ita communiter teneri virtute iuramenti.

8 Non obstat † quod dos subrogatur in locum legitimæ, nam hoc casu legitimæ naturam non assumit, nec enim sicut legitima ante tempus mortis non debetur, ita & dos in tempus mortis differtur, quod absurdum esset, cum puella in vita patris nubiles expleuerit annos, propterea que congruæ dotis quantitas ad tempus dotationis & matrimonii refertur, non autem ad tempus mortis, ita arguit Corn. *cons. 107. numero 16. vers. nec suadet ratio. volumine secundo, vbi dixit Cyn. & Bartolum, & communiter Doct. in locis ibi citatis ita tenere, & facit quod tradit idem Corneus consilio primo, numero 18. volumine quarto, & sequitur Boer. decision. 62. numero 17.* quod quamuis dos ad legitimæ quantitatem ascendere debeat, tamen attenditur tempus dotis constitutæ, perinde ac si tunc pater ab intestato decederet, Accedat Curt. Sen. *dicto cons. finali*, quod tempore consignationis pater fingitur mori, idcirco tunc legitimę dotisue quantitas consideratur.

Non obstat quod filia dotatur, vt à successione excludatur, quoniam non hoc principaliter statutum intendit, vt filiæ noceat, & eam excludat, sed magis vt patri, & filiæ communiter consulat, filiæ inquam vt nubere possit, patri vero vt congruæ dotis onere exoneratur, cum igitur pater in hoc grauetur, vt ante tempus teneatur, in altero releuatur, vt ad tempus dotationis congruitas dotis referatur *argumento l. cum qui ff. de iureiur. & l. si cum exceptione, §. quatenus, ff quod metus causa. Corn. cons. 107. vol. 2.*

Non obstat id quod de legitima à patre viuente sponte assignata dicebatur, non respondetur aliud esse in consignatione voluntaria, quam pater sponte facit, supremum diem perueniens, aliud in consignatione necessaria ad quam statutum patrem arceat, qui in hoc grauatus in alio releuatur per ea quæ supra proxime.

9 Limitatur autem præmissa conclusio vt procedat, quando congrua dos, vel legitima, fuisset integre filio, filiæ, ne assignata, secus si id quod pro ea datum est, minus esset debita congruitate, tunc enim dos ac legitima augeri debet, & supplementum peti potest, iuxta augmentum bonorum post dotationem patris superueniens, *Boer. decisione prædicta 62. numero octauo, in fin. & numero 15. Alex. cons. 180. numero secundo, in fin. & consilio sequenti numero 1. volum. primo.* Ex quibus contra filiam respondendum esse arbitror, si fuit tempore matrimonii congruenter dotata.

SVMMARIVM.

1 *Filius qui à patre ex causa recedit quando petat dotes suæ vxoris sibi restitui.*

2 *Pater filium sibi vel familiæ molestum, cogit ad dotes suas recipiendum, & à se diuertendum.*

3 *Patri debetur vsufructus in bonis nurus atque maternis sui filii iure paternæ potestatis, non in compensationem alimentorum ad quæ pater filio tenetur.*

4 *Maritus vxori ad alimenta tenetur, non propter dotis fructus sed iure maritali.*

5 *Pater cuius culpa filius ab eo recedit priuatur commodo vsufructus bonorum maternorum filii, ac eius vxoris.*

6 *Pater qui male versatur in administratione aduentitiorum filii vsufructu eorum caret.*

7 *Pater qui ob illius sæuitiam cogitur filium emancipare priuatur præmio emancipationis.*

8 *Causæ ex quibus filius à patre, & pater à filio seorsum habitare possint.*

9 *Culpam obiiciens, eam probare tenetur.*

10 *Pater qui filio prudenti dotes nurus reſtituit abſque illius conſenſu, liberatur, quando ex cauſa id fiat.*

11 *De voluntate mulieris dotem ſoluens omnino liberatur.*

QVÆSTIO LXXIIII.

FIlius quem pater è domo expellit ex iuſta cauſa, vel qui à patre ex cauſa divertit, ſi dotes propriæ vxoris veodicat, an ſit audiendus, variæ fuerunt in hoc opiniones.

Quidam tenuerunt patrem teneri ad conſignaodum dotes ſuæ ourus filio à ſe diuertenti, alii vero contrarium aſſeruerunt, tenentes patrem teneri tantum ad præſtandum alimeota filio nurui & eorum familiæ extra domum paternam commorantibus, alii mediam eligentes viam tenuerunt, vt infra ſubiiciam.

Primam igitur opinionem, quod pater compellatur nurus dotes quas ipſe recepit filio reſtituere, à patre ſeorſum habitare volenti, tenuit Ang. *in l. ſi cum dotem, §. transgrediamur numero primo, ff. ſolut. matrim.* oam ille dotis commoda ſeotire debet, qui matrimonii onera ſuſtinet, *l. filia §. primo. ff. famil. hercyſcundæ. leg. pro oneribus C. de iure dotium.* Secundam opinionem firmauit Rom. *in dicto §. transgrediamur. nume. vigeſimo*, vbi contrariam opinionem ſtomacatus dixit, quod ſibi ſomnium eſſe videtur, dicens quod tantum ad alimenta filio nurui, ac eius liberis tenetur.

1 Tertiam opinionem † tenuit Ioannes de Immola ibidem, *verſiculo vltimo adde*: vbi ait aut filius de voluntate patris, vel etiam contra voluntatem paternam, ex iuſta cauſa ſeorſum à patre vult habitare, & tunc ſi filius eſt vir diligeos, & probatæ vitæ, pater tenetur conſignationem dotium ſuæ nurus filio facere, aut eſt de mala adminiſtratiooe ſuſpectus, & tenetur ad præſtandum filio, nurui, ac liberis alimenta, nec ad dotis reſtitutionem cogi poteſt, niſi ſibi caueatur de dote à filio conſeruanda, & præmiſſam Immolæ diſtioctionem ſeqoitur Alexander *in dicto §. transgrediamur. numero nono. Angel. conſilio octuageſimo quinto, pater habens. numero tertio. Campegus tractat. de dote. tertia parte, quæſtione decima ſexta. Baldus Nouell. tractat. de dote, parte ſeptima. priuilegio trigeſimo quarto, numero quarto*, vbi per duas fore columnas articulum explicat, & dicit, hanc opinioonem veriorem, & tamquam æquiorem tenendam eſſe, & probat Boer. *deciſione centeſima nonageſima quinta, numero quarto, & ſeq.* vbi communis. At ſi filius abſque rationabili cauſa patri cohabitare nolit, pater cogi ooo valet, nec ad dotis conſignationem, oec ad alimeotorum exhibitionem, quantum filio eſt imputandum, qui ſua culpa à patre diuertit, parentibus forte obedire recuſans, ſecuodum Bald. Nouell. *dicto tract. de dote parte ſexta, priuilegio trigeſimo ſexto, numero tertio, & parte ſeptima. priuile. trigeſimo quarto, numero quarto, in principio. Boer. dicta deciſione centeſima nonageſima quinta. numero quinto & ſeptimo*, vbi etiam ſequitur Angelum *in dicto conſilio 85.* tenentem, quod pater ius propriæ poteſtatis exercens, filium compellere poteſt ad ſecum commoraodum. Quemad-

2 modum autem filius † patrem poteſt ex cauſa compellere ad conſignationem ſibi faciendam, ſecundum terminos diſtinctionis præmiſſæ, ſic è contra pater cogere poteſt filium, pareotibus familiæve moleſtum, coosignationem præmiſſam recipere, & à domo recedere, vt par ſit cootrariorum ratio, *§. primo. inſti. de iis qui ſunt ſui vel alieni iuris. Ang. dicto conſilio 85. numero tertio*, conſumaturq; ex eo quod veluti filius patrem compellere poteſt ex cauſis legitimis, vt ipſum emancipet, ita pater filium cogit, vt ſe emaocipari patiatur, *vt not. in §. fi. inſt. quibus modis ius patriæ poteſt. ſoluitur*, & in iodiuiduo voluit Ang. *in l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig.* quem ibi ſequuntur, Paol. de Caſtr. Immol. Aret. & Iaſ. & Alex. quoque in addit. ad Bart. & hæc vtique quoad dotes nurus procedaot. Quod vero

3 attinet † ad dotes maternas filii recedentis à patre. Dic quod veluti iodote nurus patri debetur vſufroctus, & eſt legitimus adminiſtrator illius, ſiue in pecunia conſiſtat, ſiue in bonis ſtabilibus, *leg. prima. iunctis duabus ſequentib. C. de bonis quæ liberis, & plenius firmat Roman. in d. §. transgrediamur num. 19. & ſequitur Alex in addit. ad Bart in d. l. contra nurum, ff. de actione rerum amotarum. Bald. Nouell. tract. de dote, parte 9. priuilegio 36.* ſic quoque in bonis maternis, & materni generis patri debitus eſt vſufructus, qui iure paternæ poteſtatis patri debetur, *l. prima, C. de bon. mater. & ibi hec not. Bald. & Cuman. conſ. 89. n. 2. circa med. Alex. conſ. 139. n 3. vol. 2.* ita quod finalis ratio acquiſitionis vſufructus in bonis dotalibus ourus ac matris ſui filii eſt propria poteſtas, oon alimeota, quæ recipiunt filius & nurus, cum ea ipſis exhibeantur ex debito paterni officii, ad quod lex ipſa, & naturæ debitum patrem obſtringit, *lege finali, §. ipſum autem filium C. de bonis quæ liberis, & ibi not. Baldus, & facit textus in lege ſi quis à liberis, §. vtrum, ff. de liber. agnoſc. ponit Iaſon in lege ius ciuile. numero vigeſimo quarto, ff. de iuſtitia & iure, Angelus conſilio octuageſimo primo, pater habens, numero vigeſimo in fine, Socinus conſilio centeſimo ſexageſimo primo, in principio volumine vigeſimo. Alexander conſilio quadrageſimo octauo, numero quarto. volumin. tertio.* Nempe filium nulla vel modica adueotitia habentem & qui aliuode ex operis, & induſtria ſua ſeipſum alere noo poteſt, pater alere tenetur, *Bartolus in auth. res quæ C. communia de legat. & cæteri ibi ſequuntur, & in lege ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, ff. de liber. agnoſ. Roman. conſilio ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo. Pariſius conſilio quadrageſimo, numero vigeſimo octauo. volumine ſecundo.*

Confirmatur exemplo mariti, qoi licet dotis fructus propter onera matrimonii cooſequatur, *lege pro oneribus C. de iure dot.* non tamen finalis ratio alimentorum vxoris tunc dotis fructus, ſed matrimonium ipſum, propter quod ad alimenta vir vxori iure maritali tenetur, nam maritus vxorem indotatam alere debet, quando ab initio ſioe dote cum ea matrimooium contraxit, quia plus debet vxori viuenti quam mortuæ, ſed mor-

tuam

tuam quamuis indotatam proprio ære sepelire tenetur, ergo multo magis viuentem etiam indotatam alere debet, *Cyn. in dicta leg. pro oneribus. & in leg. cum quidam §. præterea in vltimis verbis, idem Cyn. in leg. quod in vxore ff. de negot. gest. & idem tenent in dicta leg. pro oneribus Baldus & Salic.* & ibi Odofred. eandem sequitur opinionem, ea ratione quia mulier est in obsequio viri & facit Innoc. *in c. per vestras in final. verbis de donation. inter vir. & vxorem*, dicens quod personam suam pro dote dat mulier, *Curt. sen. cons. sexagesimo nono numero tertio, Alexander in addit. ad Bartolum in l. si quis à liberis, §. sed si filius ff. de liber. agnos. & consilio 4. nu. 3. vol. 3.*

5 Sicut ergo pater priuatur commodo patriæ potestatis, eiusque exercitio, quando patris culpa filius illi cohabitare non potest, quia sibi aufertur vsusfructus, & administratio in bonis dotalibus nurus sibi debitis, pari ratione carere debet vsufructu, eiusque administratione in bonis maternis filii sui, itaque compelli potest ad illorum consignationem filio faciendam. Cuma. *consilio octuagesimo tertio, casus talis. Augustinus numero tertio, vero non raret us, & melius Boer. decis. 61. numero decimo sexto, parte prima.*

Et quamuis filio à patre diuertere adhuc prima potestas durat, nec filius ab ea eximatur, tamen commodo, & exercitio patriæ potestatis pater priuatur, cum suæ priuationis causam ipse sibi præstiterit, impietate, & sæuitia, vel alia culpa erga filium, vel eius familiam vtendo, vt etiam in simili de patre dicitur qui male versatur in administratione bonorum aduentitiorum filii, ea dissipando, vel alienando, quod administratione eorum, & vsufructu priuatur, *Bartolus in leg. si constante 9. quæstione 2. quæst. principalis. ff. solut. matri.* vbi omnes & præsertim moderni repetentes Papalia, Crot. & Baldus Nouell. communem testantes. Cuma. *dicto consilio octuagesimo tertio, Boer. decisione sexagesima prima num. 15.*

7 Accedit quoque quod pater propter ipsius sæuitiam cogitur ad emancipationem filii deuenire, & priuatur præmio emancipationis à lege sibi indulto, quia dimidiam vsusfructus alias sibi debitam non lucratur *leg. cum oportet §. penultimo, C. de bonis qua liber. Cum. consilio 83. numero tertio. Veron. in dicta caut. 115. incipien. multi sunt filii. num. tertio.* Proinde concluditur teneri patrem ad restitutionem filio faciendam de bonis nurus atque matris sui filii, quando ex causa à patre recedit.

8 Quæ autem sint iustæ ac rationabiles causæ ex quibus filius à patre diuertere valeat, in hoc pro regula tradi potest, quod ex quibus causis filius patrem cogere potest ad eum emancipandum, ex eisdem à patre diuertere potest, & consignationem dotium suæ vxoris, & matris obtinere. *vt tenet Alexander dicto §. transgrediantur, numero nono, in principio & apertius ibidem Immol. in fin.*

Causæ vero ex quibus pater inuitus tenetur filium emancipare sunt quatuor, quas enumerat gloss. finalis *in §. finali institution. quibus modis ius propria potest. soluitur, & in lege non potest, ff. de adoptation. sequitur Iason. in lege quidam cum filium numero decimo quarto. ff de adoption.* ob sæuitiam igitur, & impietatem patris erga filium vel si nouerca sit filio, & nurui multum infesta, vel aliter eueniat, quod pacifice conuiuere nequeant, rationabilem causam habere dicitur filius, quæ tamen in re plurimum prudentia iudicis operatur, considerata qualitate personarum, temporum, & locorum, hoc enim totum iudici arbitrium esse censeo, *vt est de mente Pauli de Castr. dicto §. transgrediantur, in finalib. verbis, & expresse tenet Boer. decisione supra allegata centesima nonagesima quinta, numero primo,* sicuti etiam iudici est arbitrium, an potius sibi sint assignanda à patre alimenta, retentis dotibus nurus, atque maternis, an vero dotes ipsæ sint restituendæ, considerata filii qualitate, an vero similiter sit dotes eius vxoris consumpturus, vel eis ad commodum suum, & familiæ prudenter vsurus, *Paulus de Castr. dicto §. transgrediantur Campegus dicto tractat. de dot. parte tertia, quæstione 16. numero vigesimo.*

9 Atque pater filio, vel filius patri † culpam obiiciens tenetur culpam allegans illam probare, *argumento lege actor C. de probatione*, tum quia concurrit vniuersalis naturæ præsumptio, quæ est quod vnusquisque bonus præsumitur bonitate naturali. *leg. finali. ff. quod met. causa.* tum etiam quia delictum aut iniuria non præsumitur, *leg. merito, ff. pro societate*, idq; probatur ex eo quod vxor, cui maritus in domo sua alimenta legauit, volens extra domum mariti alimentari, probare tenetur quod culpa hæredum mariti ibi alimenta percipere non valet, *Angel. consilio ducentesimo quinquagesimo quarto, super primo quæsito in principio*, vbi monet culpam obiicientem, vt ante litem motam diligenter inspiciat ne in probatione deficiat, quia hoc difficile est probare sequitur Iason. *in leg. diuortio in principio, numero 20. ff. solut. matr. Corn. cons. 206. vol. 3. Alex. cons. 100. vol. 1.*

10 Et retentis terminis de quibus supra dubitatur quando pater restituit filio dotem eius vxoris, citra mandatum, aut consensum suæ nurus, an patri contingat liberatio, cuius dubitationis solutionem hanc esse reor quod pater qui soluit dotes nurus filio vero sagaci, & prudenti ex legitima causa seorsum à patri habitanti liberatur ab obligatione, qua nurui ex receptione dotis tenebatur, quoniam constante matrimonio triplici ex causa restitutio fieri potest, prima ex causa necessitatis, secunda vtilitatis, tertia pietatis, seu honestatis, quibus casibus socer, vel maritus dotem soluens siue restituens liberatur, & mulier ipsa tenetur ratam solutionem habere, quamuis absque consensu ipsius facta, *leg. sed etsi ideo in finalibus verbis, iuncta glossa, ff soluto matrimonio, & ibi notat Paulus de Castro & Immola quoque in prima notabili primæ lecturæ & sequitur Alexander numero vndecimo, versiculo in glos. & facit glos. in rubr. C. si dos constante matrimonio & ita in indiuiduo tenet Veron. dicta caut. 115. incipiens, mali sunt filii. Anch. consilio ducentesimo vigesimo octauo, num. 1.*

Et licet cautius sit de mãdato mulieris doté soluere, vt si liberatio soluẽti oriat, nõ tamẽ negatur quin

quin caute ſolutio fiat abſque vxoris mandato, quando fit ex cauſis legitimis, de quibus ſupra, & tunc ſoluens omnino liberatur, *ſecundum Anch. d. conſ. 228. circa fin. Veronenſis in dicta caut. in Bald. in addit. ad ſpeculum tit. de dote poſt diuortium reſtituenda. §. nunc de dote in fin.* quare prudens iudex omnibus circumſpectis decernet prout iuri & æquitati conſonum eſſe ſibi videbitur.

SVMMARIVM.

1 *Filii qui parentibus obſequium non præſtant quæ mala occurrant vel bona parentes honorandi.*

2 *Filiorum erga parentes officium.*

QVÆSTIO LXXV.

MAgnum profecto filiorum peccatum eſſe exiſtimo, cum parentes eorum etiam ſibi
1 infeſtos patienter non ſuſtinent, cum alios ſibi moleſtos atque iniurias inferentes ſuſtinere ex præcepto Dei tenentur, in Euangelio namque legitur, ſi quis angariauerit te mille paſſus, vade, & alia duo cum eo, multo quippe magis filii parentes ipſorum aliquando ſe angarientes illos verbis vel factis ſuſtinere tenentur, quamobrem attende tibi fili mi, nec facile declines à genitore ſuo, ſed ſenectutis illius defectus in pace ſuſtine, memor, quod Deus odit, & punit filios inhonorantes genitores ſuos, vt habetur leuitici 20. c. qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur, & Deutoronomii 28. maledictus, qui non honorat patrem ſuum, aut matrem, & alibi legitur, quod iuſto Dei iuditio, multoties accidit, quod filius parentibus ingratus, filios ſibi duros inueniat, neque duntaxat formidine pænæ, ſed virtutis amore ad ſubiectionem paternam moueantur, filiis etenim, qui parentibus obediunt, bona temporalia atque ſpiritualia pollicetur Deus vt *Eccleſiaſtici* 30. dicitur, qui honorat patrem ſuum circundabitur in filiis, vitaque viuet longiore: & infra: in opere, & ſermone & in omni patientia honora patrem tuum, & ſuperueniet tibi benedictio à Deo, proinde curet filius, ne accedat ad excuſandas excuſationes in peccatis patris ſæuitiam vel rigorem allegans, hoc quippe veroſimile non eſt, per ea quæ ſupra, ſed veriſimilius eſt filium ſub mendicato prætextu quærere, vt aiunt nodũ in ſcirpo vt ſubtrahat ſe ab obedientia paterna, monitiones ſeu correctiones paternas ægre ferens. Neque obſtat quod ſupra dicitur filio licere patrem deſerere, circumſtantiis de quibus ſupra concurrentibus, quoniam lex ciuilis multa concedit, quæ lex Dei non admittit, atque ſi qua eſt ſæuitia paterna † ius eſt, vt ea ſit
2 abſque præcedente culpa filii, eccleſiaſtico vt ſupra dicente: in omni patientia honora patrem tuum, & quaſi dominis ſeruiat iis qui ſe genuerunt. quomodo ergo excuſationẽ habere poteris qui patiẽter defectus paternos ſuſtinere teneris, & ibidẽ dicitur ſuſcipe ſæuitiã patris tui, & non contriſtes eum, & ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum. Hæc de filiis dixiſſe volui, nec quicquam de parentibus, cum præter naturæ ordinem ſit parentes ſæuire in filios, plane nullus amor vincit paternum, *l. iſti quidem ff. quod metus cauſa l. finali C. de curatore furioſi.* imo ſi eſſent inuicem inimici, adhuc amor paternus perſeuerare ait Cynus. *in l. propter inſidias, C. de iis qui accuſare non poſſunt*, exemplum ſit in Dauide, qui militibus ſuis contra Abſolom præliaturis dicebat, ſeruate mihi filium Abſolom, quo in prælio eo mortoo plorabat, clamans, Abſolon fili mi, Abſolon fili mi. Quare ſibi parentesque conſcientias ſuas, huc, illucque vertant, & quod caritati Deique præceptis, ac monitis conueniat, eligant, memoria retinentes, quod diuus Paulus Galat. ſcripſit, dicens: alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.

SVMMARIVM.

1 *Contractus fieri dicitur in ſcriptis, quando expreſſe agitur quod alias non valeat, niſi ſcriptura fiat.*

2 *Alii quod contractus in ſcriptis celebratus quando partes ſimpliciter conueniunt quod fiat ſcriptura.*

3 *Prior ſententia comprobatur.*

4 *Dominus Azo in præmiſſis non fuit ſibi conſtans.*

5 *In contractibus noſtri temporis ſcriptura fit ad memoriam ex communi conſuetudine.*

6 *Siue incontinenti, ſiue ex interuallo ſcriptum fiat ad commemorationem erit, non ad ſubſtantiam contractus.*

QVÆSTIO LXXVI.

NOn leuis eſt dubitatio, quando contractus in ſcriptis celebrari dicatur, qua in re duæ referuntur opiniones, vna Ioannis Gloſſatoris, alia Azonis, vt refert Gloſ. *in l. contractus in verbo in ſcriptis C. de fid. inſtrum. & in §. 1. in verbo ſcriptura. inſt. de emptio. & vendit.* Tenuit Iohannes, quod contractus in ſcriptis dicitur quando contrahentes agũt, vt alias non valeat, niſi ſcriptura fiat, tenuit Azo quod contractus in ſcriptis fieri dicitur quando in contractu ipſo vel ante contractum partes conueniunt, quod ſcriptura fiat licet non dicatur, quod alias contractus non valeat.

Et hac poſteriori ſententia Azonis retenta infert Paul. de Caſtr. *d. l. contractus n. 9.* quod ſi partes conuenerunt, quod notarius conficiat inſtrumentum, quod ante rogitum notarii contractus non eſt perfectus, quia partes videntur ſuſpendere ſubſtantiam contractus in tempus rogationis, & ideo ante rogitum Notarii pænitere poſſunt, idemque repetit *in l. cum res C. de probat. & in l. quibus idem, ff. de verb. oblig.* ſufficit enim inquit, quod conuentum fuerit, quod fiat inſtrumentum, nec eſt neceſſe, quod dictum fuerit, quod contractus alias non valeat, niſi inſtrumento completo, & idem firmant *Roman. conſ. 174. n. 7. Soc. conſ. 120. n. 17. vol. 4. & conſ. 169. vol. 20. Iaſ. conſ. 151. n 2. col. 2. in princ. vol. 4. Afflı. deciſ. 39. n. 4. Boer. deciſ. 183. n. 9. & ita communiter teneri inquit Salic. d. l. contractus. n. 1. & magis communem refert Iaſ. d. conſ. 151. Chriſtophorus Porcius inſt. de empt. & vend. §. 1. n. 2.* Contrariam Iohannis ſententiam

tetiam tamquam de iure veriore & generali consuetudine approbatam sequor, quod contractus non dicitur io scriptis celebratus, si contrahentes simpliciter conueniant quod scriptura fiat, cum ea magis ad probationem atque memoriam, q̃ ad essentiam cõtractus fiat, nisi expresse agatur quod alias non valeat, nisi scriptura interueniente, quã tenuit Bart. *d. l. contractus, idem Bart. & Sal. in auth. sed nouo iure C. si cert pet. Bart. in l. generaliter n. 11. C. de non numer. pecun. Aret. d. §. t. n. 1. inst. de empt. & vend. Aret. d. l. qui bis idem n. 2. ff. de verb. oblig. & cons. 159. n. 8. & seq.* per duas fere columnas, quam opinionem sequũtur omnes, inquit Iac. Butrigarius *in l. fin. circa fin. vers. item quaero C. si cert petat.* cuius auctoritate fretus dixit Angel. Aret. vbi supra, quod hæc est communis opinio, & ita vidisse practicari, & etiam communiter teneri refert Franciscus Aret. *d. l. qui bis idem* & dixit Paul. de Cast. *d. l. cum res*, quod multi hoc tenent, & credunt esse Euangelium, & eandem opinionem firmat Afflict. *decis. 105. in fi. Gozad. cons. 1. n. 24.* plenius Dec. qui communem ait, *cons. 340. col. 2.*

4 Nou obstant † Paul. de Castr. & alii de quibus supra Azonem sequentes, quoniam authoritas Azonis viri alias eruditiss hoc articulo magnifaciẽda non est, postquam sibi ipsi constans non fuit, vt Odofr. & Alb. referunt *in eadem l. contractus*, dicit enim Odofr. nescio quid dominus Azo sentiat in hoc, quia ipse non stetit firmus in dicto suo, nam in summa *si cert. petatur.* dixit vnum. In summa huius tituli dixit oppositum, in summa *de contrah. emptio.* dixit aliud.

Secundo, ratio fundamentalis Pauli de Castr. & aliorum non videtur tuta, dum dicitur, quod notarius non ponit in instromento diem, in quo partes mercatum contrahunt, sed diem rogationis, ergo illa die perficitur contractus, cum notarius de contractu coram se non gesto rogari non possit. Responde quod stant ista simul quod contractus fuerit antea perfectus, & quod postea notarius rogationis diem in instrumento ponat, quia notarius rogatur de assertione partium asserentium se tali die, tali modo, & forma contraxisse, *argumento notatorum in l. singularia. ff. si cert. petat. & videtur esse de mente Dec. cons. 340. n. 2. & 3.* Et o-
5 pinione † Azonis, & sequacium retenta, sequeretur, quod fere omnes contractus, qui hodie fiunt, dicerentur in scriptis celebrati, cum vt plurimum contrahentes post conclusionem conueniunt de adeundo notarium, & de conficiendo publicum instrumentum. Quoniam vt Alb. dixit *d. l. contractus n. 1. circa finem*, communiter in contractibus nostri temporis scriptura fit ad memoriam, & stãdum est consuetudini, & Bart. *d. l. generaliter n. 11. C. de non num. pecun.* dicit quod instrumenta quæ hodie fiunt non sunt contractus in scriptis, sed tantum sunt redacti in scriptis, ita quoque communem practicam, & consuetudinem considerat Aret. *in cons. supra alleg. 159. n. 8. & num. 11.* quam etiam plurimum considerat Salic. *d. l. contractus num. 6. & 7.* dixit quando contrahentes celebrato contractu dicũt, bonum est quod inde fiat scriptura, ad memoriam valet, quod actum est, & valuisset etiam sine, & Baldus quoque ibidem *numero 3. in principio*, dicit, vbi est post dictum, & primo factum, tunc scriptura est ad commemorationem; & sic ordo facti significat ordinem intellectus, & firmat Sal.
6 *in auth. sed nouo iure num. 9. C. si cert. petat.* & præmissa procedunt, siue ex interuallo, siue incontinenti post contractum, de instrumento siue scriptura inter partes agatur, *secundum Sal. in eadem l. contractus n. 6.*

Quapropter Azonis sententia & generali consuetudini, & bono publico aduersatur, cum publice intersit oon facile à contractibus recedi licere per pœnitentiam illos retractando discordiis litibusque occasionem præstando, maxime in iis qui bonæ fidei sunt, & solo consensu perficiuntur, loannis ergo opinio præualere debet, quæ communi opinione communique practica munita est.

SVMMARIA.

1 *Pronepotes conductoris refirmationẽ in emphyteusi possunt obtinere.*
2 *Fœmina semel exclusa per existentiam masculi perpetuo dicitur exclusa.*
3 *A feudo ad emphyteusim valet argumentum.*
4 *Exclusus à successione patris non excluditur à successione fratris in allodialibus.*
5 *Secus in feudalibus, & emphyteuticis.*
6 *Fœmina exclusa à successione patris, non excluditur à successione fratris.*
7 *Fœmina in defectum masculorum ad emphyteusim admittitur, si extat ecclesiæ consuetudo.*

QVÆSTIO LXXVII.

1 IN concursu emphyteusis, conductoris pronepotes amita ipsorum potiores sunt. Quoniam vassallo vel emphyteuta defuncto, demumque eius filiis, & nepotibus, ii qui sunt de quarta generatione inuestituram, vel refirmationem petendi ius habent, à domino relocare volente ne suorum antecessorũ labores lugere cogantur, & cõfirmatione sibi à directo domino denegata, pñt officium superioris inuocãtes ad illum appellare, vel recursum habere, vt vulgata est, & ab omnibus vbique citata doctrina Bart. *in l. 1. ff. de priuil. credit. & in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiua, & vt vbiq; Alex. & plene Ripa. d. l. 1. de priuil. credit.* & habet hæc opinio æquitatem, & in practica seruatur, vt idem Alex. testatur *in l. si mihi & Titio. ff. de verb. obl.* Neque ami-
2 ta † inuestitura auita iuuari posse videtur, eo quod filia per existentiam masculi semel exclusa perpetuo manet exclusa, etiam masculo postmodum sine filiis abeunte, *gloss. Bald. & alii in c. 1. §. quin etiam episcopum vel Abbat. Gozzad. cons. 8 n. 9.* vbi plene, & multos quoque idem tenentes citat Paris. *cons. 22. & cons. 23. vol. 1. Alb. Brun. cons. 79. in fine, & alibi saepe, Maria. Soc. Iun. cons. 110. n. 5. vol. 2. Curt. tract. de feud. part. 3. n. 32. Tiraq. in l. si vnquam. in gl. liberos susceperit n. 195. C. de reuoc. donat.* & communiter tenetur secundum Curt. Paris. & Brun. vbi supra, & de feudo

I ad

ad emphyteuſim procedit argumentum, quando
iura feudalia non ſunt contra regulas iuris com-
munis,& eadem viget vtroque caſu ratio,*Imol.in c.*
potuit col.pen.in princ.de locato.Iaſ.l.1.n.6.C.de iure em-
3 *phyt.Alex.conſ.5.n.12.vol.5.* in allodialibus vero & ſi
fuiſſet ſemel excluſa,non tamen petpetuo rema-
net excluſa,argomento notat.*per Bal.& alios in d.c.1.*
§.quin etiam epiſcopum,vel Abbatem.Fulg.conſ.8.fere per
totum,Maria.Soc.Iun.conſ.104.n 11.vol.2. Quoniam in
ſucceſſione allodialium repręſentatur perſona de-
functi,cuius ſucceſſio diuerſa eſt à ſucceſſione pa-
tris,vt notabiliter tradit Paul.de Caſtr.*conſ.161.n.2.*
4 *vol.2.* vbi dicit quod ſucceſſio in feudis, eſt ſucceſ-
ſio ſingularis,in qua non præſentatur perſona fra-
tris,cui ſucceditur,ſed primi inueſtiti & dicitur v-
na,& eadem,ſicut eſt vnum, & idem feudum, &
per conſequens fæmina ſemel excluſa à ſucceſſio-
ne aui,perpetuo eſt excluſa etiam à ſucceſſione fra-
tris,idemque conſulendo tenuit,licet de doctrina
Caſtr.verbum non fecerit,Pariſ.*conſ.22.n.8. iunctis*
præcedentib.& ſeq.vol.1.& iterum conſ.23.nu. 53. eo.vol.
eandem rationem adducens quod in ſucceſſione
feudali ſemper primo acquiſitori ſucceditur,& nõ
vltimo defuncto. At vero in allodialibus vltimo
defuncto,& non primo morięti ſucceditur, quo-
rum diuerſæ ſunt hereditates,& ſucceſſiones,hinc
dixit *Curt.ſen.conſ. 50. n. 17.* quod agnatus ſuccedit
vt ex tunc,non autem vt ex nunc, allegat Andreã
de Iſernia ita tenentem *in c.1.de inueſtitura,de re ali-*
ena facta. & idem expreſſe firmat Calder. *conſ. 13. in*
fin.de feudis.

5 Quod † autem dicitur fæminam ſemel exclu-
ſam ob exiſtentiam maſculi perpetuo excluſam
remanere, limitatur non procedere tam in ſuc-
ceſſione feudalium quam etiam allodialium, quã-
do conditionaliter,ſiue temporaliter excluditur,
vt ſi dicatur donec,quamdiu, vel quouſque ma-
ſculi extant fæmina non admittitur, quia tunc
non dicitur excluſa,ſed ſuſpenſa temporaliter ſe-
cundum Bal.*d.§.quinetiam.Pariſ.d.conſ.23. nu.56. &*
ſeq.Curt.vbi ſupra in 2.limitatione.Tiraq.d.gl.ſuſceperit
num.194.

Vbi fere infinitos ita tenentes,& modifican-
tes adducit.Præterea declaratur procedere, quod
6 excluſa ſit à iure inueſtituræ, non autem exclu-
ditur, quin iure ſanguinis tamquam proximior
novam obtinere poſſit inueſtituram ceſſante cõ-
curſu nepotum ex fratre,ſi eccleſia conſuetudinẽ
habeat in defectum maſculorum fæminas admit-
tendi *Paul.d. Caſt.de conſ.191.n.2.vol.2.Pariſ.d.conſ.23*
n.68.vol.1.

SVMMARIA.

1 *Emptor lata contra eum ſententia de euictione agit,nõ-dum executione facta.*
2 *De euictione agit etiam nondum lata ſententia, quando venditor ſciens rei vitium emptori illud ignoranti vendidit.*
3 *Intereſſe extrinſecum à venditore malæ fidei conſequitur.*
4 *Secus à venditore bonæ fidei.*
5 *Emptor non agit actione ex ſtipulatu ad duplum, niſi facta executione.*
6 *Nen etiam agit ſtipulatione habere licere, niſi ſequuta executione.*
7 *Emptor condemnatus,quibus caſibus appellare teneatur.*
8 *Emptor cõdemnatus præſente venditore nullo caſu appellare tenetur.*
9 *Emptor condemnatus, qui denuntiauit venditori ſententiam contra ſe latam appellare non tenetur.*
10 *Emptor,qui cum euincente tranſegit ad pænam dupli contra venditorem non agit.*
11 *Venditor non tenetur iudicium contra emptorem motum in ſe ſuſcipere,ſed tantum liti aſſiſtere.*
12 *Quod ſi non fecit venditor in culpa eſſe dicitur,emptorque litem proſequi non tenetur.*

QVÆSTIO LXXVIII.

1 EMptor † contra venditorem agit,ſtatim lata
contra eum ſententia, nec eſt neceſſarium rẽ
abduci,ſeu litis æſtimationem euincendi pręſtari,
tunc enim dicitur res euicta,cũ cauſa eſt amiſſa,q̃-
uis nondum ſit executio facta,*Azo in ſumma.C.de e-*
uict.n.10.& 11.vbi alleg.tex.in l.euictu.ff.de euict. & alia
iura,& adducit ſimile de fideiuſſore,qui condẽna-
tus agit,& idem voluit Odofr.*in l.qui rem.C.de euict.*
& in l.habere licere.ff.eod, rationem adducens, quia
euictio dicitur rei emptæ alio euincente amiſſio,
2 non autẽ abductio.At † ſi venditor ſciens rei viti-
um,ſeu rẽ alienam,vel alteri obligatã, eam vendi-
dit emptori ignoranti,neque ipſum admonuit de
vitio,ac qualitate rei,tenetur actione ex empto ad
intereſſe,& propter ipſius dolum conueniri po-
teſt,etiam antequam res ab emptore euincatur,id
eſt,priuſquam ſententia condemnatoria feratur,*l.*
ſeruus quem §.fin.l.ſi ſeruus.in princ.ff.de act.empt. Azo.
in ſumma C.de euict.n.9.Bal.& Ang.in l.qui rem.C.de e-
uict.Odofr.Alb.& poſt eos Bar.Bal.Sal.& Paul.de Caſt.in
d.l.ſeruus quem.

3 Cumque † ante ſententiam condemnatoriam,
ad intereſſe iuditium mouerit emptor, aduerſus
malæ fidei venditorem, conſequitur omne lucrũ
quod ex re empta feciſſet,& etiam intereſſe parti-
culare extra rem,vt ſi rem emptam alteri ſub pæ-
na dare promiſerat,idque propterea implere ne-
quiuit,& in pænam incidit, pænam incurſam ob-
tinet,*l.Iulianus in principio vbi not.ff.de actio. empt. Al-*
beric.& Paul.de Caſtr.d.l.ſi ſeruum,& leg.ſeruus quem.ff.
de euiction.vbi gloſſ Bartol.& alii & præſertim Alber. &
Salic.

4 Sed ſi venditor † bonæ fidei fuerit,ac ignorauerit
rei vitium,ſeu rem alienam, vel alii obligatam eſ-
ſe,tunc ad intereſſe extrinſecum non tenetur, ſed
tantum quanto minoris emptor fuiſſet emptu-
rus,ſi rei vitium,qualitatem ac obligationem ſci-
uiſſet,*d.l.Iulianus,& ibi not.Bartol.Bald.Salic.& Albe-*
ric.Paul.de Caſtr.in l.prima.§.prime ff.de actio.empt. ibi
idem voluit Odofred. Alexand.conſ. 63.numero 6. & 11.
vol.6.Rubeus Alexan.§.morte l.non ſolum ff.de oper. nou.
nunc.

5 Sin autem † emptor pænam dupli conſequi

malis

malit ob sententiam contra se latam, nō agit actione ex stipulatu ad duplum contra venditorem, nisi exequutione sequuta, cum ante executionem nihil absit emptori. Ideo necessario executio debet interuenire, vt pęna dupli venditor conueniri possit, *gl. per illum tex. in l. si seruum. in princ. ff. de act. empt. & ita ibi transeunt Alb. Bal. Sal. & Paul. de Castr.*
6 *Capol. caut. 177. Alex cons. 4. n. 1. vol. 3.* Nec etiam † agit ex stipulatione habere licere, nisi post sententiam condemnatoriam res ab emptore manu militari auferatur, *gl. d. l. si seruum. in princ. ff. de act. empt. Bal. in l. habere licere. ff. de euict.*

7 Sed si ante sententiam † emptoris condemnatoriam vel post eam cum euincente transegerit emptor, ad pœnam dupli non agit, ob rem à venditore non defensam, quoniam cum pæna dupli succedat loco prætii, non patitur bona fides, quod emptor pretium repetat, & rem possideat, non tamen emptori denegatur ad litis expensas, quas in iudicio substinuit, ad duplum expensarum nomine experiri, *Bal. cons. 3. & cons. 23. vol. 1.* vbi quamplurimis iuribus & rationibus id confirmat, & dicit quod est ipsa veritas, & æquitas.

8 Quod vero attinet † ad appellationis onus emptori incumbens, dic quod emptor, à quo res euincitur, vt euictionis nomine contra venditorem agat, à sententia aduersus eum lata appellare, appellationemque prosequi tenetur, *Bar. in l. si procuratorem ff. mandati Aret. in §. actionum numero 20. instit. de action. & in §. fin. in fine. de emptio. & vend.* quod tamen verum sit cum distinctione, aut emptor bonam causam souet, vt quia sententia contra eū iniuste lata fuit, & hoc constat, & tunc appellare necesse habet, Aut emptor malam cautam tuetur, propriaque sententia condemnatoria iuste lata fuit, idque etiam constat, & appellare non tenetur, cum etiam non expectata sententia potuisset bonam fidem agnoscere, & rem euincenti sponte restituere, *Bart. in l. at qui natura. §. si cum me absente. ff. de negot. gest. Alexand. in l. stipulatio ista habere licere §. si quis forte. num. 11. ff. de verborum obligat. Ias. in l. si domus §. de euictione numero 14. ff. de leg. 1. Afflict. decis. 49. numero 3.* Aut sumus in dubio an sententia inique lata fuerit, neque tunc appellare necesse habet, quia pro sententia in dubio præsumitur, vt præcitati confirmant.

9 Et hæc † distinctio procedit quando sententia venditore absente promulgata sit, at si præsente venditore tempore latæ sententiæ emptor condemnatus sit, appellare non tenetur, siue iuste, siue iniuste sententia lata sit, sed venditor ipsæ sententiæ latæ præsens appellare debet, si eam iniquam, aut sibi præiudicialem arbitratur, vt præmissa in singulis distinctionis membris confirmat gloss. fin. *in leg. Herennius. per illum tex. ff. de euicto. & ibi Odofr. d. & ita quoque ibidem tenet Alber. Bart. Bald. Angel. & Sal. Idem Salic. in l. si procuratorem §. si ignorantes. ff. mand.* vbi ait quod si sententia est certitudinaliter bona non appellat emptor, quia non prohibetur bonam fidem agnoscere, idem si sumus in dubio, si vero certitudinaliter mala, & tunc appellat, & præmissa commendat Imol. *in capitulo fin. numero octauo, de empt. & vend. & in l. ab executore §. alio. Digestis de appellatio.* declarans constare sententiam esse bonam, vel malam, quando ex actis hoc constat.

10 Atque in † casibus in quibus appellare emptor tenetur si venditori denuntiauerit, vt à sententia contra ipsum emptorem lata appellar, se ipsum ab onere appellandi exonerat, In casibus vero in quibus appellare non tenetur si appellat, appellationem prosequi debet, alias sibi præiuditium generat, ea ratione quod appellando credit se bonam causam sonere, & cessat præsumptio, quæ pro sententia facit, *Bald. Angel. & Alberic. in præallegata l. Herennius ff. de euictio. Aret. d. §. actionum numero 20. Imol. d. l. ab executore. §. alio ff. de appellat. & in capitulo fin. de empt. & vend. Alex. cons. 117. numero 3. volum. 7. Ruin. cons. 84. volum. 5.* communiter ita teneri affirmans, idem tenet Salic. *d. l. si procuratorem. §. ignorantes,* dicens verum esse quod prosequi debet, quia qui appellat præsumitur credidisse bonam causam habere, nisi tamen contrarium probet per protestationem, vel alio modo, puta quod fecerit animo acquirendi domino ius, & facultatem prosequutionis faciendæ.

11 Venditorque non tenetur in se iudicium contra emptorem motum, suscipere animo illud nouandi, quia non potest, forte quia actor non consentit, etsi posset adhuc non tenetur, sed satis est quod litri assistat, & faciat in ea sumptus occurrentes, sed si velit comparere, & litem in se suscipere; non facta aliqua nouatione id facere potest, *Ant. de Butr. consilio 44. numero 1. Bal. cons. 3. in fin. vol. 1. Angel. de Aret. in l. à sententia ff. de appellation. & habetur*
12 *decis. Perusina 26. nu. 25.* Atque † si emptor litem non prosequitur post factam venditori denuntiationē adhuc de euictione agit, *Io. de Anani. cons. 38. & plenius ibi Bologn. in addit.*

SVMMARIA.

1 *Venditor citra peccatum potest occultum rei defectum emptori tacere.*
2 *Fallit vt hic habetur.*
3 *Fallit vt alijs plerisque casibus, de quibus hic.*

QVÆSTIO LXXIX.

RESpondeo, quod si venditor tacendo rei vitium, tantum de pretio diminuat, quanti minus valet, ob defectum ipsum, tunc iustitia est in pretio, hoc ēst æqualitas pretii ad rē, idcirco emptor non læditur, quia tanti rem emit quanti valet, cum defectu illo venditor, namque potest indemnitati suæ sic consulere, cum nemo de necessitate salutis teneatur proximo auxiliū, vel consiliū dare, præterquam in duobus. Primo cū ex † officio hoc sibi incumbit, quia eius curæ quis subiicitur. Secūdo cum emptor in extrema necessitate reperitur, iis enim duobus casibus exceptis venditor emptori non tenetur rei vitium aperire, quia res vendita vtilis esse potest, si non ad omnia, saltē ad plura, *S. Thom. 2. 2. q. 77. art. 2. & 3. & quolibet 2. art. 10.*

S.Anton.tit.1.c.16.§.6. Recipit tamen sententia hæc
nonnullas limitationes. Primo quando emptori
3 vitium ignoranti esset notabiliter dãnosum, tunc
regula, de qua supra, non procedit. Nauarrus *in
Enchridion c.32.n.89.* sequutus Maiorem ita tenentẽ
in 4.dist.15.q.40. & probat Medina *Tomo 2.q.38. con-
clus.1.& 2.* Secundo, & multo magis si vsus rei ven-
ditæ propter eius vitium emptori reddatur, pror-
sus inutilis, vt si ad bellum ituro, venditur equus
claudus, cuius defectus cognosci non potuit, quia
antea fuerat agitatus, & calefactus, ob idque in
prælio vti equo non posset, tunc non procedit, ꝙ
supradictum est, & iniusta est venditio, *S. Thom. d.
art.3.q.77. Sotus de iust.& iure li.6.q.3.art. 2.concl.4.5.
& 6. Medina præcitato loco in fine.* Tertio si quod ven-
ditur, allaturum est emptori periculum, vt si cibus
corruptus, si vinum ad corruptionem dispositum,
& non duraturum venditur pro sano, vnde nocu-
mentũ emptori contingere posset, pariter iniu-
sta est venditio, & peccat venditor, *Caietanus ad S.
Thom.d.art.3.q.77. Medina vbi sup. Corollario 2.& 3. So-
tus præalleg.4.concl.& tex.est in l.si prædium. c. de edili-
tiis act.* Quarto si venditor verosimiliter credit em-
ptorem nullo modo empturum esse, si rei vitium
nosceret, peccat vtiq; quia dolose agit, dolo dante
causam contractui. Ideo contractus non tenet, vt
determinat Medina *Tomo 2.q.4.concl.2.* Cæterum
huic sententiæ non consentit Sotus superius alle-
gatus, fatetur tamẽ, ꝙ hanc sequuntur moderni, q̃
ẽt ꝓbat Abb. *in c. ineuntem n.2. de rerum permutatione.
Ang. in verbo emptio n.8. Siluester eodẽ verb.n.21.* Quin-
to si emptor nescius occulti deffectus, rẽ sic male
affectum alteri venditurus esset, venditor tenetur
emptorẽ admonere de defectu rei, vt tollatur oc-
casio emptori dãnificandi alterum, cui venditurus
est plus iusto, nõ habito respectu ad vitium igno-
ratum: *Idem Caiet. loco de quo supra, Nauarrus in Ma-
nuali c.23.n 89. S. Anton. præcitatus.* Sit ergo præmis-
sorum conclusio, quod iis concurrentib. venditor
in foro conscientiæ non tenetur occultum rei vi-
tium, vel defectũ emptori aperire, vt primo quãdo
rẽs vẽditur iusto pretio habito respectu ad rei de-
fectum, secundo quando emptori res ipsa vsui esse
possit, si nõ ad omnia, saltem ad plura, tertio quã-
do damnum, vel periculum emptori ex re sic ma-
le affecta non imminet, quarto quãdo emptor ve-
rosimiliter fuisset empturus. Quinto quãdo em-
ptor non esset alteri venditurus. Hæc ad salutẽ a-
nimæ pertinentia sufficiant, quæ vtinã confessarii
negotiatoribus aperirent, quib. plurimum profi-
cerent, quoniam sæpissime in hoc peccatum labũ-
tur, reliqua ad forum fori pertinentia, qui scire
cupiunt, iurisconsultos adeant.

S V M M A R I A.

1 *Donatarius donatorem inopem factum alere tenetur.*
2 *Limitatur non procedere quando donatio in re, vel quã-
titate magna consistit, secus si in parua.*
3 *Limitatur non procedere si donatarius re donata care-
re malit.*
4 *Limitatur procedere quoad fructus rei donatæ secus
quoad proprietatem.*
5 *Limitatur procedere tam quoad personam donatoris
quam eius filiorum.*

QVÆSTIO LXXX.

1 DOnatio non reuocatur, si donatori cui sup-
uenit inopia donatarius denegat alimenta,
*l.in condemnatione in gl.1.ff.de reg.iur. Alb.in l.si.n.1. C.
de reu.don.* quia donatio reuocatur ex causis expres-
sis, *in d.l.si.* vbi hæc causa non exprimitur, ergo non
est nostrum legem extendere, ad causam alimẽto-
rum donatori egeno præstandorum, secundum
eundem Alb. qui hæc de stricto iure procedere in-
quit, & præfatam gl. *d.l.in condemnatione, probãt Ang.
& Bal.in eadem l.si.n.4.* qui communiter ita teneri
refert. Verior est autẽ opinio, quod donatari⁹ do-
nantem inopẽ alere tenetur, alioquin donatio à
donatore reuocari potest, vt expresse firmauit gl.
in d.l.si.C.de reu.don.in verbo voluit. & quamuis ibi nõ
enumeretur hæc revocandæ donationis causa, põt
tamen reuocari, tam ex causis ibi expressis, quam
etiam ex aliis similibus, quemadmodum tenent *in
c.si. de don. Abb.n.3. Ant.de Butr. circa finem. Henric. Boich.
n.1. Io.de Anan.n 5. Io.de Imol.n.36. Andr. Barb.n.7.* & cõ-
muniter doct. sequuntur, vt testatur ibi Barb. Idẽ
etiam plene eum probat Ripa. *in l si vnquam q.49. C.
de reu.don.* Qui & ipse communem refert, & eandẽ
sequutus est opinionem Corn. *cons.120.vol.1.* dicens
quod in decisiuis non auderet ab hac opinione re-
2 cedere, Limitatur † autem procedere, quando do-
nator magnas facultates donauerit, vel alias in ma
gnare siue quãtitate donatio cõsistit, alias si in par-
ua re, siue quantitate donatio confertur, donata-
rius ad alimenta non tenetur, *vt voluit Cyn.in d. l.fin.
q.11. Andr. Barb.in d.c.si.& Ripa.in d.l.si vnquam,* & ita
fere omnes superius citati distinguunt.
3 Secundo † limitatur vt donatarius ad alimenta
teneatur, non quidem præcise, vel directe, sed per
indirectum, & causatiue, vt si donata perdere no-
lit, alimenta præstet, Ideo si malit re donata carere
ad alimenta non tenetur. Ita Bal. *in c.1.in si. princ. de
notis feudorum,* qui in his terminis procedere tenet,
quod gloss tradit *in d.l.in condemnatione,* & idem te-
net ibi Præposit. & licet Barbat. *d. c.fin.* dicat quod
ex verbis Baldi non clare patet, quid senserit, tu
dic hoc Baldum sensisse, si verba illius perpendan-
tur, id ipsumque ex verbis ipsius inferri posse, & ita
etiam tenet Ripa *in d.l fin C.de reu.don.* licet de Bal-
do mentionem non faciat, & Cagn. *in d. l. in conde-
mnatione.*
4 Tertio † limitatur vt procedat, quoad fructus &
reditus ex bonis donatis percipiendos, nam qua-
tenus fructus patiuntur ad alimenta, donatarius
tenetur, nõ autem proprietatem bonorum dona-
torum vendere necesse habet, & donatori alimẽta
subministrare, ex pretio, & reb. donatis vendẽdis
redigendo, *Sal in d.l.si.C.de reu.don. Ripa. d.l. si vnquã
q.49.in.si. Boer.decis.19.n.8.par.1. Dec.d.l.in condemna-
tione in fine.*
Nisi tamen donator sit senex, quoniam tunc
facta computatione annorum, quibus senex
victu-

victurus præſumitur, extimatio rerum donatarum excedere poterit onus alimentorum, ita qnod donatio nonnihil labitur, ſed magis veroſimiliter donatio vtilis remanebit, ita declarat Ripa. *in ſup. alleg. l. ſi vnquam n. 165. C. de reu. don.* Quarto declaratur procedere, tam quoad perſonam ipſius donantis quam etiam eius filiorum, per ea quæ refert Tiraq. *in d. l. ſi vnquam gl. in verb. eiuſdem donationis. in fine.*

SVMMARIA.

1 Emptor litem ſibi motam venditori denuntiare non tenetur, quando omnino res fuiſſet euicta.

2 Immo omni caſu emptor litem ſibi motam venditori denuntiare tenetur.

3 Venditori denunciatio fieri neceſſe non eſt, quando vẽditor cum iuramento defenſionem promiſit.

4 Denunciatio litis in qualibus parte iuditii ante ſententiam fieri poteſt.

5 Denuntiatio in cauſa principali omiſſa in cauſa appellationis fieri poterit, ſi omiſſa ſint integra.

6 Denunciatio fideiuſſoribus venditoris fieri neceſſe non eſt.

QVÆSTIO LXXXI.

1 EMptor de euictione agit etiam omiſſa denuntiatione venditori faciẽda, quãdo omnino res fuiſſet euicta, quia denuntiatio fieri debet vt venditor denuntiatus cauſam defendat, ſed cum certũ eſt cauſam defendi non poſſe, fruſtra denuntiatio fieret, & ceſſante cauſa denuntiationis, denũtiatio ipſa ceſſare debet, *gl. in l. ſi cum quæſtio C. de euict. Fulg. qui ita allegatur tenuiſſe in l. ſi ideo ff. de euict. & in l. emptorem. ff. de act. empt. Rom. in l. non ſolum §. morte n. 10. ff. de oper. nou. nunt. Alex. conſ. 63. in fin. vol. 6.* & magnam hæc opinio continet æquitatem dixit Soc. *in l. 2. §. voluntatem n. 14. & 16. ff. ſol. matr.* Alia o-
2 pinio † præcedenti de directo contraria habet, ꝙ etiamſi notoria eſſet iuſtitia euincentis, & quod omnino res fuiſſet euicta, nõ tamen emptor releuatur ab onere denuntiandi venditori litem ſibi motam, pro qua facit, quod iura indiſtincte mandant litem venditori denuntiari, nec ad emptorem pertinet de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ iudicare, cum ſit dubius litis euentus, *Soc. d. §. voluntatẽ n. 15. & ſeq.* vbi plenius quam alius loquitur & allegat Gulielmum de Conco, & Alb. ita tenentes, & ait, quod alias in practica ſecundum contrariam opinionem non potuit obtinere, eamdem probat opinionem Andr. Barbat. *in c. fi. n. 5. in fi. de empt. & vend.* vbi inquit, qood ſtant iſta ſimul, quod ootorium ſit ius agentis, & tamen venditor defenſionẽ habeat, quæ alios latet, ideo neceſſaria erit denuntiatio, quicquid dixerint Fulg. & alii, & ita etiam tenere videtur Rubeus Alexandrin. *in d. §. morte n. 456. circa medium, & ibidem firmat Hormonoctius Detus n. 130.* vbi ait hanc eſſe communem ſententiam, & iis omnibus expreſſius Dec. *conſ. 74. n. 3. circa medium.* vbi inquit quod iſta eſt communis opinio, à qua in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum, & commuuem quoque refert Grat. *conſ. 1. n. 57. vol. 1.*

3 At vero ſi venditor cum iuramento defenſionẽ promiſerit, tunc ſciens litem emptori motam eſſe etiam omiſſa denuntiatione, atque interpellatione, tenetur cauſam defendere, litiq; aſſiſtere, quoniam ob iuramenti religionem in mora eſſe dicitur, per ea quæ adducunt Iaſ. *in d. l. 2. §. voluntatem n. 27. ff. ſol. matr. Dec. in l. quod te n. 11. ff. ſi cert. pet. Soc. tra. fallentiarum. reg. emptor, Rubeus Alex. d. §. morte n. 420.* vbi per duas columnas hanc partem tuetur, contrariaque tollit Ang. *conſ. 177. n. 2.* & 3. *& eſt communis ſecundum Dec. vbi ſupra,* tametſi Marcus Ant. Baueria *tr. de mora. par. 1. lim. 11.* aliter tenere videatur,
4 cum diſtinctione de qua ibi, vbi plene. Vbi vero denuntiatio requiritur, tunc in qualibet parte iuditii ante ſententiam fieri poteſt, dummodo non fiat poſt publicationem proceſſus, quoniam tunc non eſt facultas venditori teſtes inducere, & probationes ſuper exceptionibus ab eo proponendis facere, *l. ſi rem quam. §. fin. iuncta gl. fin. ff. de euict. quam ibi ſeq. Bal. Ang. & Sal. in l. 1. n. 6. C. de priu. & commod. rei vend.*

5 Si autem denuntiatio † in cauſa principali facta non ſit, poteſt emptor in cauſa appellationis denuntiare, quando omnia ſunt authori denuntiato integra, & nihil ei perit, *gl. pen. in d. l. ſi rem quam §. fi. quam ibi probant Odofr. Alb & Sal. idem Salic. d. l. 1. C. de peric. & commod. rei vend.* Idcirco publicato in prima inſtantia proceſſu, quia de iure canonico præcluditur via vlterius teſtes examinandi, denuntiatio fieri nequit, in cauſa appellationis, cum res integra non ſit, & quatenus dicitur in cauſa appellationis denuntiationem fieri debere de iure ciuili procedat, quo teſtes poſſunt induci poſt publicatas in cauſa principali atteſtationes, ita declarat Alb. ſu-
6 per d. gl. pen. *d. l. ſi rem quam.* Denuntiatio † vero an fideiuſſoribus venditoris præcedere debeat ſi ipſi conueniendi ſint, dic ꝙ non, quoniam ei tantum denũtiatio fit, à quo emptor tit. habet *l. authore laudaco. vbi gl. C. de euict. Io. Andr. in c. fin. de empt. & vend. Bal. in l. libera n. 12. C. de ſent. & interloc. omn. iud. per tex. in l. minor §. ſi ſeruus. verſ. ſeruo. ff. de euict.* quod ad tertios bonorum venditoris poſſeſſores ratione qua ſupra extendendum eſſe arbitror.

SVMMARIVM.

1 Quilibet in ſuo ſolo ædificare poteſt, niſi vt vicino noceat ædificet.

2 Et ſi multa ſit ædificanti vtilitas, ſi principaliter vt noceat vicino facit, alias non facturus adhuc prohibere poteſt.

3 Animus nocendi in dubio non præſumitur.

4 Niſi ædificans minacius ſit quod nocere volebat.

5 Vel niſi ædificans nullam ex ædificio vtilitatem conſequitur.

6 Vel modicum ſibi, & multum vicino noceat.

7 Vel niſi coniectura nocendi concurrant.

8 Quod plurimum reſidet in arbitrio iudicis.

9 Dominus Molendini ſuperioris prohibere non poteſt. quo minus aqua decurrat ad molendinum inferius.

10 Habens vſum aquæ debet in eo conſeruari.

11 Seruitus diſcontinuam cauſam habens non præſcribitur niſi tempore immemorabili.

QVÆSTIO LXXXII.

1 DVÆ ſunt ſeruitutes, ſuper quibus dubitatio
ſæpe exoritur. Ad † primam dic, quod quili-
bet in ſuo ſolu parietem tollere ad cælum vſq; va-
let, tametſi luminibus vicini officiat. *l. altius Cod. de*
ſeru. & aqua, l. cum eo. ff. de ſeru. vrban. præd. niſi quãdo
ad ipſius æmulationem facit, tunc etenim, & ſi ſer-
uitus non debeatur, attamen ædificii vel parietis
eleuatio prohiberi põt, Cyn. Bal. Sal. & Paul. *in d. l.*
altius, exemplificantes in eo, qui ſecreta fratrũ, ſeu
monialiũ, vel alterius ſui vicini inſpicere intẽdit,
vel puellis, aut vxori ipſi' inſidiari, & poſt p̃dictos
firmant Iaſ. *in l. ex hoc iure n. 6. ff. de inſt. & iure.* Dec. &
Cagn. *in l. nullus ff. de reg. iur.* Cur. Iun. *conſ. 80. nu. 2. in*
fi. Alex. *conſ. 174. n. 4. vol. 2.* Veronen. *de ſer. vrban. præ-*
dio. tit. de ſolo ſine area. fall. vlt.

2 Quinimu † ſi multa ſit vtilitas, quæ ex ædificio
percepturus eſt ædificans, nihilominus iure pro-
hiberi põt, ſi animo nocendi faciat, alias non fa-
cturus, *gl. in l. qui redhibit. ff. de alien. iud. mutand. cauſa*
facta. tantũ opinionẽ Placẽtini ibi vltimo loco po-
ſitã. q̃ ſequitur ibidem Odofr. & Alb. vbi habetur,
ꝙ q ſuo iure vtitur dolo facere videtur, ſi in dãnũ
alterius facit non aliter facturus, ad idem gl. *in c. ſi*
quis vero. 11. q. 3. prout ita eam interpretatur Ant. de
Butr. *in c. cum eccl. vlterana. n. 6. de elect.* Inquiens, ꝙ
qui nocet alteri, & ſibi prodeſt, ſi non facit animo
nocendi, non facit iniuriam, ſi ergo animo nocẽ-
di facit, illicite facit, Idem voluit Bal. *in l. item lapilli*
col. 2. in princ. ff. de rerum diuiſ. idem dixit, qui ſuo
iure vtitur, dolo facere videtur, ſi principaliter id
eſt maxime fit ad nocendũ vicino & expreſſe quo-
que tenet Bal. *in l. manifeſte. C. de ſeru. & aqua*, & vi-
detur fuiſſe de intentione Marſilii *ſing. 154. Alex. d.*
conſ. 174. n. 6. & 7. Iaſ. conſ. 150. col. 2. verſ. non obſtat vol. 2
qui in indiuiduo ſcribentes conſiderant id, quod
principaliter ædificans intendit, quaſi quod non
ſit attendendum ꝙ ſibi prodeſt, poſtquã principa-
liter alteri nocere intendit, Hinc patet non obſta-
re, quod tradit idem Bald. *d. c. cum eccl. vlterana*, vbi
ait, ꝙ ſi facit mixta conſideratione, & vicino no-
ceat, & ſibi proſit, alias non facturus, facere poteſt,
quoniam contrariũ tenent omnes ſupra citati. Ex
quib. communis opinio contra Bal. facile depre-
hẽditur. Et licet in dubio nõ p̃ſumatur nocendi a-
nimus, vel ad æmulationem fieri, cũ dolus, & fraus
non p̃ſumatur, niſi probentur, *l. dolũ C. de dolo, l. me-*
rito ff. pro ſoc. Bal. d. l. itẽ lapilli col. 11. in princ. ff. de rerum
diuiſ. Bar. in l. flumινum. §. ſi. vbi & Imol. ff. de damn. inf.
Et propterea nocendi animum aut æmulationem
alleganti probandi incumbit onus, cum contra ſe
naturæ præſumptionem habeat, *l. actor. cum ibi not.*
per Bar. & alios C. de prob. l. 2. ff. eo. Reſp. contrariũ ad-
4 mittẽdo, ſed multipliciter declaratur. Primo quã-
do ædificans vel parietem extollens minatus eſt, ꝙ
vicini lumina obſcurare volebat, vel alias ſibi no-
cere, tunc nocendi patet animus, *Imol. in l. ſi in meo*
fundo. ff. de aqua pluuia arc. Alex. d. conſ. 174. n. 5. ſicut in
ſimili minæ præcedentes oſtendendi animum o-
ſtendunt, *vt per Io. de amicis conſ. 7. Gram. vot. 39. Curt.*
in l. 11. C. quorum appell. in princ. n. 113. & 117. Secundo
nocendi animus, & æmulatio deprehenditur quã-
do ædificãs nullam vtilitatẽ ex ædificio, vel pariete
conſequitur, q a tunc naturalis ratio repugnat, vt
alteri noceat, & ſibi non proſit, *per not. in l. 1. §. deni-*
que, & in l. 3. §. idẽ Varus. ff. de ſeru. vrban. præd. Iaſ. in leg.
quo minus n. 23. ff. de flum. Veronen. vbi ſupra de ſolo ſine
area n. 3. Bertran. conſ. 355. vol. 3. part. 1. Tertio æmula-
tio p̃ſumitur quando ædificans modicam ex ædi-
ficio cõmoditatem conſequitur, & maximam vi-
cino incommoditatem infert, *gl. in l. 2 §. idem Varus.*
in verbo nociturum. ff. de aqua pluuia arcen. vbi iuriſ-
cõſultus ait licere opus facere, quod mihi prodeſt,
& vicino non nocet, extendit gloſſ. etiamſi parum
vicino noceat, ſecus igitur, ſi magnum nocumen-
tum afferat, & in terminis voluit Alb. *d. l. cum eo, &*
Veronenſis de ſolo ſine area. n. 3. ſicuti enim ſi nihil ſibi
prodeſt, ædificari in alterius damnum non poteſt,
ita & ſi parum ſibi proficiat, & multum vicino of-
ficiat. Quarto & vltimo nocendi animus & æmu-
latio præſumitur, quando aliæ coniecturæ vel cir-
cumſtantiæ animum iudicis mouentes concur-
runt, vt dixit Imol. *in d. l. ſi in meo fundo. Alex. d. conſ.*
174. n. 5. & 7. Bertrand d. conſ. 333. Veronen. in loco pro-
xime citato, & in omnibus præmiſſis caſibus iudicis
arbitrium plurimum operatur, conſiderando vi-
cinorum qualitatem, & cuiuſque indigentiam vel
commoditatem, & an amici ſint, vel inimici, & a-
lia huiuſmodi quæ prudens iudex diſcernet, & ex
9 his animi ſui motum informabit. Ad † ſeruitutem
ſecundo loco ſæpe controuerſam, varii varia ſen-
tiunt, an dominus molendini ſuperioris teneatur,
gratiam facere domino molendini inferioris, per-
mittendo ipſum aquam defluentem capere, poſt-
quæ molendinum ſuperius egreſſa eſt, partem ta-
men, quæ domino molendini inferioris fauet, te-
net Veronenſ. *tract. de ſeruitutibus vrb. præd. ſub rub.*
de ſeru. aquaductus. n. 52. vbi ſæpe fundamentis hanc
opinionem comprobat, tenens quod dominus
molendini ſuperioris non poteſt diuertere aquã,
quæ diſcurrat ad loca inferiora, niſi id faciat, vt ſi-
bi proſpiciat, & propriæ vtilitati & commoditati
cõſulat, ſecus ſi vt domino inferioris molẽdini da-
mnum afferat, vt p̃ter Veronen. in terminis voluit
Bald. *conſ. 241. in princ. & n. 2. vol. 2. Iaſ. conſ. 150. col. 2. in*
10 *fi. vol 2.* Accedit quod † habens vſum aquæ ad præ-
dium ſuum profluentis etiam citra ius, & nomen
ſeruitutis, ſi vſus aquæ impediatur officio iudicis
implorato obtinere poteſt ſe in eo conſeruari,
Bartol. per illum tex. in leg. de vſu circa principium. ff. de
var. & extraord. cognition. & ſequitur ibi Alex. in addit.
& idem voluit Ripa. in l. quæ nobis n. 5. ff. de acq. poſſ. Et
hanc poſteriorem ſententiam tamquam iuri, & æ-
quitati conſonam Chriſtianæque caritati confor-
mem in practica ſeruarem, quicquid in contrari-
um conſuluerit Bertrand. *conſ. 344. per totum vo-*
lum. 4.

11 Non † obſtat quod ſeruitus diſcontinuam cau-
ſam habens & factum hominis requirens, non
præſcribitur niſi ſpatio tanti temporis, cuius me-
moria non exiſtat, debenſque ſeruitutem nõ cogi-
tur aliquid facere, ſed tantum patientiam præſtare
l. quoties §. fin. ff. de ſeruitutibus. Alex. conſ. 108. numer. 6.
vol. 2.

volum.2. Responde contrarium vti verum admittendo, at hic non iure actionis, sed officio iudicis subuenitur domino inferioris Molendini, cui patientiam non præbet superior, si aquam ad inferiora decurrere non sinit.

SVMMARIA.

1 *Prima appellatio viua voce interposita attenditur, non quæ postea in scriptis reiteratur.*
2 *Quando videl. secunda fit sub cõmemoratione primæ.*
3 *Et quando iudex primæ detulit appellationi.*
4 *Imo prima, & secunda appellatio tenet.*
5 *Nisi statuto cautum sit à die interposita appellationis instantiam currere, tunc enim de prima intelligitur.*
6 *Appellatione viua voce interposita saluo iure appellandi in scriptis prima valet.*
7 *Imo secunda attenditur, quia prima est protestatio de appellando in scriptis.*
8 *Iudex à quo inhibitus potest ea quæ ipse de facto gessit idem ipse reuocare.*
9 *Iudex a quo super attentatis procedit quando citra cognitionem negotii principalis possunt expediri.*
10 *Quod in ordinario verum esse declaratur.*
11 *Iudex à quo se intromittit ne quid in præiudicium appellationis fiat.*

QVÆSTIO LXXXIII.

1 APpellatione † viua voce interposita, & post
in scriptis intra decendium reiterata, quænam illarum in instantiæ computatione obseruari debeat sæpe dubitatur, & duæ extant opiniones. Prima quod attendatur tempus primæ appellationis, & inde prosequendi tempus currere incipiat, quia per appellationem primam suspẽsa est sententia, ideo secunda nihil releuat, & appellatio viua voce primo loco interposita censetur in scriptis redacta per secundam, Bart. *in leg. cum proc. §. si dominus num. 3. ff. de nou. oper. nunc.* cuius opinionem de iure fore veriorem esse, à qua in foro ciuili non libenter discedunt assessores, inquit Io. de Imol. *in dict. §. si dominus num. 5. & late firmat Alex. ibi per duas columnas, & vl ra,* & tenet quoque Ias. *num. 10.* dicens quod opinio Bart. est communiter approbata à legistis, & canonistis, & eandem firmat Rota *decis. 23. in antiquioribus,* sequitur Felin. *in c. personas num. 1. in princ. de appellat.*
2 Quæ † vtique sententia restringitur, vt procedat quando in secunda appellatione repetitur dies primæ appellationis, vel secunda fit sub commemoratione primæ, quia tunc vnica est appellatio & ad primam secunda relationem habet. Secus vero si secunda appellatio diuersum habet diem, & sic absq; repetitione primi temporis, atque in ea non fit mentio de prima, quia tũc secunda tanq̃ noua appellatio, & diuersa à prima valebit, & ab ea fatalia currere incipient, quasi per secũdam recessum videatur à prima, & ei renuntiatum, vt tenuit Ant. de Butrio *in c. dilecto colum. fin. de appellat.* quem sequitur Abb. *in fin.* Franc. *in c. tua nobis num. 23. de appellat. ex dict. §. si dominus num. 18. & cons. 64.*
3 *in fin. volum. 6.* Secundo † declaratur ne procedat, quando iudex appellationi 1. detulit, tunc enim
iudex functus est officio suo, & iurisdictio ad superiorẽ deuoluitur, nec secundæ appellationi deferri potest, *Cepol. cautel. 193. incip. vbi quis potest, sequitur Ias. d. §. si dominus n. 10. Dec. in c. bona in fin. de appell.*
4 Alia † extat opinio, ꝙ vtraq; appellatio tenet, &
est in facultate appellantis, q̃ prosequi velit, quam opinionẽ tenuit Io. Andr. Abb. & cæteri canonistę *in d. c. bonæ de appell. Papien in forma appell. à sententia diffinitiua in verbo in his scriptis in fine. Imol. in d. §. si dominus,* q̃ etiam firmat Dec. *in d. c. bona n. 24.* dicens, ꝙ doctores canonum, cõmuniter eam sequuntur, & probat etiã collector decisionum Rotæ *d. decis.*
5 *23 in antiquiorib.* Verum † ea non procedere limitatur, quando statuto prouisum esset, ꝙ instantiæ tempus à die interpositæ appellationis curreret, quia tunc de 1. appellatione intelligitur, *arg. l. boues §. hoc sermone ff. de verb. signif. Alex. d. §. si dominus num. 11. Dec. dict. cap. bona num 24. Maranta de ordine iudit. 2. actu principali vltima parte num. 140.* retenta igitur
6 hac posteriori sententia † quæritur quid si prima
appellatio viua voce interposita fuit, non simpliciter, sed cum protestatione, quod sit saluum ius appellandi in scriptis, & postea fuit in scriptis intra decennium reiterata, tunc duæ pariter extant opiniones, vna est quod prima appellatio viua voce facta valeat, & ab inde fatalia caussæ appellationis currere incipiant, eo quod vnica est appellatio & per secundam in scriptis factam censetur prima in scriptis redacta, secundum Bart. *in d. §. si dominus,* quẽ consulendo sequutus est Paul. de Castr. & vna cũ eo plures valẽtissimi viri, quos refert Ias. vbi supra, eandemq; tenet opinionẽ Lanfranc. *de interlocutoriis & appell. [illegible] n. 87.* & plenius cæteris firmat Maranta *2. actu principali. vltima partis num. 132.* quam opinionem veriorem, & magis communẽ
7 esse dixit. Altera † extat sententia præcedenti cõ
traria, q̃ habet quod secunda attẽditur appellatio, & ex tũc instantia causæ appellationis habet initiũ, quasi quod prima viua voce interposita non sit appellatio, sed protestatio de appellando in scriptis, & altera quæ postmodum sequitur sit appellatio facta in executione protestationis præcedentis, quam tenuit Bal. *in cap. sancimus numero quarto. Quo tempore miles &c.* & Bart. errasse dicit, eandem tenet sententiam Paul. de Castro *in dict. §. si dominus in fine,* vbi & Ioan. de Imol. inquit, quod hæc est benignior pars, & amplectenda, vt interpretemur non esse lapsam instantiam, cum hoc sit appellanti vtilius, sequitur Franc. *in cap. tua nobis numero 24. de appellat.* & tenet quoque vti magis communem Alex. *dict. §. si dominus numero 19.* & magis communem testat ibi Ias. *n. 13.* & firmat idem Alex *cons. 64. in fin. vol. 6* dicens veriorem, & magis communẽ esse, nisi ante secũdam appellationẽ primam prosequi incepisset appellans, vt declarat Alex. *d. §. si dominus n. 19.* Sententiam igitur hanc in decisinis sequendam arbitror. Tum quia benignior, & fauet instantiæ pro qua in dubio pronũtiandum, tum etiam quia communior, quicquid in contrarium dixerit Maranta, de cuius testimonio minus est confidendũ q̃ Iasonis, & Alex. qui legendo, & consulendo hãc

opinionem ptobarunt, & communem affirmarunt. Quærirur inſuper an iudex à quo poſtquam
8 appellationẽ admiſit, quicquam amplius in huiuſmodi poſſit, dic quod etſi lite pendente nihil poſſit innouari, nihilomious iudex à quo ſi quid de facto ab ipſo proceſſit, de facto idem ipſum reuocare poteſt, & appellantem in ſuo iure conſeruare, *l. poſtquam. §. imperator. ff. vt legat. nomine caueatur & per illum text.* ita dixit Cardin. *in c. cum teneamur de appell.* Iaſ. *in leg. 1. num. 3. C. de bonorum poſſ. ſecundum tabulas,* Dec. *conſ. 97. n. 1. vol. 1.*

Imo idipſum verum eſt etſi inhibitio à iudice ad quem, iudice à quo emiſſa foret, quoniam ea præſtat impedimentum iudici inhibito, ne quid de facto contra inhibitionem fieri poſſit, ſecus in his, quæ de iure ab eo fierent, *Oldr. conſ. 136. quod ex prædictis num. 12. vbi allegat Innocentium in c. veniens de præſcript.* Sequitur Statileus *tractatu de gratiis & expectat. tit. de vi, & effectu clauſul. verſ. poſt hac numer. 27.* Et optime facit tex. *in dict. cap cum teneamur. de appellat.* vbi appellans in ſua poſſeſſione turbatus poteſt iudicem à quo adire, & obtinere poſſeſſionẽ ſibi reſirmari, iudex enim à quo ſuper attentatis contra appellantem poteſt adiri, quando ea poſſunt expediri abſque cognitione principalis negotii coram iudice ad quem pendentis, vt ibi tenent Ant. de Butr. Imol. Anania, Dec. & cæteri ſcribentes, & familiariter dicit Card. ibidem, quod ſuper articulo emergenti poſt appellationem poteſt primus iudex procedere non cognito de appellatione. Et Abb. in fine declarat hoc in ordina-
11 rio procedere, qui ex generali iuriſdictione quam babet, poteſt ſe intromittere in nouiter ortis, quamuis appellationi interpoſitæ deruleris, & hãc declarationem ſequitur ibi Bened. Capra, & Frãcus, qui ſub *n. 24.* loquit, quod licet à primo iudice ſit io totum ablata iuriſdictio, poteſt enim ſe intromittere, ne aliquid in præiudicium appellationis fiat, & attentata à ſe, vel ab alio reuocare, cum iſta non ſint contra appellationem, ſed in faciliorem ipſius exitum, & confirmat quoque idem Franc. *in c. non ſolum num. 2. de appell. in 6. per notata in c. ſollicitudinem, & in d. cap. cum teneamur. de appellat.* & omnes in hoc articulo ſcribentes confugiunt ad Federicum de Senis ita tenentem, *conſ. 98.* & licet Io. And. conſ. Federici de Senis adhęrere noluerit, vt legitur in eius reſponſione, annotata in fine eiuſdem conſilii, nihilominus Federicum defendit Franc. *dict. c. cum teneamur num. 24.* & Abb. quoque & reliqui Canoniſtæ.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuſis ſtipulata pro ſe atque nepotibus non comprehendit feminas.*
2 *Maſculinum concipit femininum in contractu emphyteutico.*
3 *Stipulator emphyteuſis cenſetur ſe conformare cum conſuetudine eccleſiaſtica.*
4 *Fœmina emphyteuſim vt ſupra ſtipulata, cenſetur voluiſſe filias & nepotes in ſtipulatione comprehendere.*
5 *In emphyteuſi ex liberalitate eccleſiaſtica vt ſupra concepta fœmininum concipitur.*
6 *In emphyteuſi primordialis natura ſuſcipitur, qua ſucceſſoru perſona non mutatur.*
7 *Nepos ex fratre ſubintrat in locum patris, & cum patruo concurrit.*
8 *Eodem ordine ſuccedit ur in emphyteuticis, quo in allodialibus.*
9 *Nepos ex fratre cum patruo conuenit in ſucceſſione feudorum.*

QVÆSTIO LXXXIV.

1 IN † ſtipulatione pro ſe, filiis & nepotibus ſimpliciter concepta fœminæ non comprehenduntur, quia in contractibus maſculinum non concipit fœmininum ex proprietate ſermonis, ſed per extenſiuam interpretationem, & in contractibus qui ſtricti iuris ſunt, à proprietate verborum non receditur. Idcirco filiorum, ac nepotum appellatione filiæ ac neptes non comprehenduntur, imputandum eſt enim ſtipulatori, cui liberum fuit latius verba concipere, & contra quẽ verba dubia interpretatur, vt allegatur tenuiſſe Guid. de Suzzaria *in leg. veteribus. ff. de pactis, & in l. quæcunque C. de ſeru. fugit. & tenet Imol. in c. potuit. de locato. & in leg. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. 2. Alex. in leg. ſed ſi hoc §. liberos. ff. de in ius vocan. Iaſ. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd omnium iudic. Alex. conſ. 61. vol. 1. & conſ. 204. volum. 2. Dec. conſ. 171. num. 4. & in leg. 2. num. 104. ff. de reg. iur. Hubert. Zuccar. in leg. fin. num. 73. Cod. de edic. diui Adr. toll. cum infinitis fere aliis adhuc cumulatis à Tiraquello de vtroque retractu §. 1. Gloſ. numer. 181.* & eſt communis opinio, vt affirmat maior pars ſupe-
2 rius citatorum. In † contrarium facit quod in materia indifferenti, qualis eſt emphyteuſis, cuius capax eſt maſculus æque ac femina, regulariter maſculinum concipit femininum, ideo filiorum, & nepotum appellatione filiæ, ac neptes veniunt, neque ſtipulatori eſt imputandum, quod non ſit magis aperte loquutus, quia iuris regulam eſt ſequutus, maſculinumq; femininum continet, vel ex proprietate ſermonis, vel ſaltem interpretatione comprehẽſiua, non extenſiua, ita declarat Alciat. *in leg. 1. ff. de verb ſignific. Dec in leg. 1. ff. de reg. iur. Bald. & Salic. in leg. 2. Cod. de iure emphyteut.* & alii plures antiquiores, quos refert Corn. *conſ. 233. in principio vol. 4.* Petrus de Anchar. *conſ. 393. in princ.* Alex. *conſ. 1. num. 28. vol. 5.* vbi inquit, grauiores ſunt auctoritates patrum, qui hanc opinionem tenuerunt. Ideo eis magis defferendum eſt, plene Maria. Soc. Iun. *conſ. 104. vol. 2.* plenius his omnibus Tiraq. *de vtroque retractu. §. 1. Gloſ. 9. num. 206. 208. & ſeq. & 223. & ſub aliis numeris vt ibi,* & idipſum ſacræ comprobant ſcriptores, inquit enim ſanctus Cyprianus *de habitu virginum tractatu 2. ſub initium.* In ſcripturis fere omnibus, ad protoplaſtum loquitur Deus, quia in maſculo ſimul ſignificatur & femina, hæc ille. Quamobrem hanc ſententiam vti æquiorem, & forſan de iure veriorem ſi quis in actu practico ſequeretur, non crederem à recto tramite deuiare, contraria vero retenta limitatur

non

3 non procedere. Primo † si cõsuetudo ecclesiæ habet, quod fœminæ admittantur in stipulatione simpliciter vt supra concepta, quoniam contrahentes censentur se conformare cum consuetudine ecclesiæ, *Bart. in l. vt iusiurandi §. si liberi. ff. de oper. lib. Imol. in c. potuit. in finalibus verbis. de locato. Ang. §. emphiteusim n. 18. in Autent. de non alienand. & in leg. quts lumtnibus. ff de seru Vrba. præd. Corn. cons. 199 volum. 2. Barba. inter consilia Alex. cons. 51. volum. 4. Soc. cons. 25. vol. 1. Boer. consil. 10. Paris. cons. 21. volum. 1. Brun. de statutis fœminas exclud. art. 8. quæstio 22. numero 2. vbi communis.* Et primo quidem loco ad consuetudinem ecclesiæ concedentis, demum ad consuetudinem regionis recurrendum est, *Aug. in l. 2. vbi & Ias. n. 160. C. de iure emph. Soc. d. cons. 25. nu 8. vol 1.*

4 Secundo † limitatur, si fœmina pro se, filiis, & nepotibus emphyteusim acquirit, etenim sexum femininum odio habuisse non creditur, sed magis illum dilexisse, & ei prospicere voluisse, & fœminas filiorum, & nepotum appellatione comprehendi, quod ex qualitate personæ verba proferentis præsumenda sunt *Bald. in leg. quoties num. 6. Cod. de suis, & legit. Aret. in leg. Gallus §. nunc de lege. numer. 53. vers. 2. potest ff. de liber. & posth. Soc. in leg cum auus. numer. 84. ff. de cond. & demonst. Ias. in leg. de in ius vocand. §. liberos in princ. ff. de in ius vocan. Anchar. cons. 339. n. 6. Roma. cons. 53. Corn. 233. nu. 5. volum. 4. Ripa responsi. 3. tit. de iure gen. ciuil. & stat. vbi communis.* tertio

5 limitatur † in contractibus, ex liberalitate procedentibus, in quibus masculinum concipit femininum, & filiorũ, ac nepotum appellatione filiæ veniunt, quia contractus huiusmodi, à liberalitate procedentes plenius interpretantur, quam vltima voluntas, sed in vltimus voluntatibus veniunt, merito & in contractibus à liberalitate ecclesiæ peruenirent, *Ias. l. si quis id quod n. 23. in fin. ff. de iurisd. omn. iud. Dec. in l. 2. vers. 3. ff. de reg. iur. & cons. 193 nu. 2.* Quarto filiæ, & neptes comprehenduntur, quãuis post mortem stipulatricis ad eius filium emphyteusis deuenerit, non enim ideo masculina effecta fuit, subindeq; neptis ex filio exclusa. Quoniam

6 attenditur † primus status, & natura primordialis, quæ tractu temporis, aut successoris persona mutari non potest, qualis enim est primitiua obligatio, talis est deriuatiua, ait Bald. *cons. 116. numero primo. in fin. volum. primo. cap. vnico de eo, qui sibi, aut hæred. suis in vsibus Feud.* cum Glos. quam ibi sequuntur. Bald. & alii, vbi Bald. dicit primum stipitem, & primum consensum domini spectandum esse, nec curandum, quo tramite descendat feudum, sed quod sit principium, & prima radix. Idemque tenet Bald. *in leg. secunda. numero vigesimo. Cod. de iure emphyt. & consilio 137. volum. secundo. Paul. de Castr consil. 176. numero 2. volum. 1. Dec. consil. 193. nu.*

7 *4. GoZad. cons. 53. num. 15.* Quinto † licet neptis sit remotior, & patruus stipulatrici proximior, nihilominus simul cum patruo admittitur, quia filius subintrat in locum patris, in successione ascendentis. Ideo nepos simul cum patruo admittitur, & cum eo concurrit, proximiores enim vocantur secundũ ordinem successionis à iure traditum, qui est, quod nepotes cum patruo in stirpes succedunt, quod etiam in contractu emphyteutico procedit, vt idem Alex. tenuit *in consiliis relatis, in additione ad Alex. consilio 129. volum. octauo,* & alii plerique ibidem citati, & præsertim Corn. *cons. vigesimoquarto. numero 31. volum. secundo.* vbi ita pluries se consuluisse refert, & vidisse pariter conclusum ab egregiis, & insignibus doctoribus, & plenius idem Corn. *cons. 131. per totum. volum. secundo.* vbi multis rationibus, & auctoritatibus hoc firmat, atque consultum fuisse refert ab eximio D. Bald. de Bartholinis, idem tenet Ruin.

8 *cons. 43. numero sexto volum. primo.* Ad idem † facit quod eodem ordine succeditur in emphyteusi, quo in bonis hereditariis, *Glos. in cap. primo de success. fratrũ. & in cap. primo. de success. feud.* Et licet Bald. aliud senserit, *in leg. liberti libertæque Cod. de operis libert.* dicens, quod in emphyteusi hereditaria hoc procedit, secus esse in emphyteusi, quæ filiis vti filiis quæritur, quæ est dispositio per se stans, & diuersa à iure hereditario, & Baldum sequitur Alex. *in leg. Gallus. §. quidem recte. numero vndecimo. ff. de liber. & posth. Gallianla ibidem numero vigesimonono.*

9 *Alexandrinus numero 139.* Veritas † tamen est in contrarium, quod indistincte qualiscunque sit emphyteusis, idem succedendi ordo in ea attenditur, qualis in allodialibus seruatur, quam opinionẽ firmat Bart. *in dict. leg. vt iusiurandi. ff. de oper libert. Ias. in lege secunda. numero 187. Cod. de iure emphyt. Felin. in cap. qua in ecclesiarum in fin. de const. & quamplures alii, qui citantur in additione ad Alex cons. 15. volum. 4. Alcia. tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 32. num. 7. Albert. Brun. tract. statut. feminas excludent. articul. 8. quæst. 22. in princ. colum. 2.* & est communis opinio, vt Alciat. & Ruin. affirmant. Et in feudo est expressum, quod nepos cum patruo succedit, per ea quæ ad hoc propositum ponit Paris. *cons. 2. numer. 44. vol. 1.* Idemque firmat *cons. 10. num. 4. volum. eo.* dicens quod ita se habet communis opinio, de feudo autem ad emphyteusim valet argumentũ quando constitutio feudalis non est contra regulas iuris communis, *Ias. in leg fin. num. 56. Cod. de iure emphyt. Alex. cons. 106. n. 6. vol. 4. & cons. 5. n. 12. vol. 1.*

S V M M A R I A.

1. *Bona minoris alienari nequeunt absque solennitatibus de iure requisitis.*
2. *Donatio minoris decreto iudicis & curatoris auctoritato non validatur.*
3. *Minor eo ipso, quod donat læditur.*
4. *Donationis causa est liberalitas, & munificentia donantis.*
5. *In aliis contractibus causa requiritur, in donatione est pro ratione voluntas.*
6. *Donatio minoris iuramento firmatur.*
7. *In donatione sicut in cæteris contractibus iuramentum minoris suos operatur effectus.*
8. *Minoris donatio ex causa facta tenet, quando moderate donat.*
9. *Minor eo ipso, quod donat non læditur, si non apparet de dolo donatarii.*
10. *Qui dolus donatarii articulari & probari debet.*
11. *Minor læditur quando donat in turpem causam.*

Quæstio LXXXV.

1 Donatio, à minore nobili, & diuite eius consanguineo facta, infringi non potest. Et si † contrarium attẽtari posse videatur ex pluribus, & 1. Minoris bona immobilia, vel mobilia, quæ seruando seruari possunt, alienari nequeunt, absque solemnitatibus à iure requisitis, *leg. ob æs. Cod. de prædiis minorum, leg. magis puto. §. non passim. ff. de rebus eorum qui sub tut.* Et præsertim tit. lucratiuo cum donatio sit quædam prodigalitas. Paul. de Castr. *in leg. si cui bonis numero quarto. ff. de verb. oblig. & cæteri ibi sequuntur. Bertran. consil. 101. num. 2. volum 5.*

2 Et donare † dicitur perdere, ideo nec decreto iudicis, & curatoris auctoritate donatio à minore facta firmatur, cum iusta causa in donatione subesse non possit, *leg. fin. §. fin. Cod. si maior fact. vbi Bald. idem Bald. & Salic. in leg. 1. C. si aduersus donat. Paul. de Castr. in l. fin. eo. tit.*

3 Secundo † minor eo ipso quod donat enormiter læditur, quoniam vt dixit Ant. de Butr. de donatione minoris iurata scribens, *in cap. cum contingat, numero decimotertio, de iureiuran.* Ita lædens minorem secum contrahentem, non est absque fraude, & dolo, quia contrahit cum minore, ne dum consumpturo, sed actualiter male consumente, allegat *leg. si vero non remunerandi. §. si adolescens. ff. mandati cum aliis concordantibus de quibus ibi*, hinc etenim dicitur, quod minor qui sua iura remittit læditur, & ideo per restitutionem in integrum sibi succurritur; nec habet necesse læsionem probare, quia eo ipso quod renuntiat læditur, *glos. in leg. si intra, in verbo renuntiatum. Cod. de in integr. restit. minor. Bal. Paul. & Alex. in lege prima. Cod. eo. tit.* Tertio statutum annulat contractus minorum omissa forma ibi tradita. Quibus nihilominus non obstantibus contrarium verius est rationibus inemptis.

4 Primo † in donatione proprie sumpta nulla alia caussa subesse potest quam liberalitas, & munificentia donantis, ad quam nullo iure cogente accedit, *lege prima & leg. donari. ff. de donation. & leg. donari. ff. de reg. iur. & facit text. in lege rem legatam. ff. de adimendis legatis, Aret. in §. primo. numero 5. inst. de donat. Paris. consilio 76. numero septimo. volum. tertio. Bertran. consilio 63. numero decimo. volum. 4.* est autem liberalitas libera animi voluntas, vt declarat Glos. *in dicta lege prima. ff. de donat.* & vtique quilibet donare potest, sicut & alias ad libitum contrahere, cum titulus donat. sit validus, & efficax, & contractus nominatus, *Bart. & alii, in leg. iurisgentium in princ. ff. de pact. Glos. & scribentes in leg fin. ff. de cond. caussa data. Paris. vbi supra, & consilio 37. numero decimooctauo. volum. primo. & cons. 88. num. 13. & 46 vol. 3.*

5 Et licet † in cæteris promissionibus causa requiratur, in donatione est pro caussa, & ratione voluntas, vt sæpe dicere solet Bertrand. consulendo videl. *consil. 113. in princip. volum. 2. parte secunda, & iterum consil. 108. numero quarto. volum. 3. parte secunda.*
6 Secundo iuramenti religione † firmatur minoris donatio, & infringi non potest, eo quod minor expresse donare potest, sine decreto, & curatoris auctoritate, dummodo iuret, inquit Alex. *consil. 125. numer. 3. volum. primo. Anchar. consilio 433. circa fin. Curt. Sen. consil. 43. numer. 23. & 30. Curt. Iun. consilio 141. numer. 2. Bertran. consil. 272. per totum & consilio 337. numer. 17. volum. 2. parte prima*, & communiter scribentes omnes ita tenere refert Bertrandus, & vterque Curt. ita enim iuramento obligatur minor in contractu donationis, sicut in cæteris contractibus reciprocis, quia text. *in auth sacramenta puberum*, qui loquitur de contractibus, intelligitur tam de contractibus in quibus hinc inde oblig. nascitur, quam etiam in donatione, & stipulatione, in quibus ex vna tantum parte oritur obligatio, *Glos. in verbo contractibus in dict. authent. sacramenta puberum, quam ibi approbat Bart. numer. 17. Bald. numero decimotertio. Alberic. num. 14. Aug. numer. 2. Salic. num. 12. Ias. numero 71. Curt. numer. 47. & est communis opinio, vt Alberic. Ias. & Curt. affirmant*, & periculosum esset ab ea recedere, inquit Bertrand. *consilio 264. numer. 4. volum. 3. parte secunda.*

7 Et † sicut in aliis contractibus; ita quoque in donatione minoris iuramentum suos operatur effectus & iurantem minorem maiorem repræsentat, & beneficium restitutionis in integrum sibi aufert, & donatorem valere facit, eamque confirmat Anch. *dict. consil. 433. in fin. Alex. dict. consilio 125. numero octauo. & numero 10. & 11. volum. primo.* vbi apud ciuitatem Senarum, cum quibusdam eximiis viris, ita se consuluisse refert Socin. *consilio 279. numero primo. volum. 1. Marian. Socin. nepos consil. 79. numero 5. 14. & 16. volum. secundo. Idem Marian. Soc. nepos consilio 374. numero 5. & per totum fere consilium volum. primo. & communiter tenetur, vt Alex. & vterque Soc. confirmat, facit etiam Anch. cons. 69. numero 4. de donatione minoris scribens*, qui ait,

non

nun est ſemper verum quod donare ſit perdere, præcipue inter coniunctos, quibus ſub nomine liberalitatis debitum naturale perſoluitur, & licet cauſa non exprimatur, tamen vt actus valeat, debet interpretari in cauſſam promiſſam, quod etiam tenet Dec. *conſilio 180. numero quarto. & vti communem confirmat Bertrand. conſilio 196. in princ. volum.6.*

8 Tertio ad † præmiſſorum corroborationem facit, quod tradunt Odofred. *in lege prima. & Azo. in ſumma. Cod. ſi aduerſus donat.* dum dicunt, quod minor cum decreto vel ſine donare non poteſt, donat tamen ex cauſſa, quando moderate id facit, iuxta facultates patrimonii ſui, & dignitatem natalium ipſius, quoniam vt ibi Alberic. & Odofred. dicunt tunc minor facit, quod maiores faciunt, & vtitur iure communi, ideo non reſtituitur, alias ſi immoderate donat reſtitutio locum habet, ex quibus ſententia pro donatione firmata apparet, & ſublatum primum contrarium ad ſecuodum condeſcendẽs, non obſtat dum dicitur quod minor eo ipſo quod donat enormiter læditur, & qui ſecum cootrahit non eſt abſque fraude & dolo, per doctrinam Ant. de Butr. *in dict. cap.*
9 *cum contingat* Ad hoc enim † obiectum primo reſpondet Imol. *in eodem cap. cum contingat numero 53.* dicens quod hoc non eſt verum ſi aliter non appareat de dolo vel fraude donatarii, alias non poſſet minor rem aliquam donare iurando, quia videretur actualiter male conſumere patrimonium ſuum. Idem quoque voluit Bald. *in leg. prima. C. de in integr. reſt. minorum*, dicens quod hoc non procedit, quando minor cum iuramenro donat vel renuntiat, niſi aduerſarii dolus cauſam huic iuramento dediſſet, facit etiam quod tradit Gloſ. quam ibi Din. ſequitur *in cap. ſcienti. de reg. iur. in 6. & concordant Dec. & Cagnol. in l. nemo fraudare. ff. eo.* Quod vbi doloſa perſuaſio non interuenit ſcienti & volenti, non dicitur dolus inferri.

10 Quocirca † ad reſcindendum contractum donationis à minore iuratam, verus dolus donatarii, per falſas ſuggeſtiones minorem ad donandum inducentis, articulari, & probari debet, *Gloſ. & Din. in dicto cap. ſcienti de reg. iur. in 6. Pariſ. conſilio 49. numero 38. volum. primo. Bertran. conſ. 127 numero ſecundo. volum. primo. parte prima. & conſ. 272. per totum vol. 2. parte prima. necnon conſ. 337. numero 17. eo. volum.*

11 Ad §. † *ſi adoleſcens cum ſimilibus*, reſpondet Imol. quod text. ille loquitur quando minor donat in turpem cauſam, quia tunc ſecum contrahens participat in delicto, idem quod Imol. voluit Alex. *conſilio 125. numero decimo. volum. primo. Aret. in leg. qui ſuperſtitu num. 4. ff. de acq. hared.*

12 Secundo † reſpondetur, quod in donatione læſio non attenditur, neque dolus re ipſa ex læſione reſultans, quia ſi ſecus dicere volumus omnis donatio tali prætextu ſubuerteretur, & præter Ioan. de Imol. *dict. cap. cum contingat numero 53.* ſic vt ſupra tenentem, & alios ad hoc ſupra relatos, eadem quoque ratiooe motus, ita voluit Anch. *dict. conſ. 433.* ſequitur Aym. *conſ. 114. numero 10. & 12. volum. primo. & conſ. 192. numero 1. eod. vol.* dicens quod donans ſemper diceret ſe læſum, ideo donatio non includit in ſe dolum verum, nec præſumptum, quando conſtat donatorem voluiſſe exercere meram liberalitatem. Alioquin omnes donationes irritarentur, & quod enormis læſio in donatione non attenditur, nec remedium *legis ſecundæ. Cod. de reſcind. vendit.* in ea locum habeant, præter alios ſupra ad hoc allegatos, voloerit Dec. *dicto conſilio 180. numero quarto. & numero ſeptimo. Aym. dict. conſ. 142. numero tertio. & 25. volum. 1.*

13 In † quatuor tamen caſibus donatio etiam iurata reuocari vel reſcindi poſſet, qoorum primus eſt, quaodo dolus ex propoſito donatarii, vel remiſſionem, liberationemue recipientis interuenerit, tunc enim quia dolus dans cauſſam contractui reddit ipſum nullum, iuramento non obſtante contractus reſcindi, ſeu annullari poteſt, Gloſ. & poſt eam Din. & alii ſupra relati, *in cap. ſcienti. de reg. iur. in 6. Bald. dicta lege prima. Cod. de in integ. reſtit. minor. Imol. dict. cap. cum contingat numero 53. Aret. dict. leg. qui ſuperſtitis. Bertran. in conſiliis infra proxime adducentis. & in his terminis loquitur Federic. de Senis. conſilio 99. Curt. Iun. d. conſil. 141. numero decimoſeptimo.* vbi minor per falſas ſuggeſtiones, & calliditatem aduerſarii ad renuntiandum inducitur.

14 Secnodo † donatio minoris ſiue bonorum & iurium ipſius ceſſio ſibi non præiudicat, & ſaltem ope reſtitutionis in integrum contrauenire poteſt ob læſionem enormem, vel enormiſſimam, qoando donatio non eſt gratuita, ſed reſpectum habet ad id quod à donatario donanti datur, cum in cootractibus tantum reſpectiuis læſio cadere poſſit, vt ſi donatio non habet condignam recompenſam eius, cuius contemplatione fit, tunc enim habito reſpectu ad id, quod in recompenſam datur, & facta ad eam collatione, enormis læſio poteſt conſiderari.

15 Tertio † quando donans exiſtimat ſe modicum donare vel cedere, vt quia ſit ſibi perſuaſum quod res donata ſit modici momenti vel valoris, ita quod donat longe plus eius quod intendit, & ſic enormiter læditur.

16 Quarto † & vltimo non ſubſiſtit qnando eſt omnium bonorum, vel maioris partis eorum, ita quod habito reſpectu ad patrimonium donantis, minor donando enormiter læſus dici poteſt, & ita caſus ſpeciales donationem minoris infringentes referunt, atque confirmant Bart. *conſilio 90. Aret. dict. leg. qui ſuperſtitu, Alex. dict. conſilio 125. numero ſexto. volum. primo. Corn. conſ. 214. numero quarto. volum. 3. & conſ. 179. numero 11. volum. 4. Paul. de Caſtr. conſilio 342. numero 3. volum. 1 Rum. conſilio 107. num. 17. volum. 1. Bertran. conſ. 22. numero 6. volum. 2. parte ſecunda. & conſ. 188. numer. 1. & ſequen. volum. 3. parte prima. & iterum conſ. 255. numer. 1. volum. 3 parte ſecunda.*
17 *Grammat. deciſ 103. n. 54.* Alias vero regulariter † verũ eſt, quod donatio de certa re ſiue modica quãtitate à minore cũ iuramento de nõ contraueniẽdo facta ceſſante donatarii dolo, à iure noo reprobatur, *Soc. conſ. 279. n. 3. vol. 2.* & pulcbre ad hoc propoſitum

positum Ruin. *consilio 135. numero 14. & consilio 107. numero 15. & 16. volum. primo.* vbi multos ad hoc comprobandum adducit, & allegat Alex. ita consuluisse, in quodam consilio non impresso. Accedit præmissis Felin. *in c. præsentia. numero octauo. in fin. de probationibus de donatione minoris iurata loquens. Alex. consilio 127. numero primo. volum secundo. Dec. cons. 583. in princ.* Curt. Sen. *consilio 43 numero 23.* qui de donatione minoris ex certa scientia facta loquitur. *Cagnol. dict. lege secunda. numero 144. Cod. de rescind. vend.* & ita communiter tenetur, vt Felin. Dec. & Cagnol. referunt, ex quibus solutum apparet primum, atque secundum contrarium.

18 Non obstat † id quod tertio loco opponitur de statuto irritante contractus minorum, Resp. quod nullitatis vitium purgatur virtute iuramenti, quod robur addit minoris contractui nullo, ob decretum iudicis, auctoritatem iuratoris, & alia requisita omissa, secundum opinionem Martini glossatoris communiter approbatam *in authentica sacramenta puberum, vbi glos. Corn. Curt. & alii repetentes. Cod. si aduersus vendit. cap. cum contingat, vbi Canonista de iureiur.* & ita practicae vniuersus mundus, inquit Salic. *dicta auth. sacramenta puberum*, idque procedit siue contractus vnum tantum patitur nullitatis defectum, siue plures, *Dec. consilio 414. in fin. Soc. nepos consilio 32. numero decimooctauo volum. tertio.* qui quod de iuramento contractum inualidum roborantur dictum fuit, late confirmat. Siue igitur sit nullus de iure communi siue de iure speciali, siue contra, siue præter legem, iuramento contractus firmatur, *Soc. consilio 77. numero 12. volum. primo.* secundum communem vt ipse ait, Canonistarum opinionem, *& cons. 115. numer. 6. volum. primo.* & licet plerique antiquorum variauerint, hodie tamen hæc est communis opinio, vt refert idem Soc. nepos *cons. 143. nu. 10. vol. 1. Paris. cons. 96. n. 101. vol. 1. Ruin. cons. 180. n. 8. vol. 3.* Neque etiam obstat, quod idem statutum contractum iuratum minoris improbat, omissa forma statuti.

19 Quia † iuramentum est quid spirituale, neque laici in huiusmodi se intromittere valent, ideoque ob defectum potestatis statuentium, vires ac effectum iuramenti tollere aut infringere non possunt, *Bart. & alii in leg. omnes populi. ff. de iust. & iure Alex. cons. 59. num. 4. & seq. & cons. 125. num. 6. & 10. vsq. in finem cons. vol. 3. Soc. cons. 279. n. 2. vol. 2. Paris. cons. 97. in princ. volum. primo.* & fere omnes præællegati testantur magis communem hanc opinionem esse.

20 Neq; † aduersatur statutorum confirmatio à sede apostolica emanata, quoniam ea non trahitur ad statuta iurata, nisi communi confirmatione mentio fieret statutorum de iuramento loquentium, *Alex. cons. 59. num. 8. vol. 1. Ruin. cons. 107. n. 15. vol. 1. Hier. Grat. d. consil. 41. numer. 14. volum. 1. & hic plenius Aret. cons. 8. numero 4.* eisque ad finem consilii, sicuti etiã si Papa, vel imperator mandat cassari statuta vel consuetudines, non intelligitur cassare statuta, iuramento firmata, *Alex. cons. 29. num. 8. volum. 1. cum multis aliis ibi in additione signatis.*

21 Non † etiam aduersatur clausula ex certa scientia in confirmatione apostolica expressa, illa enim operatur quando Princeps rescribens veram notitiam habuit, alias secus, nam vt dixit Bal. *in leg. fin. numero septimo. C. sent. rescind. non poss.* clausula ex certa sententia operatur in his de quibus Princeps præsumitur certam scientiam habere, sicuti sunt ea quæ consistunt in iure, non autem operatur in his, quæ præsumitur ignorare, vt sunt statuta, & consuetudines locorum, & Bald. sequitur Alex. *consilio 125. in fin. volum. secundo. & consilio 122. numero vigesimoquinto. volum. 4. cum multis ibi in add. citatis*, Vantius conciuis meus *tractat. de nullit. tit. an qualibet sententia possit dici nulla, numero decimooctauo.* Et etiam idem ponit Paris. qui concordantes allegat, *consilio 11. numero 122. volum. primo. Vital. de Gambanis tractatu clausularum, clausula ex certa scientia*, vbi quod nisi Princeps super facto causæ cognitionem præmiserit clausula nihil operatur.

Statuta autem sunt facti, & probabiliter ea Princeps ignorare dicitur, *c. 1. de const. in 6.* Vnde nisi in confirmatione, de statutis iuramentum reprobantibus, sit expresse facta mentio, vel nisi aliunde de scientia papæ constet generalis statutorum confirmatio cum dicta clausula nihil operatur, & quamuis in genere de statutis notitiam habuerit, non cum in specie de statuto iuramentum reprobante scientiam habuisse credendum est, per ea quæ supra.

22 Postremo ad cognoscendum quæ sit magna vel enormis læsio, non satis Doctores concordare videntur, nam quidam ad tertiam partem, alii ad sextam, & alii ad dimidiam enormem læsionem trahunt, verius tamen est, quod id arbitrio iudicis committitur, qui diuersimode arbitrari debet, iuxta conditionem personarum, & qualitatem, quantitatemque rerum, nam si quis tenues redditus habet, modica læsio enormis seu magna sibi reputari debet, contrarium autem in viro opulento respondendum est, cui magna læsio pro modica ascribi debet, quodque ad arbitrium boni viri debeat enormis læsio regulari, prout sibi iustum, & æquum esse videbitur, tenet Glos. *in §. pretium. inst. de emp. & vend.* quam ibi Aret. sequitur & tenet Alex. *in leg. si quis arbitratu. in fine. ff. de verb. obligat. Abb. cap. primo de restit. in integ. & plene ibi Aug. Berous numero 83. & seq. Dec. consilio 39. in fin. Paris. consilio 17. numero 85. volum. primo. Riminal. consilio 33. numero 31. volum. secundo. Soc. nepos consilio 84. numero 43. volum. secundo.* & est communis opinio sicut Dec. & Bero. affirmant, cum etenim à iure taxatum non reperiatur, qualis, & quanta sit enormis læsio, *vt Alex. & Bero. vbi supra referunt*, ad arbitrium iudicis recurrendum est exceptis quibusdam casibus, in quib. lex hoc ipsum taxauit, *vt in leg. 2. Cod. si aduers. vendit. & si qui sunt alii.* Quare ex præmissis liquet, quod minor nobilis diuitiis præpotens, qui à nemine seductus, sed sponte sua iuramento adhibito scuta centum consanguineo suo ipsi obsequioso iure donationis remisit atq; relaxauit, non immerito id facere potuit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum fori mariti seruandum est in lucro dotis.*
2 *Vbi est forus solutionis dotis, ibi est forus legis municipalis.*
3 *Limitatur non procedere, quando extraneus dotat, & sibi dotem reddi postulatur.*
4 *Idipsumque procedit, vbi pater sibi soli dotem reddi stipulatus est.*
5 *Idemque si sibi & filiæ stipulatur, quando filia patri præmoritur.*
6 *Limitatur etiam non procedere, quando mulier in domo paterna præmoritur.*
7 *Limitatur quoque non procedere, quando bona dotalia sunt in territorio vxoris.*
8 *In successione bonorum existentium seruatur statutum loci, vbi bona sita sunt.*
9 *Statutum fori vxoris seruatur, quando bona dotalia in foro vxoris inæstimata consignantur, alias secus.*
10 *Venditio fundi ad mensuram ante mensurationem non transfert ius in emptorem, ita & venditio æstimationem petiterum.*

QVÆSTIO LXXXVI.

1 STatutum fori mariti † in lucro dotis seruandum est, tametsi in foro vxoris contractus initus fuerit. *l. exigere dotem. ff. de iudic.* & ibi per illum textum tenent ibi Bart. Bald. & alii, Ias. *in l. cunctos populos. num. 24. C. de sum. Trinitate & fid. Cath. Mars. in l. fin. num. 62. ff. de iurisd. omn. iudic. Io. Crot. in l. omnes populi. num. 256. ff. de iustit. & iur. Alex. cons. 100. nu. 8. & 15. vol. 3. Curt. iun. cons. 129 num. 5. Dec. cons. 283. nume. 7. Barbat. cons. 4. col. 1 per totum. & num. 15. vol. 2. Marian. Socin. iun. cons 14. per totum. volum. 1. Rolan. à Vall. tract. de lucro dotis. quæst. 13.* & est communis opinio, vt plerique ex supra citatis affirmant, & hæreticum esset ab ea discedere, præsertim in iudicando, inquit Marian. Soc. iun. *d. cons. 14. in finalib. verb. vol. 1.*
2 Et ideo statutum fori mariti attenditur, quia † ibi restitutio dotis destinata esse videtur, & vbi est forus solutionis dotis, ibi est forus legis municipalis seruandus, *Bald. in d. l. exigere dotem. in 2. lectura & in c. 1. §. fin. nu. 1. de inuest. de re aliena facta. quem Afflict. ibidem sequitur & plures alii tenent, quos alleg. Cagnol. in d. l. exigere dotem. n. 1. in fin.*
3 Et est vtique regulariter verum, quod † statutum domicilii mariti attenditur, tripliciter tamen limitatur, non procedere, & primo: Licet mulier contraxisse videatur, vbi per conditionem vir eius sequitur forum, atque domicilium ex vi matrimonii, Gloss. Bart. Bald. & Alber. *in d. l. exigere dotem.* secus est, quando extraneus dotem pro muliere constituens, stipulatus est dotem sibi reddi. Tunc enim cessat sequela fori mariti, *Bal. in rubric de priuil. dot. nu. 3. quem sequitur Ias. in l. cunctos populos. num. 28. C. de sum. Trinit. & fid. catholic. Mars. in l. fina. num. 67. ff. de iurisd. omn. iud. Rolan. d. tracta. de lucro dot. quæst. 17.* vbi communem hanc opinionem esse refert, exemplificans in matre dotem pro filia dante.
4 Immo idem est in patre dotante, † quod in extraneo, quando pater in traditione dotis sibi soli per stipulationem appropriauerit actionem soluto
5 to matrimonio. Sed † etsi sibi ac filiæ dotem restitui stipulatus sit, idem quod supra respondendum est, quando filia patri præmoritur, actio enim, quæ erat communis patri, & filiæ consolidatur in patrem per ius non decrescendi, ita quod dicitur habere ius proprium, & non ex persona filiæ, vt declarat gloss. *in l. non solum. ff. solut. matr. & sequitur ibi Bart. & Alex cons. 139. num. 1. volum. 2.* & est perinde, ac si à principio pater sibi prouidisset, iuxta terminos *l. quoties. ff solut. matrim. & l. si cum dotem. ff. eod.* quia puri & purificati idem est iudicium, *l. fin.*
6 *in princ. ff. de vulg. & pupill.* Secundo, dispositio † *d. l. exigere dotem*, non procedere limitatur, quando mulier in domo paterna seu in foro originis mortua est, nam vbi matrimonium dissolutum est, ibi pro restitutione maritus conueniri potest, quia attenditur locus purificatæ conditionis, restitutionis dotis per mortem vxoris, non autem locus ortæ obligationis tempore contracti matrimonii. *per text. in l. si vxor. ff. de iud.* & ita per illum textum voluit Felyn. *in c. fin. in finalibus verbis. de foro compet. Io. Baptista de S. Blasio. tract. de priuileg. dotis. priuil. 279. Dec. cons 283. num. 11. Bald. nouell. tractat. de dot. part. 9. special. 19.* vbi plenius hoc deducit, dicens, quod ex diuortio inducitur quidam quasi contractus, ratione cuius ibi conueniri potest, & sicut ratione contractus quis sortitur forum in loco, ita etiam ratione distractus, & quippe text. *d. l. si vxor.* ad hoc optime deseruit secundum intellectum glos. penultim. & communem, vt ait Cagnol. *in d. l. exigere dotem. num. 3.* ibi dissolutum fuit matrimonium vbi contractum fuerat, prout intelligit Bart. & est de mente Bald. Accedat etiam, quod Bald. nouell. in loco præallegato, inquit, quod communiter Doctores præsupponunt *in d. l. si vxor.* quod non inducatur ex tunc aliqua obligatio de nouo, sed magis videtur purificari conditio restituendæ dotis ex antecedenti contractu, ita quod vbi contractus celebratus fuit, ibi & distractus, cum ibi matrimonium morte mulieris solutum sit, vbi contractum fuerat, sicut supra relati firmant, & alii quoque, quos adducit Cagnol. *dict. l. exigere dotem. num. 34* vbi dixit, quod hic est communis scribentium intellectus *ad d. l. si vxor.* sed etsi intelligeremus antecedentē contractum dotis alibi celebratum, quam in loco, in quo dissolutum est matrimonium, vt tenuit Paulus de Castr. ibidem, non est de hoc curandum, quia vtroque casu seruatur statutum loci, vbi per mortem vxoris purificata est conditio restitutionis dotis secundum supra allegatos, & est communis opinio *ad not. per Felyn. in c. 1. numer. 31. de sponsal.* ibi, quia mors dat ius exigendi, & Bald. nouel. vbi supra. Tertio loco dis-
7 positio *l. exigere dotem,* non procedere † limitatur, quando bona dotalia ab vxore viro tradi promissa sita sunt in territorio vxoris, tunc enim cessat ratio, quod solutio & restitutio dotis destinata censeatur in foro mariti, *Bald. in d. l. exigere dotem, in prima lectura, & in cap. 1. §. fin. de inuest. de re alien. fact. vbi etiam Afflict. Dec. cons. 226. num. 6.* & Ant. de Butr. *in c. 1. num. 3. de sponsalib.* ait, quod attenditur locus

finis destinati cõtractus, cum igitur restitutio collata, & destinata esse non possit in foro mariti ratione bonorum in domicilio vxoris existentium, non forus mariti sed vxoris seruari, in lucro dotali debet, *Baldus in repetitione l. cunctos populos*, C. *de sum. Trin. & fid. cathol. Barba. in rubr. de consuetudine num. 51. Cagnol. in d. l. exigere dotem, num. 24. 8. limit. ff. de iud. vbi communis. Corn. cons. 162 n. 5. volumine 3. & cons. 215. numero 5. volumine 2. Dec. cons. 283. numer. 11. Gozad. cons. 49. numero 9. numero 2. Cassaneus cons. 7. numero 6. Rolan. vbi supra quæst. 20. numero 7.* vbi contrarium tenentes impugnat, & cõmunem Bal. & aliorum de quibus supra sententiam esse inquit.

8 Comprobatur mortuo eo, qui bona in diuersis territoriis habet, in eius successione non inspiciuntur statuta domicilii morientis quoad bona alibi sita, sed quoad ea attenduntur statuta loci vbi bona sita sunt, *Soc. cons. 288. n. 2. vol. 2. plenius confirmat Paris. cons. 74. n. 42. & seq. vol. 1. & plenius Albert Brun. tract. de statut. femin. exclud. art. 8. quæst. 25 per totum,*
9 *vbi magis communem sententiam esse dicunt.* Non obstat si dicatur limitationem procedere in bonis stabilibus pro dote traditis inæstimatis, secus vero si æstimata forent, quia æstimatio in dubio facit emptionem, *l. si æstimatis cum concordantibus, ff. solut. matri. Dec. cons. 68. n. 11. Paris. cons. 81 num. 10. vol. 3. Corn. cons. 15. per totum, max. n. 5. vol. 2.* Et propterea æstimationis dotis restitutio, destinata videtur in domicilio mariti. Rolan. vbi supra proxime, & alii ab eo citati. Respondetur ante factam æstimationem absque culpa, & mora soceri dotem promittentis fundus emptitius dici non potest, quia sicuti venditio certi prædii ad mensuram facta, dicitur conditionalis, & ante mensurationem non dicitur perfecta. *Alex. cons. 33. num. 5. & cons. 176. n. primo vol. 6. Paris cons. 64. in princ. vol. primo.* eadem ratione dotis promissio in bonis stabilibus facta ad æstimationem peritorum, ius non transfert in maritum ante æstimationem, ad quod facit quod tradit Bart. *in l. cunctos populos*, C. *de summ. trin. & fide cath. quem refert ibi Ias. num. 66. Soc cons. 99. n. 2. vol. primo*, quod in his quæ veniunt præter naturam ex aliqua mora, attenditur statutum loci, in quo solutio fieri debet, facit quoque Baldus *cons. 180. n. 4 vol. 2.* vbi ait quod si quantitas est in obligatione respectu certæ speciei, de quantitate vt de specie iudicamus, & tunc quantitas debetur respectu certæ speciei, quando debetur ratione æstimationis rei, *Aret. in l. Titia textores, §. fin. in 2. not. ff. de verb. oblig.* Proinde concluditur statutum fori mariti attendendum esse in lucro dotali, præterquam in casibus specialibus, de quibus supra.

SVMMARIA.

1 *Mensura ante rei confines expressa venditionem vel locationem ad mensuram factam esse ostendit, secus si post.*

2 *Venditio vel locatio vnico pretio vel mercede facta comprehendit quicquid intra fines continetur & mensura demonstratiue expresse dicitur.*

QVÆSTIO LXXXVII.

QVando in re certa venditio vel locatio ad naturam facta esse dicatur, dic quod quando exprimitur mensura ante confines, veluti si dicatur vendo iugera decem fundi existentis intra tales confines, tunc quia partes incipiunt explicare mentis conceptum à mensura antequam constet de corpore per fines expressus, venditio, locatio, dotisue constitutio, nõ ad corpus, sed ad mensurã facta esse dicitur, idcirco quicquid non continetur mensura, in contractũ non cadit, quam opinionẽ tenuit Abb. *in c. per tuas de donat. Alex. cons. 150. n. 7. vol. 5. & plenissime Dec. cons. 500. vbi per totum consilium & maxime sub n. 14.* ad idemq; optime facit Oldra. *cons. 197.* idem inquit, aut contrahentes incipiũt explicare mentis conceptum à mensura, & tunc nihil plus in contractum deductum videtur, quam quod mensura complectitur, aut à nominibus designãtibus certam speciem, vel corpus determinatum, & tunc expressio falsæ mẽsuræ non vitiat, nec minuit id, cui adiicitur, eiusq; dicta late confirmant, & communiter approbata dicunt, *Paris. cons. 64. & 65. fere per totum vol. 1 Ripa responso 3. tit. de transactio. Rui. plene cons. 84 vol. 1. Rimin. cons. 366. n. 6. vol. 2.* qui loquitur de iniustitia de certa re facta, cũ expressione falsæ mẽsuræ, at si venditio, vel locatio pro vnico pretio vel mercede facta sit, tũc quia pretiũ formatur nõ à mensura, sed ad ipsius rei totale refertur, cõprehendit omnia intra cõfines contẽta, & mẽsura non restringit, tanquam enunciatiue & demõstratiue expressa, ideo siue res sit maioris, siue minoris mẽsuræ nihil refert, quia pretii vnitas attẽditur, & totũ corpus intra confines expressos, venit in contractum pro pretio, vel mercede conuenta, *Bart. in l. Iulian. § si Tit. ff. de actio. empt. Bal. in rub. n. 23. C. de cont. empt. & vend. & Sal. in l. 2. C. eod. Barba. in c. per tuas n. 7. de donat. Paris. in addit. ad Boer. d. § si Titius. & alii quoq; sup. allegati concordant.*

SVMMARIVM.

1 *Lucrũ statuti nõ acquirit maritus ex tit. lucratiuo.*

2 *Expensa & onera matrimonii sunt finalis ratio lucri dotalis.*

3 *Sponsa ad domum viri non traducta, lucrum statuti maritus non consequitur.*

4 *Max. quando vir est in mora traducendi vxorem.*

5 *Mora contrahitur quando mulier interpellatur, vel lapsum est biennium.*

6 *Maritus portionem statuti lucratur, quãdo incepit onera matrimonii sustinere.*

7 *Dummodo fecerit expensas conditioni ingalium condecentes.*

8 *Paruum & nihil non differunt.*

9 *Maritus lucro statuti priuatur si condecentia vxori non præstat.*

10 *Expensa an condigna sit ingalibus statu arbit. iudicis.*

QVÆSTIO LXXXVIII.

DOtale lucrum non capit maritus titulo lucratiuo, sed oneroso, in compensationem onerum nuptiarum, & matrimonii, & ideo, quia à causa onerosa originem habet, nisi vir onera matrimonii substinuerit, non lucratur portionem ex pacto, vel statuto promissam, quoniam improprie, & abusiue lucrum dicitur, *glossa penultima, in leg. si donaturus, §. finali, digest. de conditione ob causas*, ex qua vt supra inferunt ibi Baldus,

Sal.

Sal. Roman. Aret. Alex. & Iaſ. Idem Iaſon. *conſ. 135. volumine primo, Ruin. conſilio 11. numero quinto, volumine quinto.* & complures alii citati à Tiraq. *in l. ſi vnquam in gloſ. donatione largitus. nu. 212. C. de reuoc. dona.*
2 Etenim finalis ratio ſtatuti lucrum † viro deferentis, vxore ſine filiis decedente, non eſt matrimonii fauor, ſed expenſæ, & onera matrimonii, & licet matrimonii quoque fauor ſit à ſtatuentibus conſideratus, eſt tamen illa impulſiua ratio, non vero finalis. *Bartolus tract. de duobus fratribus, num. 6. Aret. in l. ſi ante num. 6. ff. ſolut. matr. Alex. conſ. 24. volum. 7. Dec. conſ. 67. circa finem. Pariſ. conſ. 62. num. 12. & 25. vol. 4. Ruin. conſ. 199. num. 6. vol. 1. cum infinitis propemodum aliis quos allegat Tiraqu. in d. l. ſi vnquam. gloſ. donatione largitus, num. 217. & 219. Rolan. à vall. tract. de lucro dotis quæſt. 4. num. 10.* & ita magis communiter tene-
3 tur, vt maior pars ſupracitatorum affirmant. Et præmiſſa deciſione infertur, quod niſi mulier in domum viri traducta fuerit, matrimoniique onera ſubierit maritus, & niſi fecerit expenſas in veſtibus, & ornamentis nuptialibus, & aliis de more regionis fieri ſoliti, quod lucrum ſtatutarium non conſequitur, quoniam in ſponſa ad domum mariti non ducta, non vendicat ſibi locum ſtatutum, ex defectu rationis finalis ipſius. Qua in re, etſi varii varia ſentiant & multi teneant contrariam opinionem, quod maritus lucretur dotis partem ſtatutariam, quamuis nondum in domo viri mulier traducta ſit, ſed interim in domo propria, vel paterna mortua fuerit, quos infra recenſui *recollecta 73. num. 1.* nihilominus multo plures ſunt, qui tenent, quod traductio, & onerum matrimonii ſupportatio requiratur, *vt Baldus in l. non ſiue, C. de bonis quæ lib. Salic. in l. cum te, C. de donat. ante nupt. Soci. in leg. cui, fuerit, ff. de condit. & demonſtr.* vbi dixit ſe non videre quomodo contraria opinio ſit communis, Vinc. Saluiolus ab Ocha Bononien. *in repetit. rubrica, ff. ſolut. matrim. numero 89.* inquit non facile eſſe ab hac communi opinione recedere, vbi inſerit contractum ſuum pro hac parte editum ſuper ſtatuto Bononiæ de materia loquente, *Felin. in rubr. de ſponſalibus,* vbi poſt longam diſputationem, magis communem affirmat Caguol. *in dicta l. exigere dotem. numero 11.* dicit quod eſt receptior ſententia, admonet tamen verba ſtatuti, tam in rubro quam in nigro ponderanda, & rationem in eo aſſignatam, *Abb. pulchre conſ. primo, per totum volumine primo. Dec. conſ. 67. vbi communis vol. 1. Pariſ. conſ. 62. num. 18. & 23. vol. 4.* vbi quod hæc opinio eſt magis communis in practica obſeruata, & conſuetudine approbata. *Marſ. ſing. 106. communem atteſtatur Tiraq de leg. connubialibus, gloſ. 2. n. 19. & ſeq. & iterum latius in d. l. ſi vnquam. gloſ. donatione largitus n. 230. Boer. deciſ. 24. n. 33.* dicit hanc partem communiter approbari, *Rolan. à valle d. tract. q. 106. n. 33. & plenius his omnibus Io. Brunellus tract. de ſponſa. concl. 1. numero 23. cum ſeq. vſque in finem,* magis communem aſſerit, & pleniſſime quoque omnibus hinc inde citatis Gabriel. Saray. *in add. ad Matheſilanum ſing. 74.* vbi poſt multa in hoc reſidet, quod de conſuetudine à iure & Doctoribus communiter approbata, requiritur quod ad domum viri ſponſa traducta fuerit, vt lucro dotis vir potiri valeat, ab hac igitur opinione tantorum patrum auctoritate munita, ne recedamus
4 in deciſiuis. Et præmiſſa ſententia præcipue ſequenda eſt quando maritus eſt in culpa ſiue in mora traducendi vxorem, nec enim mora ſua ſibi proficua eſſe debet, & ex ſua culpa præmium conſequi, *arg. l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir, ff. ſolut. matr. cum ibi notatis.* marito enim diſſimulante procraſtinateque mulierem traducere, & onera matrimonii ſubſtinere abſurdum eſſet, quod interim vxore defuncta portionem ſtatuti conſequeretur. Abſurditas autem in qualibet materia, & præſertim in ſtatutorum interpretatione euitanda eſt, & circumſcriptis verbis mens eſt ſequenda, *Anch. conſ. 47. n. 2. Bologum. conſ. 38. n. 3.* ſtatuta enim ita ſunt exponenda ne naturali ratione repugnent, & in abſurdum nos ducant, *Signorol. conſ. 80. Paul. de Caſtro conſ. 117. vol. 1.* Et quod ſi per maritum ſteterit, quo minus vxorem traduxerit, lucrum ſtatuti conſequi non debeat, tenent Baldus *in dicta l. non ſiue, n. 1. C. de bonis quæ lib. Ripa in rubr. n. 69. ff. ſolut. matrim. Bald. conſ. 110. vol. 2. Alex. conſ. 129. n. 12. vol. 7. Pariſ. conſ. 62. n. 29. vol. 4. Rolan. quæſt. 106. in fi.* vbi refert Baldum, dicentem, quod ſicut vir dotem petere non poteſt, niſi ducat vxorem, ſimiliter, nec lucrum dotis, præſertim ſi ſtetit
5 per abſentiam eius. At ſi per mulierem ſteterit, quominus ipſa traduceretur, maritus lucro ſtatuti fraudari nõ debet. Et ita demum mulier ſeu pater illius in mora conſtituitur, ſi à marito interpellati recuſant, vel differunt, & interim moritur ſponſa, vel ſi lapſum ſit biennium à tempore quo matrimonium contractum fuit, & vir onera matrimonii ſuſtinuit, *l. fi. §. præterea, C. de iure dot. & tenent ibi Aret. Imol. & Alex. & idem quoque ponit Iaſ. in l. de diuiſione, ff. ſolut. matrim.* & quod mulier debeat à viro interpellari, nec ſufficiat mora irregularis, voluit Paul. de Caſtro *in l. iubemus § ſane n. 4. C. de ſac. ſanct. eccleſ. Soc. d. l. de diuiſione n. 6. Ruin. conſ. 133. num. 3. vol. 4. Rolan. in ſuis quæſtionibus quæſt. 8.* vbi exiſtimat hanc ſententiam tamquam magis receptam in iudicando, & conſulendo ſequendam. Præmiſſa ergo ſequendo ſententiam, quod maritus lucrum ſtatuti non conſequitur niſi † vxore traducta, limitatur
6 non procedere quando ante traductionem vxoris vir inceperit ſuſtinere onera matrimonii emẽdo veſtes ſponſalitias, monilia, & alia id generis ornamenta muliebria, ac nuptias præparando, tunc namque lucro ſtatuti dignus efficitur, ſecundum Aretinum *in §. fueras n. 24. Felin. in conſ. 3. de præſumpt. Alex. conſ. 129. vol. 7. Par. conſ. 62. n. 12. & 21. vol. 4. Tiraq. d. gloſ. donatione largitus, n. 219. Rolan. tr. de lucro dotis, q. 106. n. 38.* Quam vtique limitationem declarare debemus, ita demum veram eſſe, quando maritus expenſas fecerit, quas ex more ciuitatis fieri ſolent & iuxta perſonarum, tam mariti quam v-
7 xoris, & agnationis vtriuſque dignitatem. Sed ſi fecerit expenſas conditioni iugalium non condecentes, & quæ ſint valde exiguæ, tunc ſumptus huiuſmodi in conſideratione eſſe non debent, cum de minimis non ſit habenda ratio, neq; propterea portionem ſtatutariam lucrari poteſt, *arg. l. ſcio. ff. de in integ. reſt. c. t. de conſt. Abb. d. conſ. 1. n. 6. & ita eſt etiam*

de mente *Aret. d. §. fuerat n. 24.* & idem de modicitate sumptuum, sequitur Rolan. *d. tract. de lucro dotis quaest. 106. n. 28.* vbi dixit, quod si expēsas alicuius valoris fecerit, procedat opinio cōtraria, & sub n. 42. expressius dicit, quod si maritus nulla substinuit o-
8 nera vel modica, quicquā lucrari non potest. Confirmatur ex eo quod parum, & nihil non differūt, *Ias. in l. sciendū in princ. n. 7. ff. q. satisd. cogant. Affl. decis. 73. n. 2. Paris. plene d. cons. 165. n. 14. vol. 4. Tiraq. in l. si vnq̄ n. 124. C. de reuoc. donat. in glos. donat. larg.* vbi multa exempla referūt, cum de his quae modici sunt praeiudicii lex curare magnopere nō soleat, *Aym. cons. 182. n. 15. vol. 1.* Nam veluti priuatur maritus fructibus
9 dotis si vxori necessaria & eius conditione cōdecētia nō subministret, *l. pro onerib. C. de iure dotium, l. dotis fruct. ff. eod.* eadē ratione debet carere lucro statutario, si sumptus indecentes fecerit, *arg. l. quod in vxorem C. de neg. gest. & l. si ab hostib. §. fi. ff. solut. matr.* & ita videtur fuisse de mente Alex. *d. cons. 129. n. 11. vol. 7. Soc. cons. 8. n. 7. vol. 3.* vbi ait esse maritum in culpa, qui contra mores ciuitatis facit, & lucro priuari debet. Et an expensa à marito facta modica sit vel
10 condigna personis secundum morem ciuitatis iudicis arbitrio standum esse censeo, vtpote à iure non definita siue limitata, per ea quae refert Tiraq. *in l. si vnquam, in glos. omnia vel partem aliquam n. 31. C. de reuoc. donat.* vbi multa similia ponit & in specie de impensa magna vel modica tradit.

SVMMARIVM.

1 *Vsuras dotales si per totum matrimonii tempus maritus non exigerit illas remisisse videtur.*

2 *Alex. & aliorum contrarium tenentium reprobatur opinio.*

QVAESTIO LXXXIX.

1 MAritus qui per totum matrimonii tempus vsuras dotales non petiit, illas continuo silentio remisisse, & vxori donasse censetur, *l. vir vsuras. iuncta glo. in verbo & donantibus, in 2. intellectu, ff. de donat. inter virum & vxorem, vbi Odofr. Albert. Bart. & Salic. Roman. in l. in Insulam, §. vsuras num. 16 ff. solut. matr.* dicens tex. *in d. l. vir vsuras.* aureum & singularem, & ad hoc menti tenendum esse, & idem consulendo tenuit *cons. 516 n. 16 Franc. Cremen. sing. 1. si maritus Alcia. tract. praesumpt. part. 1. praesumpt. 32. n. 7. & 8. Bal. tracta. praescript. 1. parte 3. partis principalis. quae 10. n. 17. Boer. deci. 196. num. 4. contrarium voluerunt*
2 *Aret. in § fuerat n. 7. inst. de actio. Corn. cons. 145. n. 19. vsque in fi. cons. vol. 2. Alex cons. 63. n. 16. & 17. vol. 4 & cons. 208 n. 10. vol. 7. Dec. cons. 571. per totum,* maxime in fine asserentes vsuras non remitti huiusmodi silentio, tu dic quod imo remisisse censentur. Quoniam quatuor potissimum fundamentis Alex. & alii in oppositum adducti nituntur, quae tamen non obstant, & primo dum Alex. & reliqui dicunt, quod tex. *in d. l. vir vsuras* procedit, quādo maritus viuens expresse remisit, & donauit vxori vsuras sibi debitas, per glo. ibi quae ita in prima expositione tenet, respondetur quod ab hoc intellectu glos. recedit, & ad alium transeundo dicit, vel forte non petendo donasse videtur, *arg. C. de bon. quae liber. cum oportet*, vbi pater non petendo vsumfructum in bonis filii sibi debitum illum remisisse censetur, & hunc intellectum approbare ibi videntur Odofred. & Sal. Secundo dum Alex. & alii dicunt, quod tex *d. l. vir vsuras*, procedit in vsuris conuentionalibus, responde quod vsurae conuentionales iure actionis debitae difficillius remittuntur quam quae officio iudicis debentur, vti sunt vsurae dotales, hinc est quod primo casu soluta sorte principali, non remittuntur vsurae conuentionales, secus in secundo casu, *Bald. in l. 2. in fin. C. de luit. pignor & in l. maritus § si fundum in fin. vbi & Alex ff. solu. mat. Campeg. tract. de dote parte 2. q. 1. Alcia. vbi supra Tiraq. in l. si vnq̄ in verbo reuertatur n. 143. C. de reuoc. donatio.* sed in *d. l. vir vsuras* in stipulatum deductae sunt vsurae, & iure actionis debitae, vt non petendo illas remisisse dicuntur, multo magis remissae videntur vsurae dotales officio iudicis debitae. Tertio non obstat, quod secundum Alex. & alios lex *vir vsuras*, loquitur de vsuris odiosis ex titulo lucratiuo debitis, non vero de his, quae ex titulo oneroso debentur, quales sunt dotales; responde quod nec tex. neq; glos. neque scribentium aliquis, *in d. l. vir vsuras* dicit hoc, & est diuinatiuus intellectus, ideo non tenendus, neq; Bart. *in l. quae dotis, n. 7. in fin. ff. solut. matr.* dicit id ad quod allegatur ab Alex. Nam licet ibi Bart. meminerit de lucro vsurarum odioso, non tamen loquitur in terminis *d. l. vir vsuras*, nec de ea verbum vllū facit. Quarto non obstat dum dicunt quod *d. l. vir vsuras* procedit in vxore, secus in socero dotem promittente, inter quos non de facile donatio praesumitur, quēadmodum inter virum & vxorem. Quoniā imo sicut inter virum & vxorem donatio de facili praesumitur, ideo prohibetur, ita inter socerum & generū, *l. 3. §. qui in eiusdem iuncta glos. ff. de donat. inter virum & vxorem, & in l. nec inter eas cum seq. C. eo. Oldr. cons. 243. n. 1.* Est igitur prima opinio tenenda, quod inducatur tacita remissio seu donatio ex silētio totius tēporis cōstantis matrimonii, reprobata opinione Alex. & aliorum, prout Alex. reprobat Balb. *in loco supra citato*, & Alciat. quoq; vbi supra, qui dixit quod Alex. cauillando ad *d. l. vir vsuras* processit, videturque haec prima opinio nedum ratione munita, sed etiam multo plurium auctoritate, ideo sequēda, *c. ne innitaris de const. l. minime, ff. de leg.*

SVMMARIVM.

1 *Cōfessio extraiud. inditiū ad torturā sufficiēs nō facit.*

2 *Inditium super qualitate à maleficio separata, per duos testes probari debet.*

3 *Testis vnicus qui immediate super maleficio deponit facit inditium.*

4 *Testes infames, cum tormentis recipiuntur, quando aliter veritas non potest haberi.*

5 *Cōfessio extraiudicialis in iuditio non perseuerata non facit ad torturam inditium.*

6 *Confessio coram incompetente iudice facta, si sit reuocata non facit inditium.*

7 *Confessio extraiudicialis reuocata quod non faciat inditium aliis comprobatur authoritatibus.*

8 *Confessio cui ius vel natura resistit confitenti non praeiudicat.*

9 *Confessio indiscreta reo non nocet.*

10 *Confessio non verisimilis praeiuditium non affert.*

Qu

11 *Qualitas persona, & probabiles coniectura considerandæ sunt.*

12 *Reus de se tortus, & confessus de sociis non debet interrogari.*

13 *Nisi in casibus specialibus à iure permissis.*

14 *Confessio rei interrogati de sociis in casibus à iure permissis facit inditium, quando extant præsumptiones contra nominatum.*

15 *Confessio quæ nec potentialiter, nec actualiter vera esse potest, confitenti non nocet.*

16 *Testes infames inditium ad torturam non faciunt.*

17 *Testes non concordantes, ad concordiam reducuntur vt falsum euitent, non vt probent.*

18 *Inditia quæ pro reo sunt contrariis inditiis fortioribus tolli debent.*

QVÆSTIO XC.

VIderetur dicendũ, reũ hũc tormẽtis subiiciendũ esse ex cõfessione extraiudic. ab eo vt asseritur emissa, q̃ homicida de quib. agitur cõmitti curauerit, consilium & auxiliũ sicariis ipsis præ-
1 stando, confessio namque extraiuditialis facit inditium ad torturam, eo quod non generale, aut remotum inditium, sed propinquum, & negotium tangens esse dicitur, *Bartolus in l. final. ff. de quæst. & in leg. capite quinto, ff. de adulter. Baldus & alij in leg. magistratibus, ff. de iurisdict. omn. iudic. Felinus in capit. olim. numero 2. de rescript. idem Felinus & Dec. in cap. at si clerici de iud* & ita communiter tenetur, vt Bald. refert *d. l. magistratibus* & probant Felinus & Dec. vbi supra, & firmat quoque multis concordantibus & communiorem dicit Blanc. *tract. de inditiis n. 204.* Quod quidem inditium dicitur coniectura ex probabilibus saltem licet non ex necessariis orta, à quibus potest abesse veritas, sed non verosimilitudo, Baldus *in l. non hoc. in finalibus verbis, C. vnde legitimi Blanc. tract. de inditiis num. 45.* nulla etenim est maior probatio, quam oris proprii confessio, *l. generaliter, C. de non numer. pecun c. per tuas de probatio.* confirmatur ex eo quod omnis semiplena probatio in ciuilibus facit inditium in criminalibus, *Hippol. in pract. §. diligenter num. 2.* confessio vtique extraiuditialis plene probata semiplenam constituit probationem in causa ciuili, ad Bartolũ & alios, & præsertim Ias. *in l. admonẽdi, ff. de iureiur.* igitur in causa criminali inditium oritur ex cõfessione præmissa, & per duos testes cõtestes cõfessio ipsa extraiudicialis probari debet, prout regulare est, quod ad probandum quodlibet inditium, dummodo non sit immediate super maleficio, sed super qualitate à maleficio separata, duo requiruntur qui sint idonei testes, vt declarat Blanc. *d. tract. de indit. n. 47. & seq. Marsil. l. 1. §. præterea n. 25. ff.*
3 *de q. & in d. l. de minore §. plur. n. 95. ff. eo.* Sin autẽ testis vnicus omni except. maior immediate super maleficio deponit, p̃ vnũ ex sensibus corporeis, tunc inditiũ oritur ex depositione illius, *Bald. d. l. fi. ff. de*
4 *qu. cũ mul. aliis ibid. ab Hip. Mar. citar. n. 6. Blanc. d. tract. de indit. n. 46. & seq. vbi commun.* Quin etiam non solum idonei testes admittuntur, sed etiam infames cum tormentis in subsidiũ, quando aliter veritas non potest haberi ex natura facti, cum à communiter accidentib. neq; potentia, neq; actu testes interuenire possunt, & tunc quidem non ad condemnationem recipiuntur, sed vt testimonium ipsorum producat inditium ad torturam sufficiẽs, *Bart. & Bald in l. cunct. popul. C. de summa trinit. & expresse firmat ibi Sal. in fi. verb. & Ias. n. 46. & 50 Imol. c. test. n. 9. vbi & Felin. n. 10 & 12. de test. Blanc. tract. de indit. n. 333. Aym. cons. 35. n. 19. vol. 1. Mars. sing. 426. Auffre. tract. de test. in verb. infamis*, etsi cum tormẽtis testis de alio confitetur, quando non in se, sed in alium torquetur, validior est eius confessio, *Bart. in l. 1. de quæst. Bald. d. l. cunct. popul. n. 5. in fi.* verum præmissis non obstantib. legitima & sufficientia inditia
5 ad tormenta, non extare existimo. 1. quia confessio extraiudicialis in iud. nõ p̃seuerata, cõfitenti non præiudicat, neq; inditium aliquod facit ad torturam, reuocausq; confessionem suam de errore docere non tenetur, quia illa non tenuit, quoad aliquod priuilegium iuditii, sed solum quoad præiud. facti. *Bald. in l. fi. n. 96. C. de confess.* vbi monet tor-
6 quendum, vt sit cautus confessionem expresse reuocando. Et Bald. de confessione coram incompetenti iudice facta scribens, tenet, quod reuocata non facit inditium, idem tamen dicendum est de confessione extraiudiciali, quia confessio coram incompetenti iudice facta valet vti extraiuditialis & in hoc parificantur. Bald. qui hoc communiter tenerẽ dicit *in d. l. magistrat.* sequuntur & comprobant Dec. *in c. at si cler. n. 17. de iudit Rominal. d. l magist. n. 1. ff. de iurisd. omn. iud. post Alex. ibi n. 6. & Soc. n. 6.* & quamuis dubitasse videatur Ias. *d. l. magist. n. 7.* & cogitandum relinquat & expresse contrarium teneat Blanc. *d. tract de indit. n. 209.* non tamen est à præmissis recedendum, quia Blanc. allegat Dec. *d. l. magistrat.* qui hoc tantum dicit, quod id totum iudicis arbitrio relinquitur, & Blanc. rationes nõ mul-
7 tum vrgere videntur. Et quod confessione extraiuditiali iuditialiter reuocata, confitens torqueri nõ valeat, tenet quoq; Felin. *in c. olim. n. 2. de rescr. & in c. at si cler. n. 9. de iudit vbi & Dec. n. 17. Mars sing. 310. credo te scire, & in pract. crim. §. exam. n. 32. & §. diu u defension n. 64. Thom. Ferrar. cautel 27. Io. Arnon. sing. 94.* vbi dixit, hoc perpetuo memoriæ mandandum, idẽ *caut. 19.* non immerito igitur Ias. *d. l. magistr. n. 6.* dixit, nota hoc perpetuo in pract. quia amicum à tortura euadere, Imol. cõsuluit Anch. *cons. 24. n. 4.* quod cõfessio iuditialis in tormentis emissa reuocari possit, & nisi alias de crimine cõstet reus condẽmnari nõ potest, asserens se ita de facto obtinuisse, & reprehendens iudices condemnationes anhelãtes, qui se difficiles exhibent in huiusmodi, &c. de reuocatione cõfessionis iuditialis prætextu erroris, plenius scribit Mars. *in l. 1. §. fi. n. 61. ff. de quæst.*
8 Secũdo cõfessio hæc reo nõ nocere probatur, quia cõfessio cui vis vel natura resistit, cum nec potentialiter, nec actualiter vera esse possit, confitenti nullatenus præiudicat, *l. confessionib. vbi Bart. Bald. & Alb. per illum tex. ibi confession. naturalib cõuenire debẽt, ff. de interrog actio. cum cõcordantib. adduct. per Roman.*
9 *cons. 113. in finalib. verb.* Et primo ius huic cõfessioni repugnat, quia est indiscreta, & indeterminata, cum per eam non discernitur de quibus confitens loqueretur dũ dixisse asseritur, *Castor* [illegible] *oleuano am-*

mazzare &c. & de confessione indiscreta, & inde-
terminata, in simili casu consuluit Ioan. de Ana-
nia *cons.17.n.7.* cui Bologn. ibi subscripsit de quo-
dam qui confessus fuerat occidisse Ant. nec appa-
ret de quo Ant. loquatur, & concordat Ias. *in l. ius-
iurandum quod ex conuentione §. procurat. n. 23. ff. de iure*
10 *iurand.* Secundo eidem confessioni ius non assistit,
quia non verisimilis neq; iudex confessioni non
verisimili fidẽ debet adhibere, cũ cõfessiones cri-
minũ debeãt esse continentes verosimilitudinem,
*Gram. decis. 2. n. 41. & cons. 16. n. 2. Marsil. l. 1. in princ. n. 35.
de quaest.* vbi ad id multa allegãt, & inverosimilitu-
do in hoc casu multipliciter deprehẽditur, primo
ex modo cõfessionis, quia ex abrupa emanata di-
citur, nullo praecedẽte sermone, vel nulla praexi-
stente causa, cuius occasionem verosimiliter reus
id confiteri debuisset, adquae faciunt quae scribit
Blanc. *tract. de indit. n. 207.* & de cõfessione sine cau-
sa, quod cõfitenti nõ praeiudicet etiam in crimina-
libus, tenuit Aret. *cons. 24. n. 1. cum aliis de quibus per
Hippolit. in rubr. n. 77. C. de prob.* Secundo ex qualitate
personarum tam praetẽsi confitẽtis, quam eorum
quib. cõfessio facta dicitur, nam reo isti ex genere
vitae, & morũ qualitate nulla erat amicitia vel con-
uersatio cum dictis N. & N. obscurae conditionis,
ac infamibus, ita vt verosimile non sit haec grauia
11 illis communicasse, sicut in simili qualitatem per-
sonae, & cõuersationem inculpati, cum inculpãte
& probabiles coniecturas arbitrio iudicis cõside-
randas, inquit Bald. *cons. 95 n. 1. vol. 1. Angel. tract. ma-
leficiorum in verbo fama, vers. quaero quid sit.* Aug. de A-
rimino *in additione ad eundem Aug. in dicto verbo fa-
ma. vers. quaero qualiter Gram. voto. 6. n. 3. Boer. tract. de
seditios. 4. praemisso.* vbi ait ex personis hominum
dicta pensamus, allegat *l. primam, C. si quis imperat.
maledix.* & alia de quibus ibi, & qualitatem depo-
nentium, & eorum contra quos deponitur obser-
uandam esse, an verosimile sit eos mentiri, refert
Marsil. *in l. 1. §. diuus, n. 5 ff. de quaest. ex mente Aretini in
r. cum l. de accusat.*

21 Tertio ius huic confessioni resistit, quia ea pro-
batur per testes non rite interrogatos, regulare est
enim, quod reus de se tortus & confessus, de sociis
interrogari non debet, & si interrogatur, eius di-
ctum, & inculpatio, neque plenam, aut semiple-
nam probationem astruit, nec etiam ad torturam
facit inditium, sed tantum ad inquirendum indi-
tium praestat, *Bald. cons. 95. in principio vol. primo, & ple-
nius Brun. tract. de inditiis & tortura, 3 quaest. prima
partis numero 25. Gram. consilio 44. numero quarto*, fal-
13 lit tamen in quibusdam casibus specialibus enu-
meratis per glos. & scribẽtes *in l. fi. C. de accus.* quan-
do aliquae contra socios seu nominatos laborant
praesumptiones vel inditia, tunc enim de sociis in
14 casibus exceptis potest interrogari, alias secus, & si
fuit reus in casibus à reg. exceptis de alio interro-
gatus, contra quem non extabant praesumptiones
talis nominatio vel inculpatio, non facit inditium
per ea quae referũt Guid. de Suzaria *tract. de inditiis
numero quinquagesimo, vbi Bolognin. in addit. alios ad-
ducit*, Brunus *vbi supra numero 24.* tria necessaria
esse dicens, primo quod de aliis interrogetur in
casu à iure permisso, secundo vt interrogetur in
genere non autem in specie de tali homine, quia
haec esset potius suggestio quam veritatis indaga-
tio, tertio quod praecedant ad interrogandum in-
ditia, & plenius comprobat Marsil. *in pract. §. dili-
genter n. 59. cum plurib. seq. & tenet Gram. cons. 44. n. 1.
Marsil. cons. 15. n. 5. idem Gram. voto 6. n. 2.* & ita com-
muniter tenetur, vt voluit Bolog. vbi sup. & Gram.
15 *d. voto 6.* Quarto confessioni natura resistit, quia
nec potentialiter, nec actualiter vera esse potest, vt
verbis vtar Bart. *in d. l. confessionib. ff. de interrogatoriis
action.* Nam vbi deficit potentia, ibi deficit actus,
*Bald. in l. filium eum definimus, ff. de his qui sunt sui vel a-
lieni iuris*, vbi marito per decennium absente re-
uerso, & annicula in domo reperto à marito ge-
nitus esse non potest, & facit text. *in l. inde Neratius,
§. fin. ff. ad l. aquiliam, iuncta glos. in verbo confessus*, vbi
confessio de homine interempto, quem adhuc in
humanis existere constat non valet, tamquam im-
possibilis, & contra naturam, hic vero probatur
absentia huius rei à loco confessionis eo tempore
quo dicitur amissa, ergo verũ fuisse id quod p̃ten-
ditur impossibile est, per ea quae ponit Brun. *d. tract.
de indit parte 1 quaest. 5. n. 3.* & de impossibili confes-
sione, quod confitenti non praeiudicet, vide
Marsil. *in rubr. n. 105. C. de probatio.* Tertio principa-
liter N. vnus ex testibus confessionem affirmans
nõ probat, quia infamis & vilis persona, & nedum
infamia facti, sed etiam iuris, quia alias de delicto
graui & infamante condemnatus, quodque te-
16 stis infamis dictum non probet inditium etiam
remotum à facto, consuluit Aym. *cons. 2. n. 2. vol. 1.*
vnde Marsil. *sing. 457.* nõ ausus est affirmare, quod
testes infames inditium ad torturam probant, &
Bald. qui in contrarium allegatur, *in d. l. cunctos po-
pul. n. 5.* dixit eorum testimoniũ inditium facere ad
inquisitionem duntaxat, imo etiam nec ad inqui-
sitionem inditium facere huiusmodi testis dictum
tenet ibi Andr. Barbat. *in addit.* & videtur esse de
mente eiusdem Barbat. *in c. testim. de test.* Praeterea
17 nõ sunt in tempore concordes, ideo reddũtur sin-
gulares vel in suo dicto falsi, neq; ad concordiam
reducũtur, vt probent, sed tantũ ne falsum incur-
rãt, *Alex cons. 73. num. 2. vol. 1.* vbi iura & auctoritates
adducit. Quarto principaliter accedit, quod nulla
erat huius rei cum interfectis inimicitia, idcirco
quatenus eadẽ cõfessio legitime probatur, & indi-
tiũ faceret, illud tollitur & eliditur, cõtrariis indi-
tiis fortiorib & verosimiliorib. cum nõ sit creden-
dũ talia fieri tractasse in persona eorũ, cum quibus
18 inimicitia nulla erat. Vbi enim pro reo aliqua vi-
gẽt inditia fortiora esse debẽt inditia cõtra reũ, vt
ad fortunã possit perueniri. *Ang. tract. malef. in verbo
fam. vbi Aug. concin. meus in addit. Guid. de Suzar. tract.
de indit. n. 92. Rui. eo. tract. part. 1. q. 3. n. 6.* haec. n. pluri-
mũ aduertẽda esse monẽt Ang. vbi supra *vers. quaero
an vnũ indi. & Ang. de Arim. ibid. in add. n. 20.* dicentes,
quod bonus iudex inquiret, cum quib. inquisitus
cõuersatur, p quae loca, cuius vitae antea fuerit, an
talia de quib. inculpatur facere consueuerit, cuius
opinionis, & famae est in ciuitate, an inimicitia ali-
qua praecesserit, ex quib. cõsciẽtiã suã informabit
cum

tũ certa doctrioa in huiusmodi tradi nõ possit, sed
id totũ iudicis cōmittitur arbitrio. Et quod iudi-
ciũ ex confessione extraiudiciali ortũ habẽs con-
trariis elidatur inditiis, dixit Ang. *in tract. malefic. in*
verb. comparuerũt d. inquisitus in pr in. n 4. Gram. cõs 44.
n 5. vbi habetur, quod tale inditium extraiudicia-
lis cõfessiouis nedum eliditur, sed etiam in totum
tollitur, si probatur inquisitum virum esse bonæ
opioionis & famæ, & plurimi ita tenentes addu-
cuntur. Ex quib. contrariis vt sup. sublatis, ea sen-
tentia præualere debet, quod reus nulla ratione
torqueri possit, cum ea quæ fiscus allegat, nõ sub-
sistere, & pro reo adducta consistere manifestũ sit.

SVMMARIA.

1 *Pœna reorum à Deo est.*
2 *Malum duplex est, culpæ & pœnæ.*
3 *Pœna triplex est, actio, passio, & carentia bonis.*
4 *Pœna iniusta purgatoria est in viris iustis.*
5 *Malum Deus non sineret, si bonum inde non eliceret.*
6 *Pœnas non semper propter peccata Deus infligit.*

QVÆSTIO XCI.

HActenus de pœna, quæ homini ab homine
irrogatur, nũc de pœna, quæ homini a Deo
infligitur agendũ, est ad solatiũ eorum, qui iniuste
quandoq; torquentur, vel alias seuerius quam par
1 est, puniuntur. Sciendum est igitur, quod † pœna
malum quidem est malis, sed io bonis Dei operi-
bus coonumeratur. Quoniam iustum est, vt ma-
li puniantur, ob idque Deus apud Isaiam dixit:
Ego Dominus creans malum. Et Amos inquit: *Non est*
malum in ciuitate, quod non faciat Dominus. Et in Ec-
clesiastic. habetur: *Bona & mala à Deo sunt.*
2 Malumq; hoc casu duplici in † differentia con-
sideratur, nempe malum culpæ, atque malum pœ-
næ. Quippe malo culpæ Deus effectiue nõ cõcur-
rit, & sic verum est, quod Deus mali auctor nõ est,
prout malum significat peccatum. Quatenus vero
peccati pœna malum dicitur, hoc est quod Deus
facit, sub ratione tamen boni, prout docet Magist.
in 2. sentent. distinct. 37. §. fin. & S. Thom. 1. 1. qu. 48. art. 6.
Scotus vero in ead. dist. 37. qu. vnica. circa fin. ait: duobus
modis dicitur pœna, vno prout est carentia boni
conuenientis naturæ. Alio modo dicitur pœna a-
liquod positiuũ disconueniens naturę. Et 1. modo
pœna non est à Deo efficiente, sed à Deo deferen-
te. Quoad 2. modũ ait, in operibus Dei sunt opera
punitiua, licet sint mala ipsis punitis, quia eis dis-
conueniunt, hoc est, illis affligunt. Plenius vero de
hoc Sanctus Bonauentura scribens, ponit tripli-
cem pœnæ differentiam, *in dict. 2. sententiar. libro.*
distinction. 36. articul. tertio quæstion. secunda. in resolu-
tione, inquit enim, primo pœna dicitur actio rei
sedentis, vt est adustio ignis, quę noo est ipse ignis,
sed per ignem fit. In eo autem qui torquetur, erit
pœna, funis ictus, qui non est funis, sed per fu-
nem fit. Secunda pœna dicitur passio eius, qui pu-
nitur, cuius dolor & cruciatus dicitur pœna delin-
quentis. Tertia pœna est defectus alicuius boni.
Pœna ergo prout est actio vel passio in delinquẽte
à Deo est, quoniam pœna ab ordine est, & ꝙ ordi-
natum est, à Deo est. At si pœna dicatur defectus,
siue careotia alicuius boni, à Deo nõ est, quia non
habet à Deo causam efficientem, & hoc est, quod
dixit Scotus vbi supra, non est à Deo, propter de-
meritum voluntatis in actu peccandi, cui nõ coa-
git Deus. His sic præmissis sequitur, quod omnis
pœna per iudicem reo imposita, siquidẽ iusta est,
à Deo est, ministerio iudicis, quę plane pœna cum
à Deo sit, nedum patienter sustinẽda est, sed etiam
gaudenter amplectenda, cum omnis pœna, vt in-
quiunt Magistri, est eius, qui peccauit ordinatiua.
3 Hoc est ad emendationem † delinquentis à Deo
data. At si tormenta reo iniuste inferuotur, hæc à
Deo efficiente non sunt, tametsi à Deo deferente
sint, quoniam peccato iudicis iniuste punientis
Deus non assistit, quamuis bonum, ex eo per acci-
dens præueniri possit, *S. Bonauen. in 4. distin. 20. art. 1.*
4 *q. 3.* Deus namque † omnipotens, Augustinus ait,
cum summe bonus sit, nullo modo sineret aliquid
mali esse, nisi vt benefaceret etiam de malo. Me-
liusq; iudicauit Deus de malis bona facere, quam
mala nulla permittere, cuius sententiam exponit
Mag *in 1. dist. 46. §. quod vero. & seq.* dicens: Ex malis
5 quæ fiunt, bonis † accidit bonitas, id est, vtilitas,
quia eminentius commendãt bona, vt magis pla-
ceant, & laudabiliora sint, dum comparantur ma-
lis, & post Magist. ibi S. Thom. *art. 4.* declarat, in-
quiens: Potentiam creaturæ, quæ bonum vel ma-
lum potest operari, Deus vult esse, & secundum
hoc dicitur mala permittere, bonum autem, quod
ex malo occasionatur. Illud Deus vult, sed melius,
& plenius declarat Gregor. de Arimin. ibidem, di-
cens: Omnia, quæ sunt, bona vel mala sunt, si bo-
na, illa nobis vult Deus voluntate antecedente, &
ex seipso, tanquam ex prima causa, omniũ bono-
rum nostrorum, liberali & gratuita; si mala, vel
sunt mala pœnæ, vel culpæ. Si sunt mala pœnæ, illa
vult oobis Deus voluntate consequente, non ex se
ipso, sed ex causa nostra, nõ enim sine causa & de-
merito nostro punit, sicut sine causa & merito no-
stro largitur. Si autem sunt mala culpæ, illa nobis
neutro modo vult Deus, nec illorũ nobis est cau-
sa, quoniam nec vult nos peccare, nec facit vt pec-
camus, sed concedit & permittit ex libero homi-
ois arbitrio. Hæc ille, ex quibus infertur, ꝙ pecca-
ti iudicis iniuste punientis causa non est à Deo, sed
ab ipso iudice ex libero eius arbitrio, sed malum
pœnæ ideo à Deo esse dicitur, quia per accidens,
siue occasionaliter ex malo iudicis bonum in reo
elicit Deus, nempe patientiam illius voluntariam,
diuinæ se voluntati conformantem, ad imitatio-
nem saluatoris, ioiuste pro nostra salute passi. Et
ratio, quare malum pœnæ à Deo sit, siue mediate
per hominem iuste intelligat, vel ab homine iniu-
ste inferri permittat. Hæc adducitur, quod non
6 semper propter peccata † Deus pœna temporali
castigat, sed etiam plurib. aliis ex causis, vt ex men-
te August. ponit Mag. *in 4. dist. 15. circa prin. refert &*
sequitur Duran in 2. dist. 36. q. 3. & 1. vt iustis ꝑ patien-
tiam merita augeãtur, vt in Tob. cæterisq; sanctis.
Secundo ad custodiam virtutum, ne superbia prę-
oalcat. Exemplum est in D. Paulo, cui, ne magni-
tudo reuelationum ipsum extolleret, datus
est stimulus carnis, hoc est secuodum re-

migium infirmitas corporalis. 3. ad corrigenda peccata, quemadmodũ euenit Mariæ ſorori Moyſis, quæ percuſſa eſt lepra. 4. ad gloriam Dei manifeſtandam, vt in cęco Euangelico illuminato, qui nòn peccauerat, nec ipſe, neque parentes eius. Quinto, ad iudicium eius, quod futurum eſt, vt hic incipiat quod in inferno complendũ eſt: Alias quoque pœnarum temporalium cauſas adducit, Sanctus Bonauentura *in 4. diſtinction. 15. in dubiis litteralibus.* Multo plures congerit ſumma virtutum *tomo primo. de fortitudine. cap. 3.* vbi vtilitates & fructus, qui ex tribulationibus huius ſeculi proueniunt, vberrime commemorat.

Conſolamini ergo vos, qui tormenta iuſte vel iniuſte ſuſtinetis, quoniam ſiue ſint à Deo iubente, ſiue à Deo permittente, ad ſalutem ſunt animarum veſtrarum, vt in patientia veſtra poſſideatis animas veſtras.

SVMMARIA.

1 *Si plures ſint vnius negotiationis ſocii, ex contractu vnius cæteri obligantur.*

2 *Pendentia litis contra vnum ex pluribus in ſolidum obligatis non impedit, quo minus alii conueniri poſſint.*

3 *Continentia cauſæ diuidi non debet aduerſus eundem debitorem, ſecus in pluribus obligatis.*

4 *Ante litem conteſtatam plures in ſolidum obligati diuerſis inſtantiis vexari poſſunt, & opponere exceptionem cumulationis poſt lit. conteſt. non poſſunt.*

5 *Inſtitor, exercitor, procurator obligant dominum, neque ſecum contrahens probat verſum in vtilitatem domini.*

6 *Niſi contrahant ſimpliciter, vel extra commiſſa, tunc probanda eſt verſio in vtilitatem domini.*

7 *Coniectura, ex quibus probatur verſio in vtilitatem domini, hic ennumerantur.*

8 *Et alia quoque coniectura probabiles admittuntur.*

QVÆSTIO XCII.

1 VNo ex plurib. in eadem negotiatione ſociis contrahente, cæteri in ſolidum obligantur, quoniam † quãdo ſunt plures vnius ſocietatis vel negotiationis magiſtri, ꝙ vnus in ea facit, omnes facere videntur, & in ſolidum obligantur, actiue & paſſiue contrahitur, & ſi vni facta eſt credentia, cæteri non ſe excuſant, quod non acceperint, nam quilibet de voluntate tacita vel expreſſa alterius gerit, & adminiſtrat, *Bal. in l. cum in Galliam. n. 2. C. ſi cert. pet. & poſt eũ Ang. & Sal. Pet. de Vbal. tract. de duob. fratrib. part. 9. n. 1. & facit doctrina Bart. in ſui ratione, in l. eandem. ff. de duob. reis. & in l. ſi tamen plures. ff. de exer. act. quem ſequuntur Alex. & Iaſ. in l. ſi vnus. in prin. ff. de*
2 *pact. Pariſ. conſ. 93. n. 4. vol. 1.* Cumq; † plures in ſolidũ ſunt obligati, conueniri poſſunt ſimul, vel ſeparatim in ſolidũ, vel ꝓ parte eodẽ vel diuerſis temporibus. Quoniã pendentia litis contra vnũ, nõ liberat aliũ, quo minus agi poſſit contra eũ, *l. creditor. ff. mãd. Bar. per illũ tex. in l. ſi duob. §. vbi duo. n. 5. ff. de duob. reis Alex. in l. hoc amplius. §. Celſus. n. 3. cum duob. ſeq. ff. de dam. infect.* vbi hoc procedere declarat, ſiue contra primum lata ſit ſententia, & per appellat. ſuſpenſa, ſiue nondum ſit lata ſententia, & præmiſſa quoq; approbat Arc. *cõſ. 33. n. 2. Paul. de Caſt. cõſ. 391. & conſ. 397. vol. 1. & plenius cæteris Io. Ronch. d. l. in duob. §. ibi duo à n. 77. vſq; ad n. 80.* Eſt igitur in facultate creditoris vno ex plurib. eius debitorib. ſibi in ſolidũ obligatis conuento, aduerſus alterũ experiri, vtrunq; ꝓſequendo iudiciũ, donec ab vno vel altero ſit conſecutus integrũ eius creditorẽ, cũ proteſtatione, ꝙ vnica ſit ſolutione cõtentus, & quatenus dicit̃ per tex. *in l. nulli. C. de iud. & quod ibi poſt alios not. Alex. & Iaſ. idẽ Alex. conſ. 65. n. 11. vol. 3.* ꝙ continẽtia cauſæ, ſeu cauſarũ connexitatẽ ad inuicẽ habentiũ diuidi nõ
3 debet, † neq; apud diuerſos iudices tractari. Reſp. ꝙ id procedit, quando vnus & idem debitor corã diuerſis trahitur iudicib. ſed in plurib. reis debẽdi cauſæ continẽtia diuidi poteſt ex notoria obligatione ſolidi, *Bart. in l. conſentaneũ. n. 17. C. quomod. & quando iud. & reaſſumit Gallenſ. tract. formulæ Cameralis oblig. 2. par. 3. partic. q. 2.* vbi etiam habetur, ꝙ ſi ad tenutam bonorum debitoris creditor egerit, non prohibetur ad capturã perſonæ aſpirare, neque ſi perſonali actione egerit ad realẽ & hypothecariam deuenire, & tam coram vno & eodẽ iudice, quam coram diuerſis iudicibus, & continentia cauſæ di-
4 uidi non dicitur. Verum † rei ſic conuenti poſſunt ante litem conteſt. opponere exceptionẽ cumulationis, & obtinere, ſe diuerſis inſtantiis non vexari, ſed vno libello & inſtantia eos conueniri. Poſt vero litem cum vno conteſtatã aliorum qui poſtea conueniuntur, cumulatio petita non admittitur, *Bart. d. §. vbi dico, & l. quoties. §. ſi creditor. vbi glo. ff. de pecul. quã ibi approbant Pau. de Caſt. Alb. & Sal. & ita*
5 *quoq; deducit Roncheg. loco prox. cit. n. 84.* Inſtitor, † exercitor, vel ꝓcurator obligant dominũ, abſq; eo, ꝙ ſecum contrahens probet in vtilitatem domini verſum, non. n. curioſus eſſe debet, ꝙ in vtilitatem domini expendatur. Quemadmodum etiã ſyndicus, cui à communitate mandatũ eſt, vt pecuniam mutuo in certam cauſam accipiat, pecuniã in eam cauſam recipiẽdo communitatẽ obligat, neq; creditor aliquid vltra quærere habet, & probare in vtilitatem ciuitatis mutuũ verſum eſſe, *Bar. l. ciuitas. n. 7. ff. ſi cer. pet. ſequitur ibi Ang. n. 2. Iaſ. n. 17.* & cũ Bar. tranſeunt magis communiter ſcribentes, vt refert
6 ibi Riminal. *n. 7.* Contrahens autem cum inſtitore vel aliis præmiſſis ſimpliciter, non expreſſa cauſa, cui ille præponitur, vel ſi contrahit extra commiſſa, & negotiationem illi mandatam, nõ habet dominum obligatum, niſi probet, in vtilitatẽ domini conuerſum, *l. 1. §. non autem omnis. ff. de exerc. & ita ibi poſt gl. not. Bart. Bald. Ang. & Sal. Alex. conſ. 44. n. 6. vol. 2. & facit optime tex. in l. Lucius. iunctis ibi notatis ff. de exercit.* vbi Bar. Bal. & Ang. idem firmant, & eſt magis com. opinio, dixit Ang. *in d. l. Lucius. in finali-*
7 *bus verbis.* Coniecturæ † autem creditori incumbentes in caſibus, in quibus de iure verſio in vtilitatem domini debet probari, ſunt quatuor, ſecundum gl. *d. l. Lucius.* quos ibi Alber. Bart. Bald. & Sal. enumerant. Primo rei neceſſitas, 2. quod accipiatur in cauſa, in quã commiſſa eſt poteſtas. 3. quod non accipiatur ſuperflua quantitas. 4. quod ſubſit loci & tẽporis oportunitas, & licet quinq; requiſita recenſeat Alex. *d. conſ. 44. vol. 2.* virtualiter tamẽ inſunt quatuor ſupra relatis. Imo duo tamẽ ſuffi-

cinnt

ciunt ad probandum versionem. 1. necessitas rei,
siue causæ, in quam contractum est. 2. quod sup-
plementum causæ secutum est, & necessitati pro-
uisum. *Rom d §. ciuitas.n.8. ff. si cer. pet. sequitur ibi Alex.
& cōcordantes adducit.n.11. Ias.n.18. & simpliciter transit
Rimin.n.8. Ang. cons. vlt. nu 6. col.5 & expressius Bald. d. l.
Lucius. vers. quæro. ff. de exerc.* vbi dicit, q̄ probata nu-
meratione & euentu subsecuto, præsumetur ex il-
la pecunia factū esse, exemplū adducens: Si Abbas
accepit pecuniā pro inducēdis monachis, vel pro
soluendo 20. & apparent monachi induti, vel 20.
soluta, præsumam, inquiunt, ex illa pecunia factū.
8 Sed & aliæ coniecturæ probabiles † admittuntur
ad probandum versionem, de qua supra gl. & scri-
bentes *in d. l. Lucius. Rimnald. in d. l. ciuitas. nu.8. Feder.
de Senis cons. 119 nu.1. circa finem.*

S V M M A R I A.

1 *Confessio extraiudicialis absente parte emissa confi-
tenti non præiudicat.*
2 *Fallit in tribus casibus, de quibus hic.*
3 *Confessio extraiudicialis probatur per testes singula-
res, quando sunt notabiles & fidedigni.*
4 *Et quando inuicem compatiuntur.*
5 *Exceptio non numeratæ dotis non admittitur, quando
præcessit promissio dotis.*
6 *Et confessio receptæ dotis præiudicat creditoribus &
hæredibus mariti.*
7 *Confessio receptæ dotis probatur, quando concurrunt
iudicia actualis numerationis.*
8 *Promissio simpliciter facta præsumitur, in anteceden-
tem contractum emissa.*
9 *Numeratio simpliciter facta præsumitur in executio-
ne contractus præcedentis.*
10 *Mutuum quando in dubio præsumatur simplicium
numeratione.*

QVÆSTIO XCIII.

CONfessio extraiudicialis absente parte ema-
1 nata † regulariter confitenti nō præiudicat,
tametsi causam confessio contineat. *l. si. ff. de interr.
act. l. certum §. si quis absente. ff. de confess. Fel in c. si cau-
tio.n.6. de fid. instr. Lanfr. in c. quoniā contra.n.35. de prob.
Bertr. cons. 221.n.1. vol.3. & cons. 277.n 5. eod. vol.* & hæc
communiter recipitur opinio ex fide & relatione
2 sup. citatorū. Limitatur non procedere, † primo,
quia talem facit semiplenam probationem, *Bar. &
cæteri in l. admonendi ff. de iureiur. Affl. decis. 364. n.3. &
4. Mars. in rub. n.89. C. de probat.* Secundo probat ad
liberationem seu ad debiti solutionē. Idem Mars.
vbi sup *n.9.* Tertio plene probat de æquitate cano-
nica, & confitentem obligat, eiq; plene præiudi-
cat, *gl. in c. quoties. 1. q.7. Fel. d. c. si cautio. n.27. Lanfranc.
d. c. quoniam contra. n.36 Alex. cons. 115. nu. 2. vol.7. Bertr.
3 cons. 319. n.2. vol.1.* Et per testes † singulares extraiu-
dicialis confessio plene probatur, quando testes
singulares sunt notabiles & fidedigni, qui animū
iudicis ad fidem indubitatā adducant, tunc namq;
iudex de singularitate curare non debet. *Paulus de
Cast. in l. admonendi. ff. de iureiur.* subiungens, quod
proterui & captiosi iudices id non admittunt, &
male, quam opinionem multum exclamat Marl.
*sing. 114. vulgatam, Brun. tract. de indiciis. par.1. q. 1. n. 6.
Caccial. repet. d. l. admonendi. n.52 Soc. cons 262. n.12. vol.
2. Dec. cons. 163. n.2. Aym. cons. 35. n.15. vol.1. Tiraq. de pœ-
nis temperandis aut remitt. caus. 51. n.106.* Et potissime
singulares testes iunguntur, † vt plene probent,
4 quando eorū dicta se inuicē † compatiuntur, *Bald.
l. iusiurand. & in l. testium. C. de test. & in l. de quib. ff. de
leg. Idem Bal. in l. 1. C. de test. & in l. vn. C. de sent. quæ pro
eo quod interest, & plenius habetur cons. 95. n.16. & 17. in-
5 ter cons. crim. diuers. & in d. l. admonendi.* Neq; † con-
fessioni extraiudiciali aduersatur exceptio nō nu-
meratæ dotis, quoniā non procedit, quando con-
fessionē receptæ dotis constante matrim. emissam
præcessit promissio soluēdæ dotis, vt si dotalia in-
strumenta, vel aliæ probationes, ex quibus effica-
citer promissio probatur, præcedunt, cessat exce-
ptio non numeratæ dotis, etiam infra tempora il-
lam opponendi, *Paul. de Cast. per iura & authoritates
ibi allegatas in l. 1. in finalib. verbis. ff. solut. matr.* & Mo-
derni Perusini hanc opinionem pro canonizata
habent, inquit ibid. Soc. *n.102. & tenet Fel. d. c. si cau-
tio. n.82. Afflict. decis. 402. n 2.* vbi plene, qui etiam in
fortioribus terminis à nu.4. vsq; in fin. decisionis
6 concludit, quod quando † præcessit dotis promis-
sio, confessio receptæ dotis præiudicat creditori-
bus mariti æque ac ipsi marito, & ipsius hæredib.
idemq; tenēt Rom. *cons 445. n.8. Ay. cons. 40. n. 1. vol.
1. vbi multos citat.* Secundo limitatur non procede-
7 re, quando † indicia siue coniecturæ actualis dotis
numerationis concurrerent, tunc enim confessio
dotis solutionem probat, & exceptionem non nu-
meratæ dotis excludit, veluti quādo maritus vxo-
ri, tanquam dotatæ alimenta præstitit, *Bald. in rub.
C. de priuil dot.* Quam opinionem etsi satis sibi du-
biam esse dicat Soc. *l. 1. n.8 ff. sol. matr.* fatetur tamen
pro ea vidisse consultum per doctissimos viros, &
quamuis nō satis eidem opinioni adhærere videa-
tur *Felin. d. c. si cautio. n.81.* non tamen est ab ea rece-
dendum, quia eam tenuit Dec. *cons. 536. n.10 Aym. d.
cons. 40. n.4. vol.1.* vbi multos consulentes allegat, &
communem refert, & ex iis resoluta apparet quæ-
stio supra excitata. Ad præmissa quoq; faciunt,
quæ habes supr. *recollect. 63. n.13. & 14.* Quæritur in-
8 super, an promissio simpliciter † & sine causa facta
præsumitur in antecedentem contractum, & in e-
ius executione emissa, *Bar. in l. triticum. n. 2. per glos.
ibi, quam alii sequuntur. ff. de verb. oblig. vbi Ias. n.6.* no-
tat, contractum vnum alium declarare, & præce-
9 dentem sequentem aperire. Pari ratione † traditio
seu numeratio simpliciter facta, & nuda, à causa
præsumitur facta in executione præcedentis con-
tractus, & causam præcedentem recipit, *Roma in l.
cum quid. n.16. ff. si cert. pet. Alex. in l. Titio. n.6. & 8. ff. de
verb. obligat. & confirmat quoque Rimin. in d. l. cum quid.
num 17. ff. si cert. peta. & facit ad idem Ant. de Butr. cons.
61.* vbi domus conductor pecuniam locatori nu-
meratam probat, nec constat, ex qua causa nume-
rauerit, consuluit pecuniam potius in causam
mutui solutam videri, quam in causam debitæ
pensionis, cum pensionis soluendæ dies nondum
venerat, si ergo venisset dies solutionis pensio-
nis, potius in causam debiti præcedentis, quam
mutui numeratio facta videretur.

Non

10 Non obstat, quod si quis † dixerit, tolle pecu-
niam hanc, alio non expresso, censetur data ani-
mo repetendi, & mutuum præsumitur, *Bart. dict.
l. cum quid. num. 11. ff. si cert. petat. & cæteri ibi sequun-
tur*. Respond. quod ideo ibi mutuum præsumitur,
vt euitemus donationis præsumptionem, *l. cum de
indebito. ff. de probat. l. campanus. ff. de oper. liber.* & ean-
dem rationem *in d. l. nunquid.* adducunt Bart. & alii.
Secundo, Bart. & reliqui ibi dicunt, cõstito de nu-
meratione mutuum in debito præsumẽdum esse,
sed addunt inprimis ea, quæ præcesserunt, atten-
denda esse, & ad coniectutas recurrendum, & id
quoque quod verisimilius est, inspiciendum esse,
tradit Ioan. de Imol. *dict. l. à Titio. num. 3.* & quod
mutuum tantum præsumitur, quando nullus a-
lius contractus numerationem præcedit, dicit
Roman. *d. l. cum quid. nu. 16 ff. si cert. pet.*

S V M M A R I A.

1 *Confessio debiti post oblatum libellum contestat. litis operatur.*
2 *Reus post oblatum libellum debitum confessus in expensis non condemnatur.*
3 *Reus citatus si debitum confitetur, sententia diffinitiua non fertur.*
4 *Sed fieri debet præceptum de non soluendo cum termino decem dierum.*
5 *Ante oblatum libellũ nec diffinitiua sententia fertur, neq; interlocutoria vim diffinitiuæ habens.*
6 *Nisi iudex statuat reo terminum ad dicendum causam, quare confessio exequi non debeat.*

QVÆSTIO XCIV.

1 SI reus debitum † confitetur post oblatum li-
bellum, huiusmodi confessio vim contestatio-
nis litis habet, sicuti negatio ipsa haberet, & sentẽ-
tia diffinitiua fertur, Bar. & ante eum Odofr. *in l. si
debitori ff. de iud.* vbi Alb. Ang. & Paul. idem tenent,
& voluit quoq; gloss. final. *in fi. in l. 1. C. de lit. contest.*
quam ibi Bart. Bal. & Paul. sequuntur. Alex. *cons. 50.
n. 11. vol. 2.* quod procedere declarant, quando con-
fessio fit simpliciter, secus autẽ esse, quando con-
fitens debitum declararet, & protestaretur, quod
non animo litem contestandi cõfitetur. Atq; reus
post latum sibi libellũ confitens debitũ, & offerẽs
2 se paratũ soluere, † non debet in expensis conde-
mnari, si extraiudicialiter antea requisitus nõ fue-
rit, secus vero si extraiudicialiter primo interpel-
latus fuerit, *Cepol. caut. 84. incip. in libellis. sequitur Are.
in §. sic itaq; inst. de act. & alia de quib. ibi.* Sin autẽ con-
3 fessio debiti à reo fit ante † exhibitam petitionem,
vt quia citatus cõparens non vult recipere libellũ.
sed debitorem se esse confitetur, & ad soluendum
dilationẽ petit, tunc sententia diffinitiua rei con-
demnatoria ferri non potest, quia vbi non est iu-
dicium, quod ex iudice, actore & reo constat, ibi
esse non potest diffinitiua sententia. *Paul. de Cast. d.
l. si debitori. num. 20. Fel. in rub. n. 6. de re iud.* Sed vigore
confessionis fit præceptum de soluendo cum ter-
4 mino 10. dierum, † vt est casus *in d. l. si debitori,* & ita
tex. illum scribentes omnes supra citati sumunt &
intelligunt. Sequitur ergo, quod sicuti ante libel-
lum oblatum sententiæ diffinitiuæ locus esse non
potest, quod nec etiam interlocutoriæ habẽti vim
diffinitiuæ locus fieri poterit per doctrinam *Paul.
de Cast. d. l. si debitori. n 2. & Fel. d. rubr. n. 6. de re iud. &
facit Bal. d. l. 1. n. 11. in fi. vbi & Paul. de Cast. n 12. C. de lit.
contest.* dum dicit Bald. regula est, quod vbicunque
lis contestatur, ibi diffinitiua speratur, ergo vbi lis
non contestatur, nec diffinitiuæ spes esse potest,
neque interlocutoriæ vim diffinitiuæ habenti, vt
expresse firmat Felin. *in c. querenti. n 9. de off. delegat.
Rip. in l. quod iussit. num. 3. & 4. ff. de re iud. Dec. in c. cum
cessante. n. 13. de appell.* Verum hoc restringitur pro-
6 cedere, † quando causa cognita post confessionem
debiti præceptum de soluendo emanauit, vt quia
statim audita confessione iudex non præcepit, vt
soluat, tunc tale præceptum non potest Interlo-
cutoria dici, vim diffinitiuæ habens, si vero audita
confessione iudex reo terminum statuit ad dicen-
dum causam, quare non debeat fieri præceptum,
& cõfessio executioni mandari, tũc lapso termino
si fiat præceptum, causa cognita fieri dicitur, & est
interlocutoria vim diffinitiuæ habens, *Bar. in l. non
fatetur n. 5. ff. de confess. Franc. c. cum cessante. n. 10. de ap-
pell. Dec. ibid. n. 13. Felin. in d. rub. n. 5. de re iud. Marant. in
suo specul. in 2. par. 6. part. principalis. nu. 27.* præmissa
quoque comprobat Spec *tit. de appell. §. super quibus.
n. 12. quem sequitur Bart. in l. creditor. §. iussus. in fin. ff. de
appell.* & ibi expresse firmant Alberic. Ang. & Imo.
& idem quoque, quod præceptum de soluendo sit
interlocutoria mera, voluit Aym. *cons. 182. numer. 1.
volum. 1.*

S V M M A R I A.

1 *Offendens bannitum, qui pro non bannito habetur, pœna ordinaria tenetur.*
2 *Offendens non bannitum, qui pro bannito habetur, excusatur à pœna.*
3 *Opinio veritati præualet in delictis.*
4 *Titio Ioannis bannito, qui Sempronium occidit, quem putauit esse filium Ioannis, excusatur, quando iusta sic credendi causa concurrit.*
5 *Ignorantia prodest ad euitandum pœnam.*
6 *Fama publica excusat etiam à culpa.*
7 *Naturaliter prohibitum faciens, id ipsum diligenter inuestigare tenetur.*
8 *Carcerato de carcerib. aufugẽte comitariẽsis tenetur.*
9 *Claues recipiens custodiam recipere non videtur, nisi ei sit protestatum.*
10 *Casus fortuitus, quem culpa non præcedit, excusat.*
11 *Qui facit id, quod alii diligentes faciunt, excusatur à culpa.*

QVÆSTIO XCV.

1 OCcidens bannitum, qui † publica opinione
& fama pro non bannito habetur, pœna de-
licti ordinaria puniri debet, quasi non bannitum
offenderit, vt consulendo tenuit Oldr. quem alle-
gat Nellus de S. Geminiano *tract. de bannitis. 3. part.
2. temp. q. 84. Mars. in pract. §. aggredior. n. 34. & sequent.
Carrer. in pract. § circa. n. 218.* E contra vero non ban-
2 nitum † offendens, qui publice pro bannito cre-
ditur, pœnam aliquam nõ incurrit, sed magis ex-
cusatur à delicto, quoniam si publica credulitas &
opinio veritati præualet, vt delictũ inducat, mul

to ma

to magis veritati præualere debet, vt delictum ex-
cuset, quia fortior est ratio, quæ pœnam excludit,
Ang. in l. absentem. ff. de pœn. & l. fauorabiliores. ff. de reg.
iur. Quodq; opinio in delictis veritati præualeat,
3 vbi de vitãda pœna agitur, † si iusta causa concur-
rit, & tenet Bald. *in l. si quis seruo. n. 1. C. de furt. sequitur*
Alex. in add. ad Bart. in l. diuus. ff. de sicar. Aret. in l. is qui
putat. n. 5. ff. de acq. hered. & consuluit in similib. ter-
minis Cepol. *cons. crimina. 7. n. 7. Aym. cons. 20. n. 8. vol. 1.*
& cons. 88. n. 1. 3. & seq. eo vol. multisq; cõprobat exemplis
Marsil. d. §. aggredior. n. 34. & optime faciunt rationes,
quibus Oldr. in loco præcit. mouetur, dum dicit,
q; habitus in cõmuni cõtrarius veritati tollit pri-
uilegiũ, & etiã ius commune, multo fortius tollit
pœnã. Igitur habitus publice pro bannito, quanquã
nõ sit bannitus, perdit priuilegiũ seu ius cõmune,
ne possit offendi. Accedit altera eiusd. Oldr. ratio,
dum dicit, quod sicut substantia veritatis actum
reddit illicitũ, ita com. opinio, quamuis sit verita-
ti contraria, cõfirmat vltima eius ratio, quod pub-
licus error facit ius, & immutat aliquando statum
4 hominis. Eademq; † sententia alio simili cõpro-
batur, quod adducit Nell. de S. Geminia. *d. tract. de*
bannitis. 2. part. 2. temp. quæst. 26. & plenius reassumit
Blanc. *in pract. crim. vers. ignorantia. n. 193. Ias. cons. 133.*
nu. 1. in fi. vol. 1. vbi habetur, quod Titio Ioannis exi-
stente bannito, si quis Semproniũ occiderit, quem
probat esse Titium Ioannis excusatur etiam à cul-
pa, quando habuit iustã causam sic credendi, quia
sic publice tenebatur, quod occisus esset Titius
5 Ioannis. Facit, quod † ignorantia prodest, & igno-
rantem excusat ad euitandam pœnam, Bartol. per
illum tex. *in l. genero. ff. de his qui notantur infamia*, &
post eum sequuntur ibi Bald. Alber. Ang. & Paul.
quodque probabilis ignorantia in hoc casu excu-
sat, tenent pleriq; alii, quos adducit Dec. *in c. quæ in*
Ecclesiarum. n. 65. de constit. & hoc est quod in d. l. genero,
inquiunt, verum esse, quando ignorantia est iusta,
nec culpam admixtam habet, vt declarant ibi Bar.
& Ang. *& in l. qui cum alio contrahit. Dec. & Cagnol. ff.*
de reg. iur. & Blanc. vbi supr. proxime. Alex. cons. 65. n. 12.
6 *vol. 3.* Rumor † autem & publica fama est iusta cau-
sa aliquid credendi, & excusat etiam à culpa, *Bart.*
in l. pactum eius in prin. ff. de hered. inst. Alex. d. cons. 65. n.
8. & num. 11. vol. 3. & in terminis casum hunc decidit
Carrer. *in pract. in §. circa. nu. 205.* vbi allegat Arnon.
idem tenentem. Neq; saltem ii carcerati tanquam
7 culposi † puniri debent, eo quod rem naturaliter
prohibitam perpetrando in culpa fuisse videntur,
non inuestigando diligenter occisi conditionem,
per ea, quæ allegat Ias. *in l. 4. § condemnatum. ff. de re*
iud. Dec. in l. qui cum alio. ff. de reg. iur. Tiraq. in l. si vnquã.
gl. reuertatur. n. 353. id nempe procedit cessante pub-
lica fama, sed ea passim & vbiq; vigente, etiamsi à
culpa immunes esse dicuntur, & absoluendi per
8 superius adducta. Quo vero ad eum, qui † de car-
ceribus exceptus est, rector loci non tenetur, sed
tantum carcerum custos, quando à publico depu-
tatus est, *Bald. in l. obseruare. §. proficisci. n. 2. ff. de of. pro-*
9 *cons. & lega.* Potestasq; claues † recipiendo à carce-
rum custode sponte dante, nõ videtur custodiam,
eiusq; periculũ in se suscepisse, custodemq; libe-
ratum esse, *arg. not. per gl. in l. fi. §. 1. gl. iste si prædixerit.*
ff. naut. caup. stab. vbi per traditionem clauiũ hospi-
ti simpliciter factã à caupona, vel stabular. hospes
non suscipit in se periculum merciũ inuectarum,
nisi in receptione clauium sit ei à caupona prote-
statum, quod suo periculo custodia rerum esset, &
ita tenet ibidem Bart. & plenius comprobant O-
dofr. & Alb. post alios ibi relatos, & respondet Al-
ber. *ad l. clauibus. ff. de contrah. empt.* quod ideo claui-
um traditio a venditore facta, periculum in em-
ptorem transfert, quoniam aliud non potest ope-
rari clauium receptio, quam custodiam rerum at-
que periculũ. Primo esto, quod custodia in ipsum
10 Prætorem † translata fuisset, non tamen alicuius
negligentiæ reus esse dicitur, cum fortuito casu,
qui præuideri non poterat, & quem nulla culpa
præcessit, de carceribus reus derobatus fuerit, me-
rito nihil est, quod domino Prætori possit ascribi,
per text. *in l. milites. & d. l. fin. de cust. & exhib. reum.*
Bonifacius de Vitalinis de priuatis carceribus. nn. 7. & 16.
Cataldinus de Viso cons. 22. tom. 2. cons. crim. diuers. qui
sane casus derobationis carcerati satis concluden-
ter probatur ex iis quæ in processu leguntur, si iu-
dici arbitraria sit huiusmodi probatio, vt per *Alex.*
in l. non exigimus. § quod diximus. nu. 1. ff. si quis caut. &
cons. 53. n. 3. volu. 2. & ad probationem clandestini a-
ctus sufficiunt probationes per coniecturas, ad
quod omnino legatur cons. Alex. per tot. proxime
citatum, vbi notabiliter scribit in terminis, & hæc
omnia ibi considerata huic casui conueniunt. Sed
11 neq; † etiam ipse carcerum custos aliqua culpa seu
negligentia notari potest, quoniam diligẽter car-
ceratos, Commentariensis custodire dicitur, qui
in arctiori carcere captum declinat, in quo rei de
similibus vel grauiorib. criminibus imputati cu-
stodiri solent, & qui communi opinione pro ma-
gis tuto, & fido carcere habetur, & in quo alii cu-
stodes, qui diligentes habebantur, custodire con-
sueuerunt, nam qui obseruat, quod alii eiusdem
professionis diligentes habiti obseruare solent ex-
cusatur à culpa, *Aret. cons. 38. n. 2. vers. secundo respon-*
de, vbi iura allegat, Gram. *vot. 29. n. 14. in fi. & pleni-*
us Paris de Put. de syndicatu. §. an si plures carcerati. n. 13.
in fin. cum duobus sequentibus, vbi hoc dictum com-
probat, quod custodia secundum morem ciuita-
tis facienda est, & officiales consuetudines locorũ
obseruare in huiusmodi debent, nec est in culpa,
qui facit id, quod communiter consueuit fieri, at-
que etiam in materia præmissorum, facit Ias. *cons.*
27. per totum. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Banniti ob publicã vtilitatem impune possunt offendi.*
2 *Præmium proponere licet bannitos interficienti.*
3 *Qui ex permissione legis ciuilis occidit, contra præce-ptum Decalogi facit.*
4 *Bannitum occidens ad bonum publicum, licite facit.*
5 *Et qui auctoritate principis interficit, non peccat.*
6 *Dummodo Zelo iustitiæ faciat, & non propter odium ad vindictam.*
7 *Princeps non dispensat in iis quæ sunt de iure naturali in articulis fidei & in sacramentis nouæ legis.*
8 *Ecclesia pœnam sanguinis non irrogat.*

9 Gla-

9 *Gladium materialem quomodo eccleſia non habeat.*
10 *Banniti occiſor propter ſpem talea conſequeda quan-
do peccat vel non.*

QVÆSTIO XCVI.

AD materiam ſtatutorum ſeu bullarum ſum-
morum Pontificum diſponentium banni-
tos impune offendi poſſe pleno ſtilo ſcribunt Do-
ctores, *in l. ſi plagii, ff. de verbo obligationibus, & in cap.*
1 *quam in eccleſiarum, de conſtitut.* dicentes valere † ſta-
tuta huiuſmodi, ob publicam vtilitatem ad con-
ſeruandam quietem bonorum, quam flagitioſi
homines turbare ſolent, prout ita tenent *in dicta l.
ſi plagii. Alex. Iaſ. & Ripa poſt alios ab eis citatos, & in di-
cto conſ. quæ in Eccleſiarum. Feli. Decius & alii.*
2 Imo licet etiam proponere † præmium banni-
tos interficienti, per ea, quæ adducunt præallegati
omnes, & idem tenet Decius poſt Abbatem *in ca-
pitulo dilecti de exceptionibus n. 37.* Limitatur tamen
non procedere in pluribus caſibus enumeratis à
Decio atque Felino in ſupra allegato capitulo
quam eccleſiarum, quos ex profeſſo omitto, ſed ad
ſcribentes ibi te remitto.
Data igitur ſtatutorum validitate in foro fori
occurrit notabilis quæſtio, an in foro poli liceat
occidere bannitum. Et videtur dieeodum quod
non, ex pluribus, & primo per gloſ. *in cap. inter hac
33. quæſt. 2.* quæ tenet, eum qui autoritate iuris ciui-
lis occidit, contra præceptum Domini facit de
3 quo in decalogo: Non occides. A quo ſolus iudex
excipitur à Canone, vt impune occidere poſſit, er-
go alii qui legis ciuilis licentia freti bannitos occi-
dunt, & ſi à pæna legali excuſantur, à peccato noo
ſunt immunes.
Secundo lex ciuilis permittit marito vxorem
in adulterio deprehenſam occidere, at vero de iu-
re diuino atque canonico prohibitum eſt hoc fa-
cere, ſed potius debet illam vir eius corrigere, vt de
adultera euangelica legimus, quam dominus im-
punitam dimiſit, idcirco peccat propriæ coniugis
interſector, tametſi ius ciuile permittat, quia con-
tra ius dininum atque canonicum facit, ſicuti hæc
notant *in 4 ſent. diſtinct. 37. S. Thom. S. Bona. S. Gab. Bi-
el. & reliq.* Quapropter ſumpto argumento à ſimili
ſequitur quod qui bannitum interfecit ex permiſ-
ſione iuris ciuilis, peccatum incurrit contra præ-
ceptum diuioum faciens. Tertio hoc ipſum pro-
batur auctoritate Scoti in ſupra allegat. ſententia-
rum quarto, *diſtin. 15. q. 3. verſ. ad propoſitum*, vbi ait,
lex non eſt iuſta niſi concordet legi diuinæ, ideo
nulla lex poſitiua conſtituens homioem occiden-
dum iuſta eſt, præterquã in caſibus, quos Deus ex-
cipit, vt habetur exodi *c. 21. & 22.* Non igitur licet
bannitum occidere, quia Deus non excipit ban-
nitum à præcepto non occides. In contrarium fa-
cit D. Thom. ſententia, qui *in 2. q. 64. art. 3.* quærit,
an liceat priuato maleſactorem occidere, reſpon-
det, quod licet in quantum ordinatur ad ſalutem
totius commuoitatis, quæ committitur illi, qui cu-
ram communitatis habet, quemadmodũ ad me-
dicum pertioet præcidere membrum putridum,
Principi vero commiſſa eſt cura communis boni,
Ideo ei ſoli licet malefactorem occidere, & iis qui
illius auctoritate faciunt, ſicut miles interficit ho-
ſtem auctoritate principis, & miniſter latronem
auctoritate iudicis, ex quib. infertur, quod licitum
eſt bannitũ occidere auctoritate principis ſingu-
lis priuatis impartita, q̃ abſque peccato licet, quia
vt miniſter principis & iuſtitiæ faciens non peccat.
Secundo hoc ipſum comprobatur à canone *in cap.
cum homo 23. q. 5. & melius in c. ſi homicid. ead. cauſ. & q.*
vbi expreſſim dicitur, aliquando quis occidere
poteſt ſine peccato, vt miles hoſtem, & iudex vel
miniſter eius nocentem, ad idem q; eſt *cap. qui mal.
ead. cauſ. & q.* vbi dicitur, qui malos percutit poten-
tiam habens Dei miniſter eſt, quocirca ſumus in
claris citra peccatum bannitum occidi poſſe ſta-
te ſtatuto vel principis bannimento ad hoc aucto-
4 ritatem concedente. Declaratur † tamen ſententia
hæc vera eſſe, quando quis bannitum interſecit
Zelo iuſtitiæ, & an bonum commune, at ſi propter
odium, quod erga bannitũ habet, & ad vindictam
propriam explendam ſecus eſt. Non enim licet
vindictam ſuam proſequi citra peccatum dicente
Domino, *mihi vindicta & ego retribuam*, & hoc magi-
ſtraliter tradit S. Thom. *2. 2. q. 108. art. 1.* dicẽs ſi vin-
dicantis intentio fertur principaliter ad malũ illi-
us de quo vindictã ſumit & ibi quieſcat, eſt omni-
no illicitum, quia delectari in malo alterius perti-
oet ad odium, quod caritati repugnat, qua omnes
homines diligere debemus, ſi vero intentio fertur
principaliter ad aliquod bonum, ad quod perue-
nitur per pœnã peccatis, puta ad quietem aliorũ,
& ad iuſtitiæ conſeruationem & Dei honorẽ, po-
teſt eſſe vindicta licita debitis circumſtantiis ſer-
natis. Hæc ille, & idẽ dicitur *in c. officia. & in d. c. cum
homo in ſumma 23 q. 5.* quare interſector banniti in
foro conſcientiæ peccati reus non eſt, quando iu-
ſtitiæ zelo facit. At ſi odio ad vindictã ſuam acce-
dit, peccatum committit, tametſi in ſoro exteriori
à pœna temporali excuſetur, quia lege permittẽte
facit, *l. grec. C. de adult.* vbi Bald. hoc not. & alii plu-
res hanc diſtinctiooem ſequuntur, quos refert &
ſequitur Felin. *in d. c. qui in eccleſiarum, n. 12. 13 & 14.
& Dec. quoque ibidem n. 55. poſt Alex. in d. l. ſi plagii, ff. de
verborum obligationũ.* qui hanc magis communem
appellat. Non obſtat quod lex ciuilis non liberat à
peccato maritum, qui propriam coniugem adul-
teram interficit, vel patrẽ filiam, quoniam S. Dei
eccleſia legib. non conſtringitur humanis, inquit
textus *in c. interfect. cum ſeq. 33. q. 2.* Secus in eo qui
bannitum interimit zelo iuſtitiæ auctoritate prin-
cipis, qua tunc vti miniſter Dei facit, per ea quæ
ſuperius ad hoc comprobãdum fuerunt adducta.
Aliam reſponſionẽ adducit Angellic. *in verb. homi-
cidium 1. n. 6.* ex mente Ioann. Andreæ ibi citati, q̃ a-
liud eſt, quando lex permittit non puniendo, vt in
occiſione adulteri, & tũc nõ licet ſine mortali pec-
cato, ſecus quãdo lex præcipit occiſionẽ, vt quãdo
diffidat bannitũ, quem ſi quis occidat auctoritate
legis oon peccat, quia vt miniſter iuſtitiæ facit
Principe ſic iubente.
Et ſi dicas præcepta decalogi nõ ſunt diſpẽſabilia
ideo

Ideo princeps in his quæ Deus prohibuit dispensandi auctoritatem non habet, inquit enim sanctus Thomas *quolibet 4. quæstione octaua. articulo 73.* quæ pertinent ad determinationem humanorum iudiciorum vel ad determinationem diuini cultus libere permisit Christus Prælatis ecclesiæ & Principibus Christianis populi determinanda, in solis vero iis quæ sunt de lege naturæ in articulis fidei & Sacramentis nouæ legis dispensare non potest, & idem habetur *in cap. sunt quidam. vigesima quinta quæstione prima.* Ad quæ responsio sumitur ex sancto Bonauentura *in 4. distinctionum 38. articulo.* Secundo dum ait dispensatio, prout est iuris relaxatio, Papa non dispensat in his, quæ sunt de iure diuino vel naturali, sed prout est iuris declaratio hoc pertinet ad Papam, etiam in his quæ sunt de iure diuino vel naturali. Quocirca bullæ summorum pontificum non tollunt ius diuinum, sed illud declarant atque limitant, non habere locum quando præcepti diuini obseruatio vergeret in detrimentum salutis alienæ, quod eueniret si banniti non extirparentur, & sic potius contra mentem præcepti diuini fieret, ad quod facit quod dixit Asten. *libro primo. articulo tertio. Art. 5.* Dei præceptum *non occides* intelligitur secundum intentionem prohibentis, nempe ne fiat occisio sine caussa rationabili.

8 At † si dicatur, quicquid sit de lege veteri, lex euangelica pœnam sanguinis non habet, gladio enim spirituali non materiali vtitur, eo quod Dominus Petrum reprehendit, qui Malcho auriculam amputauit, dicens: *Pone gladium tuum in vaginam.* Et habetur *in dicto cap. interfectores. tertia quæstione secunda.* vbi dicitur ecclesiastica disciplina spirituali gladio non materiali criminosos ferre, iubet, & cap. sequenti: Sancta Dei Ecclesia gladium non habet, nisi spiritualem, quo non occidit sed viuificat.

9 Respondetur admittendo contrarium vti † verum, quod ecclesia gladium matrimoniale non habet quo ad vsum, secus quo ad natum, etenim Imperator & reliqui seculares principes in ministerium iustitiæ dantur à papa, cui dum fidelitatem & obedientiam iurant, auctoritatem gladii exercendi recipiunt, & tunc innuit illis pontifex, vt gladio vtantur ad vindictam malorum, probatur hoc auctoritate diui Bernardi Eugenio Papæ sic scribentis: gladium qui tuum esse negat non satis attendere videtur verbum Domini dicentis: *Conuerte gladium tuum in vaginam.* Tuus ergo gladius euaginandus est ad tuum imperium, alioqui si nullo modo ad se pertineret dicentibus apostolis: *ecce gladii duo hic.* non respondisset Dominus satis est, referunt & sequuntur S. Bonauentura *d. distinct. 37. dubio 4.* Iohannes à turre cremata *in dict. cap. inter hæc. circa finem 33. quæstion. 2.* idem in summa *23. quæst. quint.* vbi plene Beatus Antoninus *parte 3. titulo 22. cap. tertio. §. 7.* & per hæc patet non obstare ea quæ superius in contrarium fuerunt adducta. Conclusione igitur supra firmata vera existente, quod bannitus impune potest offendi, tam in foro fori quam etiam in forō poli, quando zelo iustitiæ ad communem vtilitatem quis faciat.

10 Quæritur † quid si quis bannitum occidat, vt præmium siue taleam occisori publice vel priuatim promissam lucrifaciat, an licite citra peccatum faciat? Respondeo quod mortaliter peccat, quia non bono zelo facit, neque amore iustitiæ sed pecuniæ cupiditate, cuius ergo finis malus est, ipsum quoque malum est, atque idipsum probat Angelica *in supra citato loco num. 4.* & Siluester ibidem *n. 5. vers. tertium.* & Præpositus *in c. si quis viduā. quinquagesima distinctione.* dicentes quod iudex qui malefactorem occidit ex auaritia seu lucro, tametsi iuste occidat, mortaliter peccat, quia corruptam intentionem habet, facit simile quod Canonicus qui vadit ad ecclesiā principaliter propter distributiones, peccat & mentalem simoniam committit, *glossa in c. 1. de clericis non residentibus in 6.* Ex quibus ad occisores bannitorum Argumentum sumi potest, quod mortaliter peccant qui principaliter lucri cupiditate adducti id faciunt, alias non facturi, at si principaliter zelo iustitiæ ad bonum publicum inducantur, non peccant, cum etiam cessante præmio idipsum facerent.

S V M M A R I A.

1 *Restitutio in integrum aduersus sententiam præueniēdo petita suspendit executionem sententiæ.*

2 *Nisi contra petentem restit. extaret præsumptio malitiæ.*

3 *Vel nisi euidens sit calumnia restitutionē petētis, quia tunc sine cautione sententia est exequenda.*

4 *Restitutio in integrum aduersus sententiam incidenter petita non suspendit executionem, nisi probationes promptæ sint.*

5 *Sed et si probationes incontinenti offerantur, si extat præsumptio malitiæ executio non differtur.*

6 *Præsumptio malitiæ probatur ex coniecturis arbitrio iudicis.*

6 *Malitiæ præsumptiones plures, & vrgentes esse debēt.*

8 *R[illegible]io in integrum à Principe concessa suspendit sententiæ executionem.*

9 *Quibus casibus in executione sententiæ supersederi debet, eisdem in executione publici instrumenti supersedetur.*

QVÆSTIO XCVII.

1 Restitutio in integrum aduersus † sententiam petita principaliter, seu per modum actionis, & præuentionis ante petitam sententiæ executionem, sententiæ ipsius suspendit executionem, siue à petente restitutionē in integrum, probatio incontinenti offertur, siue altiorem petita restitutio requirat indaginem, causa enim in integrum restitutionis † regulariter sententiæ executionem suspendit sicut appellatio, *l. vnica. Cod. in integrum restitutio. postul. leg. si causa cognita. Cod. de transact.* & vtrobique scribentes notant. *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. vbi Alex. n. 26. Ripa num. 30.* dicentes communiter ita teneri, *Imol. in l. qui à latronib. ff. de testam. Benedic. de Barz. in tract. de libellis guarentigiatis parte vltima, quæst. 21. Alex. cons. 223. num. 6. volum. 6. Paris. cons.*

100. numer. 80. vol. primo. vbi communis. Capic. decis. 53. nu.
2 *1. Affl. decis. 356. num. 3.* Limitatur † non procedere,
quando contra petentem in integrum restitutio-
nem vigeret præsumptio malitiæ, & quod caussa
differendi, & subterfugiendi restitutio petatur,
tunc enim restitutio executionem nõ suspendit,
sed ab eo qui sentẽtiam obtinuit præstita cautione
de restituẽdo in casum succumbentiæ rẽ seu quã-
titatem petitam, sententia executioni mandatur,
c. suscitata de rest. in integ. Bart. Bal. Ang. Salic. & alii
in d. l. vnica. C. in integr. restit. postul. Butrius, Abb. I-
mol. & Ioannes de Anania *in d. c. suscitata*, vbi Imol.
& Anania dicunt, quod cõis est sententia, & ita etiã
tenent Benedictus de Barzis loco proxime citato,
& Ias. *d. §. condemnatum, & ibi Ripa n. 3. in fine Affl. d. de-
cis. 356. n. 3. & 6. Alex. d. cons. 223. Belonus Casalensis cõs.
18. n. 23.* Est tamen in hoc cauendum à Boerio qui
decis. 65. n. 7. tenuit, quod si extaret præsumptio ma-
litiæ restitutionem in integrum petentis, exequu-
tio sententiæ fieret absque cautione aliqua. Quo-
niam contra casum *d. c. suscitata* loquitur, neq; ab
eo allegata eius intentionem probant, & quamuis
hoc ipsum teneat Corn. *cons. ibi allegato*, ipse quoq;
3 sine lege loquutus est. Attamen Boerium saluan-
do dicas, quod quando calumnia seu temeritas est
euidens, & notoria, sententiæ executio cõceditur
absq; aliqua cautione, si vero temeritas restitutio-
nem petentis est velata, & dubia, tunc cautio de
restituendo præstatur ab obtinente executionem
sententiæ, ita multorum firmat auctoritatib. Vi
talis de Gãbanis *tract. clausularũ, clausula nil nouari in
integ. rest. penden.* Sin autem restitutio in integrum
4 petitur † incidenter, seu in forma exceptionis post
executionẽ sententiæ petitam, regulariter execu-
tio nõ differtur, sed sententia debitæ mandatur ex-
secutioni, fallit enim quñ probationes restitutionẽ
in integrum petentis promptæ sunt, & in conti-
nenti offerunt, quia tunc in executione sententię
supersederi debet, Benedict⁹ de Barzis *d. tract. de li-
bell. guarentig q. 21. circa medium. Ant. de Caunario tract.
de execut. instrument. q. 21. in princ. Bart. d. §. condemna-
tum, & expressius ibi Ripa n. 30.* & quando incontinẽti
5 probatio fieri dicatur habes infra. At † si præsum-
ptio malitiæ vigeat contra incidenter petentem
in integrum restitutionem, tametsi probationes
in continenti offerantur, sententia debitæ man-
datur executioni, etiam absq; cautione de resti-
tuendo in casum succumbentiæ, *Ant. de Butr. d. c. su-
scitata. n. 15. & n. 18. & ibidem Abb. n. 8. Imol. d. §. conde-
mnatum vers. circa secundum. vbi Ripa nu. 14. Ias. n. 9.* di-
cens hoc à nemine impugnatum esse, licet ipse
impugnare nitatur, *Gambanus in loco proxime citato
6 n. 6.* Præsumptio † autem militiæ contra petentẽ
restitutionem siue principaliter, siue incidenter
probatur ex probabilibus circumstantiis, *Imol. d. c.
suscitata n. 13. & ibi Io. de Anania in princ. & dixit Bald.
d. l. vnica. C. in integ. restit postul.* quod id ex qualitate
caussæ colligitur, vbi Salic. dixit hoc in iudicis resi-
7 dere arbitrio. Nec † tamen qualibet præsumptio
malitiæ iudicantis animum mouere debet, sed
præsumptiones plures esse debent, & vrgentes, ac
vehementes, prout dicit tex. *in d. c. suscitata.* & ita
notat ibi Ant. de Butrio, Bald. & Abb. & melius
Ripa *in dict. §. condemnatum nu. 30. Ias. num 14. & facit
Felin. in c. cum causam n. 5. de probatio.* Et est quoque
8 notandum, quod † causa in integrum restitutio-
nis per rescriptum principis pendente aduersus rẽ
iudicatam, vt si conceditur restitutio ad appellan-
dum, post transitum in rem iudicatam, executio
sententiæ interim fieri non potest, quinimo exe-
cutione facta reuocari illa per viam attentati de-
beret, postquam enim Princeps causam restitu-
tionis in integrum commisit, totum caussæ prin-
cipalis negotiũ ad se aduocasse videtur, & interim
nihil potest innouari, & facilius restitutio ad ap-
pellandum conceditur quam aduersus sententiã,
Rota decis. 51. de appell. in nouis. & secundum impres-
sionem antiquã *decis. 379. Cassad. decis. 1. n. 5. vt lite pẽ-
dente*, qui dicit hoc esse in obseruantia, quamuis a-
lias contrariũ voluerint domini de Rota *decis. 62.*
& secundũ antiquam impressionem *446. eo. tit. de
appell.* quos sequitur Butr. & Imol. *d. c. suscitata*, &
primam opinionem, de qua *in d. decis.* quod inte-
rim nihil possit innouari, nec executio concedi,
probat Ripa *d. §. condemnatum n. 30. Abb. in d. c. suscita-
ta n. 9. Anton. de Canario. d. tract. de executio. instr. q. 21.*
9 Et † quæ de restitutione aduersus sententiam su-
pra dicta fuere, procedãt etiam in restitutione ad-
uersus instrumentum guarentigiatum, vel alias
publicum, & executionẽ paratam habens, secun-
dum Benedictum de Barzis, vbi supra Antonium
de Cannario *d. tract. de execut. instr q. 21.* & alibi sæpe
per discursum, & probat Bald. *d. l. vnica. Cod. in integ.
restit. postul.* imo magis in executione instrumenti
quam sententiæ supersederi debet, cum executio-
nem publici instrumenti, nullum præcesserit iu-
ditium, per ea quæ allegat Alex. *in dict. l. 4. §. conde-
mnatum n. 10.*

SVMMARIA.

1 *Confessio recepta dotis à marito constante matrimo-
nio emissa, tamquam suspecta ei non nocet.*
2 *Minus nocet creditoribus mariti, & tertiis possessori-
bus bonorum illius.*
3 *Et etiam multo minus nocet, quando renunciatum est
exceptioni non numeratæ dotis.*
4 *Iuramentum assertiuum, seu de præterito non præ-
iudicat, quin maritus, & creditores possint oppone-
re exceptionem simulationis dotis.*
5 *Licet alii teneant huiusmodi iuramentum excludere
exceptionem simulationis.*
6 *Iuramentũ promissoriũ seu de futuro, maritum iurã-
tem obligat, nec contrauenire potest.*
7 *Confessio recepta dotis constante matrimonio ema-
nata, marito & eius heredibus præiudicat.*
8 *Sed & mariti creditoribus anterioribus præiudicat
confessio.*
9 *Siue scieuerint, siue ignorauerint creditores.*
10 *Imo etiam futuris creditoribus confessio recepta dotis
nocet, nisi fraudis coniectura concurrant.*
11 *Fraudis præsumptiones hic enumerantur.*
12 *Quæ in arbitrio iudicis resident.*
13 *Confessio recepta dotis præiudicat, quando concurrunt
inditia numerationis dotis.*

14 In-

14 *Inditium numerationis dotis est, quando vir diu alimenta praestat vxori.*
15 *Vel etiam quando ignobilis nobilem, vel senex iuuenem ducit vxorem.*

QVÆSTIO XCVIII.

1 COnfessio receptæ dotis à marito constante
matrimonio emanata in dubio animo do-
nandi facta præsumitur, & in fraudem legis dona-
tionem prohibentis inter virum & vxorem, idcir-
co non valet, neque marito, tamque à iure suspe-
cta præiudicat, *Soc. in l. 1. n. 101. ff. solut. matrim. Aretin.*
in §. fuerat vbi plene n. 13. inst. de action. Soc. cons. 61. nu. 3.
vol. 1. Gozad. cons. 28. nu. 22. Bolognin cons. 61. in prin. qui
multos adducit, *Ruin. cons. 130. n. 1. vol. 1. & cons. 154. n. 3.*
& seq. vol. 5. Paris. cons. 62. n 5. vol. 1. Bertrand. cons. 133. n.
1. vol. 3. parte 1. Nicolaus Bellon. Casalensis, cons. 47. & 48.
& fere omnes præcitati communem hanc senten-
tiam esse referunt, & hæc procedant, quo ad mari-
tum, & eius hæredes. Quo vero ad Creditores, &
tertios possessores bonorum mariti, minus con-
fessio dotis receptæ constante matrim. emanata
eis præiudicat, neq; habet priuilegia veræ dotis, tã
contra anteriores, q̃ etiam posteriores, causam ta-
mẽ onerosam à marito habentes, quasi quod ad frau-
dandum eos emissa fuerint, *Soc. d. l. 1. nu. 87. ff. solut.*
matrim. vbi cõmunis. Ruin. *cons. 137. per totum. vol. 4.*
Tiraq. de retract. cõuentionali §. 4. Glos. 6. n. 14. vbi mul-
tos ad id allegat, *Bertran. cons. 107. n. 5. vol. 3.* Declarã
3 autẽ † id multo magis procedere, quod confessio non
præindicat Creditorib. & tertiis possessoribus, quã
renũtiatum est à marito exceptioni nõ numeratæ
dotis, *Soc. in d. l. 1. n. 100. & 101. in fin.* dicens ita pluries
consultum vidisse, & se quoq; consuluisse, *Ruin d.*
cons. 130. n. 1. vol. 1. & cons. 154 vol 5. Alex. plene comprobat
cons. 142. in prin. vol. 5. vbi sub n. 4. dixit, hanc conclu-
sionem, tanq̃ verã, & magis cõmunem sum sem-
per solitus sequi legendo, & consulendo, idem et-
iam voluit Gozad. *cons. 28. n. 21. Ias. cons. 32. qui cõmu-*
nem attestatur vol. 3. Bellon. Casalen. cons. 47. & 48. qui
& communẽ refert, imo etiã quãdo iuramentum
4 interueniret in instrumento dotali, † in quo ma-
ritus confitendo dotẽ sibi solutam iuraret omnia
& singula in instrumẽto contenta fuisse, & esse ve-
ra iuramentũ huiusmodi assertiuum, & de præte-
rito nõ validat confessionẽ mariti, tamq; simula-
tã, & possunt tã marit⁹ q̃ tertii possessores seu cre-
ditores simulationis exceptionem opponere, nec
propterea maritus periurii reus argui potest, quia
iuramentũ iurantem nõ obligat in actu simulato,
Soc. d. l. 1. n. 98. & 103. vbi inquit ita pluries cõsuluis-
se, prout vere consulit *cons. 61. nu. 4. & seq. vol. 1.* vbi
magis communẽ esse hanc opinionẽ asserit Go-
zad. *cons. 28. n. 28. Ruin. cons. 137. vol. 4. & cons. 154. vol. 5.*
& vtrobiq; satis ample idipsum cõprobat, & iterũ
cons. 136. n. 3. & seq. vol. 1. vbi magis communem atte-
statur Nicol. Bellon. *d. cons. 47. & 48.* vbi & ipse
5 cõmunem hanc affirmat. Non † desunt tamẽ qui
contrariũ teneant, quod iuramẽtum mariti assertiuũ
in confessione dotis præstitum iurantẽ obligat, &
contra eũ probat veram dotis numerationẽ, neq;
tunc de simulatione instrumentum dotale argui
potest, *vt Campeg. tract. de dote parte 1. q. 52. n. 5.* vbi re-
fert, quod est magis communis opinio, & idem voluit
q. 13. n. 4. aliquid Thomas Parpalia *in l. 2. §. creditum*
n. 3. ff. si cert. pet. Aym. cons. 40. n. 7. Soc. cons. 83 n. 2. vol. 3.
6 *vbi communis.* Aliod † vero quoad iuramentũ pro-
missorium, & de futuro, nam si maritus in confes-
sione dotis receptæ promisit dotem in casu soluti
matrimonii restituere, vel etiam si promittat o-
mnia, & singula in instrumento contenta, atten-
dere, & obseruare, tunc confessio tenet, & iuramẽ-
to obligatur maritus, neq; contrauenire potest
prætextu simulatæ confessionis, *Bald. Nouell. tract.*
de dote parte 10. n. 10. vbi ait contraria opinio nunq̃
mihi placuit, & sæpius vidi consultum in contra-
rium, & ego quoq; consului, & sub *n. 12.* idem repe-
tit, & ita etiam tenuit Io. de Imol. *in c. cum contin-*
gat in primo membro de iureiurando, vt refert Bald. de
Bartholinis *in l. 1. n. 204. sol. mat.* qui dicit hoc esse
verissimum & sæpius vidisse consultum, & ipsum
7 quoq; consuluisse. Contra † principalem conclu-
sionẽ quod confessio dotis constante matrim. à mari-
to emissa habeat priuilegia veræ & numeratæ do-
tis, quando renunciatum est exceptioni non nu-
meratę dotis, vel quando lapsa sunt tempora exci-
piendi, & opponendi de dote cauta nõ numerata,
tenet Bald. *cons. 251. vol. 3.* qui dixit quod hæc opinio
præualet de iure, & de consuetudine, *Cuman. cons.*
31. n. 1. vbi quod ita est communis sententia & practica,
sequitur & alios adducit Tiraq. *de retract. consang. §.*
1. Glos. 18. n. 88. Boer. decis. 330. & pariter in summario
sequentis decisionis, vbi refert hanc opinionem
communẽ, & veram, vel saltem æquã esse, *Affl. decis.*
402. n. 10. vbi ait, quod vera, & cõmunis conclusio
Doct. ita se habet, *Soc. cons. 82. n. 1. vol. 3.* referens quod
est communis opinio, *Paris. cons. 52. n. 39. vol. 2.* vbi &
ipse cõmunem sæpius repetit. Et hæc procedant
quoad præiuditium mariti, & eius hæredũ, cui cõ-
8 fessio receptæ dotis nocebit. Sed † quid de mariti
creditoribus, & tertiis eius bonorũ possessoribus.
Dic quod præiudiciũ illis affert confessio habitæ do-
tis constante matrim. facta, nam & hæc quoq; ha-
bet priuilegia veræ dotis, neq; mulier necesse ha-
bet probare verã dotis numerationem, videl. quã
renunciatum est exceptioni non numeratæ dotis,
vel quãdo lapsum est tempus datũ ad opponendã
exceptionem non numeratæ dotis, tunc namque
anteriorib. creditoribus mulier ex instrumẽto do-
tis confessatæ præferri debet in iis casibus, in quib.
de iure prælationẽ habet, *Bart. in l. assiduis n. 11. C. qui*
potior. in pig. hab. vbi refert ita cõmuniter seruari, *Soc.*
d. l. 1. n. 89. qui refert plures affirmare ita cõmuniter
practicari, & licet contrariũ teneat, nihilomin⁹ a-
liud voluit *cons. 60. n. 1. vol. 1.* pariter ita practicari at-
testãs Bal. Nouel. *tract. de dote. parte 10. n. 17.* vbi quod o-
pinio Bart. *in d. l. assiduis* est cõis. Boer. *d. decis. 330.*
Affl. decis. 402. nu. 10. Bald. de Bartholinis d. l. 1. n. 206. ff. sol.
matr. dicens quod tenenda est opinio Bart. tanquã
communis, & propter eius auctoritatem, & quia
in ambiguis pro dote respondendum est, *Alex.*
cons. 90. num. 5. volum. 3. cum multis pro & contra ibi in
addit. adductis. Aym. cons. 40. nume. 6. communem af-
firmans ex mente Alexandrini *cons. 70.*

9 Et † superius dicta procedant siue sciuerint, siue ignorauerint creditores confessionem mariti, vel lapsum temporis opponendi exceptionem nō numeratæ dotis. Bald. Nouell. vbi supra proxime, *Bald. de Bartholinu in loco proximo citato, Boer. d. decis.* 330. licet data ignorantia creditorum, plerique aliud velint.

10 Imo † etiam quoad futuros seu posteriores creditores confessio mariti probat veram dotis numerationem ad fauorem mulieris, & præiudicium sequentium, seu futurorū creditorum. Nisi in oppositum fraudis coniecturæ, & præsumptiones concurrant, atq; probetur quod maritus dotē habuisse confessus fuerit in deceptionem eorū & animo fraudandi creditores futuros, *Bart. in auth. sed iam necesse. C. de donation. ante nup. Aret. §. fuerat. n. 14. inst. de action. Bald. Nouell. vbi supra proximo n. 17. Alex. in l. 1. nu. 35. ff. solut. matr. Soc. in reg. & fallen. in verbo dotis causa, vltima limitatione Ruin. cons. 130. nu 6. vol. 1. Goz. ad. cons. 28. n. 26. Alex. cons. 86. per totum & maxime n. 1. vol. 7.* vbi magis communiter id teneri refert Soc. *cons. 62. in princ. vol. 1.* vbi cōmunem practicam testatur Aym. *cons. 44. per totum Boer. d. decis 330. & sequent.* Vbi in hac opinione residet, tanquā communi, & æqua, Bellon. Cassalensis *cons. 47. n. 4.* Sunt autem inditia, seu præsumptiones fraudis, quādo tempore cōfessæ dotis vir premebatur magno ære alieno, & sciebat vere vel præsumptione bona sua non sufficere, vel quando incontinenti post confessionem dotis multa debita contrahit, vel quādo confessio dotis fit in summa magna, & viri, & vxoris conditioni non condecēnti, hæc enim vel aliæ coniecturæ articulari, & probari debent, *Soc. in d. l. 1. n. 108. ff. sol. matr Bald. nouell. d. tract. de dote parte 10. nume 13. Bal. de Bartholinu d. l. 1. n. 207. & 209. ff. sol. matr. Ruin. cons. 130. nu. 6. vol. 1. Alex. cons. 86. vol. 7. Aym. d.*

11 *cons. 44.* Quales † autem sint coniecturæ suspitionem fraudis sufficienter arguentes plurimum in arbitrio iudicis residet, qui hoc diuersimode decernere potest ex qualitate coniecturarum, *Soc. in reg. & fall. in verbo dotis causa n. 4. Ruin. d. cons. 130. nu 6. vol. 1. Aufrerius in additione ad capell. Tolos. decis. 339. Io. Bouchus tract. de nuptiis lib. 3. n. 24.* Vtiq; autem pro-

13 culdubio † confessio dotis à marito constante matrimonio emissa præiudicat, & ipsi & eius creditoribus, quando cōfessio habet cōcursum præsumptionis veritatis, & iuuatur inditiis veræ numerationis dotis, *Bald. in rubr. nu 4. C. de priuil. dotis, Bald. Nouell. tract de dote parte 10. n. 15. Soc. cons. 82. num. 3. vbi communis vol. 3. Aym. cons. 40. num. 4.*

14 Sunt † autem inditia veræ numerationis dotis, quando maritus diu præstitit alimenta vxori, *Soc. in reg. & fall. in verbo dotis causa n. 4. Goz. ad. cons. 28 n. 7.* Vbi dicit quod omnes hoc fateotur, idem Gozad. *cons. 42. n. 13.* vbi quod est communis opinio, *Aym. cons. 40. n. 4 vbi communis, Soc. cons. 82. num. 3. vol. 3.* vbi inquit ita alias vidi consultum per doctissimos viros. & licet alias disputatiue contra tenuerim *in l. 1. ff. solut. matr.* tamen in iudicando non est receden-

15 dum à communi opinione. Est † quoq; inditium, quod non animo creditores fraudandi fuit emissa, quando ignobilis ducit vxorem nobilem, vel senex iuuenem, *Glos. in l. si voluntate. C. de dot. promiss. Soc. d. l. 1. num. 120. ff. solut. matr. Thomas Parpalia in lege 2. §. creditum num. 3. ff. solut. matr.* vbi hoc communiter teneri testatur Ruin. *cons. 130. n. 2. vol. 1.* vbi communiter id teneri firmat, licet aliud ibi tenere nitatur, & ad hæc accedant quæ habes supra *recollecta 59. n. 5. 6. & 7.* Quocirca in cōtingentia facti prudēs aduocatus cūcta rimabitur, & veritatē assequetur.

SVMMARIA.

1 *Vsufructuarius inuentarium facere non tenetur.*
2 *Inuentarium facit, qui alieno nomine gerit.*
3 *Vsufructuarius suo nomine vtitur.*
4 *Vsufructuarius descriptionem bonorum facere debet.*
5 *Cautio de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri datur ab vsufructuario si ab herede petatur.*
6 *Vsufructuarius facit fructus suos herede satisdationē non petente.*
7 *Satisdationem vsufructuario remittere potest hæres.*
8 *Etiam tacite non petendo.*
9 *Vsufructuarius cauere tenetur immobilia vt extabūt finito vsufructu restituere.*
10 *Idemque de bonis se mouentibus, atque de rebus pretiosis iudicatur.*
11 *De bonis mobilibus functionem recipientibus in genere suo satisdat vsufructuarius de æstimatione restituenda.*
12 *Vestimenta lanea & linea æstimantur, & cauetur de æstimatione restituenda.*
13 *Pro vestimentis pretiosis cauetur de illis restituendis prout extabunt.*
14 *Pro suppellectilibus facile non consumptibilibus satisdatur, quemadmodum de immobilibus.*
15 *Vestes subtiles æstimantur, dolia grossiora immobilibus comparantur.*
16 *Pro vasis domesticis satisdat vsufructuarius de æstimatione restituenda.*
17 *Et in iis iudicis arbitrium plurimum valet.*
18 *Æstimatio relationem habet ad tempus constituti vsufructus.*
19 *Vsufructuarius si fideius. non inueniat statur eius iuratoriæ cautioni.*
20 *Nisi postea appareat bona dilapidare.*
21 *Qui propter malos eius mores fideiussores non inuenit, non admittitur ad iuratoriam cautionem.*
22 *Forma satisdationis hic remissiue ponitur.*

QVÆSTIO XCIX.

1 VSusfructuarius † inuentarium conficere non tenetur, *Alex. cons. 58. num. 10. vol. 3. Paris. cons. 21. num. 6. vol. 2. Paulus de Monte pico in repet. leg. Titia cum testamento §. Titia cum nuberet nu 142. & 147. ff. de l. 2.*

2 Quia † inuentarium conficere tenetur, qui alieno nomine negotia gerit, gestorumque rationem reddere compellitur, *l. tutor qui repertorium ff. de adm. tut. Bart. & Alber. in l. 1. §. officio de tutel. & ratio. distra. Dec. cons. 192 in princ.*

Vsufructuarius vero suo nomine, negotiumq;

3 suum † gerit & procurator in rem suā esse dicitur, ideirco inuentarium facere cogendus nō est, *Paul. de Castr. in l. enim ad quem. Cod. de vsufruct.* hinc Bart. Bald. & Salic. *in rubric. C. de vsufructu,* dicunt vsufructuarium dominium habere respectu vsusfructus probat Soc. *cons. 1, n. 14. vol. 4. Boer decis. 61. n. 6. 1. parte.*

At

4 At vero descriptionem bonorum vsufructuarius facere teoetur, vt facilior sit proprietarii probatio, si bona mobilia subtrahat, vel immobilibus abutatur contra formam cautionis de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, per ea quæ adducit Boer. *d. decis. 61. num. 6 allegens tex. leg. 1. §. recte. ff. vsufructu quemadmodum cau.* ex quo textu colligit hanc differentiam iunctis aliis per eum adductis. Cautio enim de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, suum sortiri non potest effectum, quin fiat descriptio, alioquin sciri non posset ao vsufructuarius abuteretur bonis ipsis, & caotio non releuaret, oec per eam esset consultum hæredi, *Alex. cons. 58. numer. 80. volum. 3. Paulus de Monte pico dict. §. Titia cum nuberet num. 142.* vbi ait, quod descriptio est oecessarium antecedens cautionis de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.

5 Quam vtique † cautionem vsufructuarius præstare tenetur, si ab hærede illa petatur, nam non tenetur eam offerre, sed petenti moram non facere, *leg. 1. Cod. de vsufruct. vbi hoc not. Ang. & alii. idem firmat Bal. in leg. hac edictali §. hu illud. Cod. de secund. nupt. Dec. cons. 607. & 608. & plene Maria. Soci. iun. cons. 72. num. 8. volum. 2.*

6 Hinc † est quod fructus perceptos vsufructuarius facit suos quando hærede sciente, & cautionem noo petente vtitur & fruitur, *Soc. cons. 181. circa fin. volum. 1. Bellonus Casalensis cons. 34. num. 4 Papiens. in libello pro legato rei singul. in princ. numer. 56.* estque communis sententia secundum Soc.

7 Satisdationemque ab † vsufructuario debitam, eidem remittere potest hæres, testatori vero id à iure prohibitum est, ne delinquendi præbeatur occasio *Glos. in d. l. 1. Cod. de vsufruct.* quam ibi sequuntur Odofr. Cyn. Bart. Salic. & reliqui, atque sicuti expresse hæres hoc potest, ita etiam tacite non petendo, *Bald. in leg. 1. in fin. C. de vsufruct. & in l. 1. num. 22 C. de his quæ pœn. nom. Ias. in leg. nemo potest num. 95. ff. de leg. 2. Ripa ibidem num. 41. vbi communem testatur.*

8 Vsufructuariusque dupliciter cauere tenetur, primo de vtendo, & froendo, arbitrio boni viri, secundo de re restituenda finito vsufructu. Quoad † secundam cautionem in qua difficultates so-
9 lēt excitari. Dic quod ea diuersimode datur, secūdum diuersam bonorum qualitatem, aut enim sunt bona stabilia, & caueri debet de eisdem restituendis, vt extabunt tempore finiti vsufructus, salua rei substantia, *dict. leg. 1. ff. vsufruct. quemadmodum cau. Specul. tit. de diuersis cautionibus num. 11. Alex. cons. 58. num. 6. volum. 3.* & alii quoque de quibus in-
10 fra. Aut sunt † bona mobilia, quæ ipso vsu non coosumuntur, vt oues & boues, & alia, se mouentia, vel vasa aurea, & argentea, & cætera huiusmodi, vt torques, gemmæ, annuli, & his similia, & debet caueri de eisdem restituendis, prout extabunt finito vsufructu, quia eorum substantia vsu non perit, & de iis iudicatur, vt de immobilibus ad effectum satisdationis præmissæ, *leg. si vasorum vbi Glos. & Odofred. probat ff. vsufruct. quemadmodum caueat. Specul. vbi supra n. 11. Soci. cons. 9. num. 3. volum. 4. Abb. c. fin. de pignor. num. 3. Ant. de Butr. num. 15.*

11 Aut † sunt bona mobilia, quæ ipso vsu statim coosumuntur, vt frumentum & cætera blada, vinum, oleum, pecuoia, & alia huiusmodi, quæ fuoctionem recipiunt in geoere suo, & hæc debent æstimari, vel pecunia oumerari, & caueri de restituendo æstimationem, vel tantundem in genere suo, & est alternatiue cauendum de æstimatione reddenda, vel idem in genere suo eiusdem qualitatis, & bonitatis ad electionem fructuarii, *leg. si tibi. ff. de vsufru. earum rerum quæ vsu consumuntur, Specul. vbi supra n. 12. Aret. in §. constituitur. inst. de vsufruc. Abb. dict. c. fin. n. 3. de pig. vbi & Imol. sub num. 123.* Aut sunt bona mobilia, quæ appellantur suppellectilia, seu massaritiæ domus, & est
12 quæstio dubia, inquit Soc. *d. cons. 9. in princ.* Aut † igitur sunt vestimenta lanea, & linea, & huiusmodi quæ vsu facile consumuntur, & modico tempore sunt duratura, & ista debent æstimari, & caueri de æstimatione restituenda *Azo in summa. C. de vsufruct. Bald. cons. 237. P. æstuccius volum. 5. Soc. d. cons. 9. num. 2. & in fine consilii, Alex. d. cons. 18. numer. 6. volum. 3. Plot. in repet. leg. si quando §. 26. num. 8. Cod. vnde vi, vbi communis.*

Et pro his quæ vsu consumuntur, & non recipiunt in suo genere functiooē cautio debet præstari de æstimatiooe tantum restituenda, non autem alternatiue de æstimatione reddeoda, vel de aliis eiusdem qualitatis, & ita videtur de mente Soc. *dict. cons. 9. numer. 2 volum. 4.* & expresse voluit Specul. *tit. de diuers. caut. num. 12. & 18.* expressius Imol. *d. c. fin. num. 23. de pignor.* licet Aret. *d. §. constituitur* aliud velle videatur, non tamen ab opinione Speculatoris, Socini & Imolæ est recedeodum ob eorum auctoritatem.

13 Aut † sunt vestimenta de serico, & preciosa, & hæc inter ea connumerantur, quæ vsu longo cōsumuntur, idcirco tantum cauetur de illis restituendis, prout extabunt, Io. de Anan. *d. c. fin. nume. 7. de pignor.* quod secundum personarum, qualitatem verum esse declaratur, nam in personis illustribus qoæ fere quotidie, & familiariter vtuntur vestibus, de veluto, siue de serico, eas connumerarē inter ea quæ vsu breui consumuntur, & idcirco caueri debere de eorum æstimatione reddenda, secus autem in aliis personis quæ vestibus huiusmodi vtuotur tantum festis diebus ac solemoibus, quia tunc opiniooem Ananiæ admitterem rationibus de quibus supra, & confirmant in casu simili, *Affl. decis. 315. num. 3. Capra cons. 135. numer. 16.*
14 Aut sunt suppellectilia † quæ vsu facile non consumuntur, sed longo tempore vtendo veterascunt & minuuntur, vt vestes longo tempore duraturæ, quales sunt sceoicæ, vel alias ad publica spectacula deputatæ, vel etiam tapeta, & his similia, & hæc æstimari non debent, cum cautione de æstimatione reddenda, sed pro his vt de immobilibus satisdatur de restituendo prout extabunt, & hoc allegatur tenuisse Florianum, quem sequnotur Card. *d. c. fin. octaua quæst. de pignor. Imol. ibidem nume. 24. Barbatia num. 11. & 12. Io. de Anania num. 7. Abb. nu. 3. Soci. d. cons. 9.* & eandem sequor opinionem, ex textu iuncta Glos. ibi *d. §. constituetur*, quæ distio-

guit veſtes temporales ab his, quæ perpetuo durãt, inſuper confirmat Iaſ. *in l. ſed et ſi quid. §. at ſi veſtimẽtorum. ff. de vſufruc.* qui de ſcenicis veſtib. loquitur, quaſi quod aliud ſit in veſtibus temporalibus, ſeu quæ breui tempore conſumuntur, & hac ſententia inclinare videtur Alex. *d. conſ. 58. n. 6. vol. 3.* Quod
15 autem † Alex. *d. conſ. 58. n. 7.* inquit vegetas æſtimãdas eſſe, & ſimpliciter ſequitur Ruin. *conſ. 51. n. 9. vol. 2.* intelligendum eſt de ſubtilibus, ſeu quæ breui veteraſcunt, ſecus in doliis quæ multa groſſitie conſtant, & longiſſimo tempore conſeruari ſolẽt, quia immobilibus æquipatantur quoad cautionẽ
16 hanc, prout ita diſtinguit Soc. *d. conſ. 9. in fine.* Aut † tunc vaſa domeſtica, quæ vſu conſumuntur, ſeu minuuntur, & veteraſcunt, pariter ſit æſtimatio, & cauetur de æſtimatione cum deſierit vſusfructus reſtituenda, *leg. ſi vaſorum in princ. iuncta gloſ. ff. vſufruct. quemadmodum cau. Soc. dict. conſ. 9. circa fin.* & hoc de vaſis domeſticis & familiaribus, quibus ad quotidianum vſum vtimur intelligendum eſt. Sed & aurea argenteaque vaſa illuſtrium ac nobilium perſonarum ad vſum domeſticum deputata, quæ ob frequentem earum vſum, nedum afferuntur, ſed etiam conſumuntur, & pereunt, æſtimari debent, & de æſtimatione reddenda caueri, attenta tamen ſemper vaſorum qualitate, an breui vel longo tempore ſint conſumptibilia,
17 & in hac ſupellectilium diſtinctione † plurimum iudicis arbitrium operari debere cenſeo, qui conſultis peritis quædam vſu breui conſumptibilia, quædam vero non conſumptibilia reſpondet, & ſic illa æſtimãda decernet, prout etiam ita voluiſſe videtur *Soc. conſ. 9. ſupra ſæpe allegato in fi.*
18 Et † quoties de æſtimatione reſtituenda agitur attenditur tempus conſignati vſusfructus, *Aut. d. §. conſtituitur. n. 3. Alex. d. conſ. 18. n. 6. vol. 3.* & alii qui ſupra relati ſunt *ſub n. 12.* hac eadem recollecta. His ſic explicitis alia occurrit difficultas, an vſufructuarius qui ſatiſdare tenetur de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de re reſtituenda proprietario finito vſufructu, ſi fideiuſſores non inueniat, an vſufructu carere debeat, an vero iuratoriæ cautioni ſtandum ſit, & varia extant prudentum reſponſa, ita vt Ang. *conſ. 91. numer. 4.* dixerit, quod adhuc ſub iudice lis eſt, & prima extat opinio, quod iuratoria cautio ſit admittenda, ſecunda habet quod bona ſequeſtrantur, & de fructibus fructuario reſpondetur. Tertia eſt opinio, quod proprietarius certum quid nomine fructuum fructuario promittat, & bona poſſideat, quarta ſi ſatisdare non poteſt, ſibi vſufructus aufertur.

19 Quinta, † & vltima quod ſi perſona vſufructuarii eſt ſuſpecta de dilapidatione bona ſequeſtrantur, ſin autem ſit fide digna, ita vt eius Sacramento veriſimiliter ſit credendum, ſtatur iuratoriæ cautioni. Et hanc vltimam opinionem vt plurimum ſcribentes approbare videntur, quam ſequuti ſunt Bart. & poſt eum Ang. & Paul. de Caſtro *in d. leg. vſufructu conſtituit. C. de vſufruct.* & *notant in cap. fin. de pignor.* Ant. de Butr. Abb. Imol. & Henricus Boich & idem firmant *in §. primo. inſt. de vſufructu Io. de Palsea, Chriſt. Poreus, & Ioannes Ferrarius, Abb. conſ. 43. num. 3. volum. 1. & melius Ang. dict. conſ. 91. ſancta Carmelitarũ n. 4. plene Bertran. conſ. 318. per totum vol. 2. parte prima. & idem etiam ſenſiſſe videtur Ruin. conſ. 51. nu. 8 vol. 2. Delect. de arte teſtandi tit. de variis teſtatorum præceptis cau. prima in fine*, & hanc ſententiam omnes ſupra relati benigniorem, & æquiorem eſſe fatentur, & puto eam communiorem, quicquid dixerit Bertrand. *conſilio 142. numer. 16 volum. quinto.* vbi dixit, quod videtur communis opinio, quod ſi fructuarius non poſſit inuenire fideiuſſorem, vſufructu priuetur, tu contrarium tene, quoniam ex numeratione Doctorum clare conſtat opinionem Bart. eſſe communiorem, & dura ſane ac rigoroſa nimis ſententia foret, quod ob paupertatem ſatiſdare non valens, vſufructu priuetur, & Bart. opinio maximam habet æquitatem ſecundum præallegatos.

20 Quæ † tamen opinio procedat, niſi poſtmodum appareat vſufructuarium bona conſumere vel dilapidare, tunc enim priuatur commodo iuratoriæ cautionis, ad quam fuit admiſſus, & bona ſequeſtrantur fructibus vſufructuario reſeruatis, ſicut firmant Canoniſtæ fere omnes præallegati *in dict. cap. fin. de pignorib.* & præter eos, quidam alii
21 ex ſupra relatis. Et † perſona ſuſpecta dicitur, neque eius iuratoriæ cautioni confidendum, quando propter malos eius mores fideiuſſores non reperit, *Bald. in auth. rei relictum numer. 9. Cod. de ind. viduitate tollen.* & poſt alios idem ibi Iaſ. firmat
22 *n. 8. Bellon. Caſalen. conſ. 54. n. 5.* Formam † vero ſatiſdationis quæ vna cum deſcriptione facienda præſtari debet, ponit Bertrand. *conſ. 162. nu. 7. vol. 3. parte 2. & iterum conſ. 162. num. 6. volum. 5.*

S V M M A R I A.

1. *Fructus pendentes dicuntur, qui maturi ſunt.*
2. *Et ideo inter mobilia aſcribuntur.*
3. *Fructibus immaturis exiſtentibus tempore retrouenditionis conſignatio fundi differtur.*
4. *Fructus etiam immaturi pendentes dici poſſunt.*
5. *Quod verum eſt, quando fructus creari inceperunt.*
6. *Redimens fundum fructibus immaturis ſatiſdat de illis reſtituendis.*
7. *Frumentum fructus non dicitur dum eſt in herba.*
8. *Fundum redimens dum fructus eſt in herba tenetur retrouendenti ad expenſas in eo factas.*
9. *Frumentum in ſpica adhuc vacua non dicitur frumenti fructus.*
10. *Frumentum plenum in ſpica venit in reſeruatione fructuum pendentium.*
11. *Stipula frumenti & ſtramẽ dicitur frumenti fructus.*
12. *Fructuum pendentium reſeruatione non facta diuiſio ſit pro rata temporis.*
13. *Fructuum diuiſio fit à tempore quo emptor fundum colere incepit.*
14. *Frumenti in herba emptor dubius eſt euentus recollectus proximi, tuta conſcientia emit, ſi certa eſt penuria ex probabilib. coniecturis emptor eſt vſurarius.*
15. *Declaratur vera diſtinctio præmiſſa. quando quis emit frumentum ex certo prædio, at ſi in genere procul dubio vſurarius dicitur.*
16. *Hac in foro exteriori procedunt, in foro pœnitentiali quilibet ſuæ conſcientiæ relinquendus eſt.*

QVÆOT.

QVÆSTIO C.

1 FRuctus tẽpore retrovenditionis in agro exi-
ſtẽtes,aut ſunt maturi,& proximi recollectitii
& pendere dicuotur, retrouendentis commodo
cedunt,qui cum reſeruatione ſructuum penden-
tium retrouendere promiſit. *l. ſi pendentes in princ.
ff.de vſufr.*& exemplificat ibi Ang. cũ tempus meſ-
ſis inſtat,vel vindemiæ.Idemque tenet Io.Fab.*inſt.
de rerum diuiſ.§.ſi quis à non domino n.6.Chriſtoph. Por-
cius ibi n.5.Dec.conſ.472.n.5.Soc.conſ.100.volum.1.Pariſ.
conſ.40 n.7.cum ſeq.vol.1.Tiraq.qui alios citat de retract
2 conſang.§.1.gl.7.n.44.& de leg.connub.gl.2.n.11.*Vbi †
maturi fructus non ſunt pars fundi, ſed inter mo-
bilia numerantur. Quia habitu,& potentia à ſolo
ſeparari breui ſperantur, licet non actu ſeparati
ſint.Ad præmiſſa quoque facit tex.*in l.& quæ nondũ
3 ſunt in princ.ff.de pign.*Et † fructibus immaturis exi-
ſtentibus tempore retrovenditionis non tenetur
fundum retrouendens,illum tradere,poſteaquam
fructus petere,ſed fundi conſignatio differri de-
bet quouſque fructus percepti & exacti ſint, *vt eſt
tex.mulcta gl.in verbo reddet in l.diuortio.§.interdum. ff.
ſol.matr.*Quam ſcribentes omnes ſequuntur,vt A-
ret.ibi ait,& idem per ſolam illã gl. voluit *Tiraq. de
4 retract conuent.§.5.gl.5.*Aut † fructus ſunt immatu-
ri,& ii quoque pendentes dici poſſunt. *per tex.in d.
l.diuortio.§.interdum.ff.ſol.matr.*Vbi fructus ſtantes,
qui in fundo dotali exiſtunt ſoluto matrimonio
mulieri cum ipſo fundo reſtituuntur præſtita cau-
tione de fructibus viro reſtituendis, & quod de
fructibus cautione præſtita ibi deciditur,intelligi-
tur de fructibus immaturis,vt ibi expreſſe firma-
runt Alb.Bald.Ang.Paul.Aret.Soc.& Iaſ. & eſt ex
mente gloſſæ & Bart.ibidem,& idem voluit Ioan.
Copus Pariſienſis *tract.de fructibus lib.1.titul.2.cap.1.
& 6.*

5 Fructus † vero immaturi tunc pendentes dici
debere exiſtimo,quando creari ſeu formari ince-
perunt,tunc enim eſſe,& ſubſtantiam habere in-
cipiunt,& pendere dici poſſunt, ante vero quam
ſuæ formæ,vel creationis initium habeant eſſen-
tia carent,idcirco pendere tunc dici non poſſunt,
quia nõ entis nullæ ſunt qualitates,& videtur eſſe ex
mente Io. Cop. vbi ſupra. ex quibus ruſticorum
ſententia confunditur,qui dicunt de menſe Mar-
tii frumentum eſſe in fructu,atque pendere,quod
verum non eſt,niſi tempore quo cortice grani de-
tracto,eoq; denudato apparet granum inceptum
eſſe creari,atque formari..

6 Et † quando emptor ſundum ex pacto retro-
uendere cogitur,fructibus immaturis in agro pẽ-
dentibus,tunc redimens cauet de fructibus ven-
ditori reſtituendis maturitatis tempore, ſecundũ
terminos *d l.diuortio §. interdum.* prout ita nuncu-
patim voluit Tiraq.*d.tract.de retract.conuent.§.5 gl.
5.*Ad quorum intelligentiam facit parabola Salua-
toris apud Marcum *cap.4.*vbi ait: terra fructificat
primum herbam,deinde ſpicam, deinde plenum
frumentum in ſpica,itaque triplici diſtinctionis
membro rem hanc Saluator perſtringit,quæ licet
ſenſum miſticum habeat in ſenſu literali,propoſi-
tæ quæſtioni optime congruit.

7 Quoad † primum herba ex frumento germina-
ta dici non poteſt pendere neque frumenti fru-
ctus eſſe,quia Saluator herbam poſuit, vt quid di-
uerſum à fructu,cuius ratio adduci poteſt, quod
frumentum nondum eſt in rerum natura, neque
in re,neque in ſpe proxima,*l. nec emptio. ff. de con-
trah.empt.*Quo circa id quod non eſt, pendere dici
nõ poteſt,neq; retineri ab eo qui retrovendit,*arg.
notatorum in l.1.§.cum prædium in gl.mag.ff.de pignorib.
l.Paulus §.1.& l.potior §.ſi de futura.ff.eod.& per ea quæ
ſup.n.5.*

8 Redimens † tamen fuodũ frumento in herba
exiſtente tenetur retrouendenti ad expenſas ab eo
in prædii cultura ſactas, quoniam retrouẽdentis
opera precioſior fundus effectus eſt, quare non
debet cum aliena iactura locupletari.*§. quod ratio-
ne cum duobus præcedentibus & tribus ſequentibus*, &
quod ibi notant Aret.Portius,& Ioannes de Pla-
tea *inſtit.de rerum deciſ.*Suntque expenſæ quæ refi-
ciendæ veniunt,valor frumenti,vel alterius gene-
ris bladi pro ſemine in terram proiecti,atque æſti-
matio,etiam culturæ in agro adhibitæ,*vt eſt tex. in
§.certe.inſt.eod.tit.*

9 Quod ad † ſecundum diſtinctionis membrum,
cum herba ſpicam emittit,ſi quidem ſpica eſt fru-
mento omnino vacua, quia nondum granum
concipere inceperit,tunc quoque frumentum in
fructu eſſe,& pendere dici non poteſt,neque à re-
trouendente retineri, quia frumentum à fruen-
do, hoc eſt, veſcendo denominatum eſt, *ſecun-
dum Iſidorum lib.ethymologiarum 17.*refert Berchori-
as *in reductorio morali lib.12.cap.39.* Igitur ſi illo frui
non poſſumus, frumentum appellare nequimus,
vt ait textus.*in l.frugem.ff.de verb.ſignificat.* Vbi di-
citur frumentum eſt quod ſpica in ſe tenet,ergo
quandiu ſpica nihil in ſe tenet,frumentum extare
dici non poteſt,tum etiam quia virga ſeu germen
ſpicam emittens adhuc tenerum eſt, quare poti-
us herba dicitur, & herbæ magis accedit, quam
fructui,vt eſt textus *in l.certe.Digeſt. arborum furtim
ceſarum.*

Cum autem ſpica incipit granum frumenti
creare,ex tunc frumentum extare,& in rerum na-
tura eſſe,atque retrouendentis commodo cedere
dicitur,quia tametſi fructus ſit immaturus & fruĩ
illo non poſſumus, nihilominus pendere dicitur
ſaltem potentia actui proxima, quæ habetur pro
actu,vt multis probat ſimilibus Iaſon. *in dicta leg.
diuortio.§.interdum num.15.& ſequentibus.ff.ſolut.ma-
trimonio.*

10 Quoad † tertium diſtinctionis membrum,
cum frumentum eſt plenum in ſpica,omnis pror-
ſus ceſſat hæſitatio,quod in reſeruatione fructuũ
pendentium venit frumentũ, cum eſt maturum
vel maturitati proximum,quandoquidem fructꝰ
de proximo recolligendi habẽtur pro recollectis,
11 *Bar.& alijs in d.§.interdũ.*Sed quod de palea frumẽti
ordei vel alterius id generis bladi quod ſecutũ ſit,

L 4 dic,

dic quod est in fructu,& ad eum spectat ad quem
frumentum ipsum. *l. si vsufructuarius messem.ff. quib
modu vsufructus amittatur.Roman.sing.549.cum ibi ad-
ditis.Alb.in dictionario,verbo fructus.* stipulam vero
quæ post messem excisam terræ hæret inter quam
creauit herba, ita vt ad vsum straminis esse possit,
in reseruatione fructuum pendentium compre-
hendi censeo,quia stramen excisum fructum iu-
mentis affert. Nec obstat quod fructus,quandiũ
terræ hærent,dicuntur pars fundi neque iudican-
tur vt quid separatum ab ipso fundo. *l. fructus pe-
dentes.ff.de rei vind.l.finali.§.pen.ff. quæ in fraudem cre-
ditorum,* quoniam reseruatio fructuum à contra-
ctibus conuenta obiectum tollit, eo quod proui-
sio hominis facit cessare prouisionem legis,*l.fi. C.
de pact.conuent.* ex quibus sequitur, quid quamdiu
natura granum frumenti formare non inceperit
fructus pendentis appellatione contineri nequi-
bit,&non solum ad frumentum, sed ad oẽs fruct⁹
aridos,& liquidos,quos terra ꝓfert eadẽ saluatoris
distinctio conuenire põt,nempe ordei, fabæ alio-
rumque leguminum principium habeant in spi-
cis,vel siliquis vel thecis & ex tunc in reseruatione
illius,qui retrovendit comprendi iure possunt. At
12 si †pactum de retrouendendo fuit simpliciter in-
terpositum absque reseruatione fructuum pen-
dentium,& tunc pro rata temporis inter vendito-
rem,& emptorem fructus distribui debent, vt vo-
luit Raphael Cuma. *in l.qui Roma.in princ.ff.de verb.
obl.& in l.diuortio.in princ.ff.sol.matr.* quem sequun-
tur post alios Soc.ibidem *n.20.*& Ias. *in finalib. ver-
bu,* q̃ licet in contrarium faciat tex. *in l.2.C. de pact.
inter empt.& vend.*& alii concordantes quos addu-
cit Alex. *in d.l.qui Roma n.10.* tenentes venditorem
prædii,qui illud redimit integros fructus lucrari,
& sibi quærere, attamen opinionem Cumani æ-
quiorem,& tutiorem esse testantur,& Soc. *sub n.10.*
Cumanum sequitur & genitorem suum consuluis-
se,& in iudicando se respondisse refert in quæsti-
one facti,& ibi quoque Ias. æquiorem,& tutiorem
asserit, eandem insuper opinionem probat Cagn.
in repet.d.l.2.n.45.C.de pact.inter empt.& vend. dicens
quod omnes fatentur æquam esse, & sequitur ibi
Gozad. *num. 130.*& late comprobat Tiraq. *tract. de
retract.conuentionali §.5.gl.4.à princ.vsque ad num.7.&
Petrus de moncada in add.* ad Gozadinum, licet con-
trarium teneat,communem esse modernorum o-
13 pinionem fatetur. Et † in distributione temporis
initium anni sumi debet non à die contractus,sed
à tempore, quo emptor colere incepit fundum,
vsque ad tempus perceptionis fructuum. *Soc.in d.l.
qui Roma n.20.Gozad.d.l.2.n.130.* Quæ tamen tempo-
ris diuisio diuersimode fieri debet, secundum di-
uersam fructuum qualitatem, vno namque modo
fieri debet si sunt poma in agro recolligenda, alio
modo si sit olearum fructus,alio si sunt terræ ma-
gesaticæ,vel silua cædua,vt præter Soc. & Gozad.
proxime relatos habetur *decis.Perusina 79.par.2.* ad
quam te remitto,sed præmissis aduersatur Franc.
Zoannetus Bononiensis dudum præceptor meus,
*tract.de empt. & vend.sub pacto retrouendendi n. 137.&
sequent.* vbi Cumani sententiam destruit, & nullã
diuisionem fructuum admittit, tenens quod [illegible]
tempore,& in eodem statu quo res vendita fuit,
eodem modo redimenda est, vt si fundus plenus
fructibus venditus fuit, plenus redimi possit, si va-
cuus itidem vacuus redimi debet, quod satis rati-
onabile esse videtur, nihilomin⁹ ab opinione Cu-
mani ne recedas, quæ tantorum patrum auctori-
tate munita est communiterque recepta, Zoanetti
vero sententia singularis est.

14 Ad †materiam eorum quæ præmissa sunt expe-
dit illos admonere, qui frumentum in herba eme-
re solent, ne in vsuræ peccatum incidant. Proinde
si quæratur, an & quando id licite fieri possit. Dic
quod qui anticipate pro certo precio actualiter
soluto emit frumentum, vinum, oleum, vel alteri-
us cuiuscuque generis fructus in recollectum pro-
ximo venturos, si quidem tempore solutionis pre-
cii dubium erat, an tempore recollectus futura e-
rat penuria, vel vbertas, ita vt maius, vel minus
pretium tempore messis, vel vindemiæ esse possit,
excusatur emptor ab vsuraria prauitate propter
dubium euentum, quia forsan precium diminutũ
erit, ab eo quod ipse dedit, etenim de futuris con-
tingentibus non est determinata veritas. Sin au-
tem certum est certitudine coniecturali, & verosi-
mili, quod tempore recollectus fructuum preciũ
anticipate solutum augebitur, secũdum commu-
nem opinionem, & cursum regionis, qui in huius-
modi attendendus est abstinendum est, alias em-
ptor vsurarius deprehenditur, nam & si quandoq;
contrarium eueniat hoc non inspicitur, sed id q̃
frequentius accidit, *Host. in summa de vsur. §.in aliquo
casu.Innoc.in c.in ciuitate.eod.tit.Abb.in c.per illum text.
eodem tit.& ibi Ioan. de Anan.* vbi satis ample scribit
Henricus Bohic. *in d.cap.in ciuitate,*& alii Canoni-
stæ sequuntur, & in idem conueniunt Theologi,
vt Sotus de iustitia & iure *lib.6.q.4.art.2.* Io. Medi-
na *tr.de rebus restit.tomo 2.q.38.vers.corollarie sequitur.*
Beatus Anton. *2.par.tit.2.c.23.§.16.* ibi ait, quod qui
sic mercantur peccant contra proximum, & con-
tra communitatem, quodque huiusmodi lucrum
ex argumento precii superlucratum de consilio,
pauperibus est erogandum, & tenet Henricus Bo-
hic. *d.c.fi.n.10.* superlucratumque appellatur turpe
lucrum à canone, vt habetur *14.q.4.c.quicunq; tem-
pore messis.* Ex quibus concludendum sequitur,
quod cum agri sunt fructibus pleni, & parum di-
stant à tempore messis, vel vindemiæ vel olei, ita vt
per inspectionẽ agrorum penuria futura cogno-
scitur, tunc qui præsente pecunia emunt fructus
precio vili ab eo, quod verosimiliter futurum est,
in peccatum vsuræ versantur, ac si longe ante tẽ-
pus messis, vel vindemiæ fructus mercantur, hoc
est hyberno tempore, quo omnino incertum est
de vbertate, vel penuria ventura, tunc emptor tu-
ta conscientia emit. Superiusque dicta declaran-
tur vera esse, quando emuntur fructus ex certo
venditoris prædio colligendi, at si in genere quis
emit tot corbes frumenti, vel tot amphoras vini,
vel olei in proximo recolligendi, tunc manifestus
est vsurarius. Quia genus perire non potest, & nul-
lum subit emptor periculum dubii euentus *leg.si
in-*

emptor.ff.de contrab.empt.l.cum certus.ff.de tritico,vino oleoque legato. Annania d.c.fi.n.27. Aug. in verbo vsura n. n.45.Saluest.vsura 2.n.10.

16 Rursus hæc quæ dicuntur in foro exteriori procedunt,ceterum in foro animæ emptores sic fructus in berba ementes relinquendi sunt consciẽtiæ suæ,an lucrum vsurarium intendant deprauatamque intentionem habeant, cum cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari, *d.c.in ciuitate,vbi casus iunctu ibi notatu in d. cap.fin. de vsuris.*

S V M M A R I A.

1 *Parentes paterni, & materni defuncto filio æqualiter succedunt secundum vnam opinionem.*
2 *Secundum aliam in bonis ex linea paterna præferuntur parentes paterni, in quæsitis ex linea materna parentes materni succedunt.*
3 *Primam opinionem plerique sequuntur.*
4 *Secunda ratio communior est.*
5 *In successione inter fratres, & fratrum filios, vtroque latere coniunctus excludit vno tantum latere coniunctum post eos vinculi duplicitas non prævalet.*
6 *Et in bonis vndecunque quæsitis proximitas sola prævalet.*

QVÆSTIO CI.

1 ARdua est quæstio, qualiter parentes paterni ac materni succedant defuncto filio filiæve, in qua duæ reperiuntur opiniones. Quarum vna est Bal. *in l. quod sciris. §.si autem n.4.C. de bonis quæ liberis, & in auth. defuncto n.3. C.de senat. cons. Tertull.* vbi tenuit quod pater & mater vel auus paternus, & maternus æqualiter filio seu nepoti defuncto ab intestato succedũt, paternis quidem dimidia, maternis vero alia dimidia delata, *per tex. in dicta auth. defuncto,* vbi distinctio fit solummodo graduum ita quod secundum gradus prærogatiuam succedant, non autem fit distinctio rerum & bonorũ, ideoque in bonis vndecumque ad filium vel nepotem peruentis, siue à linea paterna, siue à linea materna pariter ab intestato succedunt parentes paterni, & materni.

2 Altera est opinio Bart. *in auth. itaque n. 2. C. communia de successionibus, & in l. post dotem. in vltimis verbis ff. sol. matrim.* vbi tenuit quod parentes ex parte patris præferuntur in bonis filio, aut nepoti quæsitis ex genere patris, & parentes ex parte matris præferuntur in bonis quæsitis ex linea materna, vt vnde bona discesserunt, reuertantur quasi ad pro-
3 prium fontem. Et primam Baldi opinionem sequitur Corn. *in d. l. quod scitis,* vbi post longam discussionem per quatuor columnas & vltra cum ea residet, quam etiam tenuisse allegat Dyn. Cyn. & Rainerium de forliuio, dicens quod in practica hæc pars est sequenda, & quod ita consultum vidit, & consilium sequutus fuit, quam ipse quoque plene confirmat *cons. 94. à n. 9. vsque in finem consilii. vol. 1.* & cum opinione Bal. simpliciter transit Papiens. *in forma libelli,* pro hæreditate ab intestato delata in gl. nullisque *n.23.* & simpliciter etiam sequitur Nicolaus de Vbaldis *tract. de success. ab intest. in 2. part. n.4.* & in puncto iuris veriorem hanc opinionem esse testatur Bald. Nouell. *tract. de dote par. vlt. n.50.* & pro ea consuluerunt vterque Raphael Cuman. & Fulg. simul cum Antaldo de Mutina inter cons. Cumani, *cons. 123. per totum,* & idem Bald. *cons. 31. vol. 2.* vbi communiter hoc teneri refert, plene Aym. *cons. 176. vol. 1.*

4 Bartoli † vero opinionem tenet Mathesil. *tract. de success. ab intest. 1. memb. secundi art. principalis n. 7. & ibi Bologn. in addit. sequitur Antonius de Rosellis tract. de success. ab intest. num. 88.* dicens quod hæc opinio habet æquitatem, & eandem Bartol. opinionem sequuntur & comprobant *in d. l. post dotem,* Rom. & plenius Ias. vbi dixit, quod est passus valde ambiguus, adhæret tamen opinioni Bartoli secundum quam consulerem, & iudicarem inquit ipse, & quam omnes moderni sequuntur dixit ibidem Alex. & eandem post longam disceptationem confirmat Bald. Nouel. vbi supra dicens, quod iudicando, & consulendo, non audet recedere ab opinione Bartoli, & quod in eã inclinaret tamquam magis æquam.

Quæquidem opinio est satis sustentabilis in decisiuis, & eam multi sequuntur, inquit Corn. *in d. l. quod scitis,* & eadem ibi comprobatur in addit. ad Bald. in verbo *sed in cæteris, & insuper in additione ad Bald. in d. auth. defuncto,* eam probat And. Barbat. & ita se consuluisse refert, & consulendo eam tenet Anch. *cons. 349.* & plenius Romanus *cons. 40. à n. 4. vsque in finem consilii,* & idem voluit Alex. *cons. 150. in vol. 2.* & vtrobique dixit, quod hæc opinio verior est atque communior, *Aym. d. cons.* 176. Tametsi partem contrariam teneat, fatetur tamen Bartoli opinionem communem esse, vtriusque partis sectatores refert Tiraq. *de retract. lignag. §. 14. gl. 2. n. 12. & 13.* qui neutram firmat, cum hoc agere non intendat, etsi numerarentur authores ibi recensiti proculdubio apparet sententiam Bartoli communiori voto approbatam esse, saltem à moderniori-
5 ribus, & ita cum iunioribus resideo. Cæterum vbi tractatur de successione inter fratres, & fratrum filios, vel patruum, & nepotes, procedit *auth. post fratres C. de leg. hered.* vt coniunctus ab vtroque latere præferatur, & excludat alium ex vno tantum latere coniunctum, post vero fratres fratrumque filios inter alios gradu vlteriori existentes vinculi duplicitas à iure non consideratur, sed tantũ gradus proximitas. Quod enim de fratribus, & filiis fratrum dispositum est ex benignitate processit, & speciali eorum fauore, qui vltra eos non extenditur, *§. si vero neque fratres, in authent. de hered. ab intest. venient. & §. si igitur defunctus. vers. reliquum, & Bar. ibi idem & in l. post consanguineos. §. legitima. ff. de leg. hered.* & plerique alii per Alex. ibi in add. relati, Anton. & Rosell. *tract. de success. ab intest. n. 152. in fin. cum plurib. seq. Bologn. in add. ad Mathesil. tract. de success. ab intest. in 3. artic. principalis n. 19. & plene Paul. de Cast. cons. 83. vol. 1. Alex. cons. 166. volum. 1.* qui ambo per totum consi-

consilium id ipsum confirmant, & probant quo-
6 que Gozad.*cons.19.n.20.Ant.Rub.Alex.cons.102.* Et † hæc gradus prærogatiua post fratres, ac fratrum filios, consideratur nedum in bonis à patre, vel à matre ad defunctum obuenetis, sed etiam in aliis vndecumque quæsitis, vt per Ant.de Rosel.& Bologn.vbi supra.

SVMMARIA.

1 *Ecclesia aduersus præscriptionem non restituitur, quia in facto proprio non admittitur ignorantia.*
2 *Imo restituitur, quia in habente amplum patrimonium præsumitur ignorantia.*
3 *Non procedit etiam in facto multum antiquo, vel intricato.*
4 *Similiter non procedit in minore.*
5 *Etiam in facto, ab alio nomine nostro tractato.*
6 *Ecclesia restituitur aduersus præscriptionem secundum alios.*

QVÆSTIO CII.

Quæritur an ecclesia restitui debeat ob probabilem ignorantiam aduersus præscriptionem contra eam decursam. Videtur † dicendum
1 quod ecclesia aduersus præscriptionem decursam restitui non debeat, per ea quæ adducit Aret. *cons.15 in finalibus verbis*, quem sequitur Capit. *decis. 4.n.27.Gram.decis.103.n.33.* eo quod ecclesia habens coutinuo penes se iura sua, & libros diacetorum non potest allegare iustam ignorātiam, quia quilibet præsumitur scire vires sui patrimonii, & in facto proprio non admittitur error, & ignoran-
2 tia. Immo ecclesia † restitui debet. Primo, quia in habente amplum patrimonium non procedit regula qnod quilibet præsumitur scire vires sui patrimonii, *Bal.in l.2.3.q.3.C.de rescin.vend.Bar. in auth. sed cum testator. C.ad l.falcidiam.*
3 Secundo † in facto multum antiquo, vel etiam in facto multum intricato præsumitur error, & ignorantia etiam in facto proprio, vbi agitur de damno euitando, Dyn.*in c.præsumitur.in fin.verbis de reg.iur.in 6.cum multis ibi in addit. citatis, Arct. in §.si quis agens n.12.inst.de act.Ias.ibidem n.9. Soc. tr. Fallentia in verbo ignorantia.* vbi etiam hoc limitatur in eo, qui est implicitus multis negociis, prout regulari-
4 ter ecclesia, & pro ea agentes esse solent. Tertio † regula quod habens penes se iura sua ignorantiam eorum allegare non potest, non procedit in minore, qui etsi iura sua penes se habeat, ea ignorare præsumitur, *Aret.in l. quis Rom.§.duo fratres, ff. de verb. obl.Gram.d.decis.103.nu.33.* est enim regulare, maxime in minore, quod ignorantia præsumitur, *Alci. de præsumpt.præsump.42.in princ.* Et si quidem hoc in minore verum est, idem in ecclesia quæ fungitur vice minoris, *c.1.de rest.in integrū.* & ita arguit Corn. de minore ad vniuersitatem layeorum, *cons.156.nu. 9.vol.3.*
5 Quarto † tolerabilis est ignorantia in facto ꝓprio, quoniam factum tractatur ab alio nomine nostro, vt puta per procuratores, syndicos, & factores, *Soc.in d.tr.Fallen.n.5.& cons.263.num.10.* quia gestum per procuratorem æquiparatur facto alieno, maxime in damnis euitandis. Ideo tolerabilis est ignorantia.
6 Quinto, † & vltimo contra Aret. consuluit Dec. *cons.36.n.9.* ea ratione, quia videtur probabilis ignorantia propter mutationes prælatorum, & etiam contra Aretin. facit Corn. *d.cons.156.per totum vol.3.* vbi consuluit pro communitate, quæ præsumitur habere ignorantiam scripturarum penes se, & in archiuio suo existentium, quia instrumēta vniuersitatum non solent in publico retineri, sed sub clauibus, & in capsa, & quia vbi adest multitudo scripturarum in eis præsumitur ignorantia, quæ omnia proculdubio ecclesiæ conueniūt, ex quibus ad fauorem ecclesiæ responderem.

SVMMARIA.

1 *Possessorium retinendæ per modum agendi intentatū, cum petitorio cumulari non potest.*
2 *Exceptio dominii in continenti probandi non admittitur in possessorio retinendæ.*
3 *Possessorio retinendæ intentato, reus reconueniendo petitorium intentare nequit.*
4 *Petitorium in causa possessorii cumulari potest ad colorandum possessionem.*
5 *Causa possessoriu si fructuum mixturā habeat, petitorii naturam sapit.*
6 *Vel quando rescripto principis super vtroq; causa committitur.*

QVÆSTIO CIII.

1 Iuditium possessorium, † retinendæ possessionis de re corporali intentatum, per modum agendi cum petitorio concurrere, & cumulari non potest respectu eiusdem possessionis, tum ratione contrarietatis, tum ratione ordinis, tum etiam quia electione tolluntur, & quidem ratione contrarietatis, quia contendens se possidere si rei vendicationē intentat, præsupponit aduersariū possidere, nam rei vendicatio cōtra possessorem datur, Ideo tamq̄ cōtrarius repellitur ratione ordinis, quia in primis de possessione discuti debet, vt constare possit qui sit possessor, & certum sit qui sit petitor & reus, in dominii quæstione, ratione electionis, quia petitorium proponendo, possessioni quæ sibi competebat renuntiare videtur, *l. ordinem C.de rei vend.l.incerti C.de interd.* vbi Bald.Sal. & alii *Bart. in l.naturaliter §.nihil commune in 1. & 3. combinatione ff.de acq.poss.* quem ibi sequuntur, Alex. Ias. Rip. & alii, & ita communiter doct. vtriusque censuræ tenent, vt Ias.ibi refert & moderni repetentes, de quibus infra erit mentio, qui omnes affirmant communem hanc opinionem esse, & aliquid Affl.
2 *decis.55.n.5.* Aut possessorii † causa ab actore proposita, reus petitorii causam ingreditur per modum excipiendi ad excludendam intentionem agentis, & audiri non debet, quia exceptio dominii non admittitur in interdicto retinendæ possessionis, etiamsi in continenti probationes dominii offe-

afferantur per testes aut instrumenta, quia esset in potestate domini propria auctoritate molestare & inquietare legitimum possessorem, ac deinde dominii exceptione ipsum excludere, ita quod scandala orirentur, & delinquendi daretur occasio, *Rip. c. d. §. nihil commune n. 98.* vbi communem refert ex mente Aret. *in l. si de eo. §. fin. ff. de acquir. poss.* & sequuntur ibidem Moderni repetentes, vt Fabius Accorambonus *num. 60.* qui etsi innuat, quod vix discerni potest, quæ sit communis opinio, fatetur tamen quod est magis communis, & Claudius Scysella *n. 24.* licet referat quod vtraque opinio est æque communis, concludit tamen quod hæc opinio est tutior, & eandem sequitur Claud. Marmerius *n. 88.* Bero. *c. in literis n. 49. & seq. de restit. spoliat.* vbi communis, Bertrand. *cons. 317. n. 6. vol. 6. & cons. 51. n. 2. vol. 4.* vbi & ipse magis communem affirmat.
3 Aut causa possessorii retinendi ab actore proposita reus ex aduerso petitorium intentat, per modum reconueniendi, neque tunc super vtroque simul procedi & cognosci potest, ratione contrarietatis & ordinis. Quoniam is qui secundo loco petitorium intentat suæ possessioni renuntiare videtur, ideo iudex pronuntiabit agentem in possessione potiorem esse, & tunc possessorii causa decisa ad dominii quæstionem deueniendum erit, *Bart. d. §. nihil commune 1. combinatione*, quem ibi sequitur, *Ias. n. 145.* qui cum Bar. omnes indifferentes transire ait, seq. etiam ibidem Ripa *n. 166.* vbi tres fallentias refert. Idem tenet Fabius Accorambonus *n. 151 in fine*, Hormanostius Detus *n. 107.* Rub. Alexan. *n. 325.* qui & ipse fallentias de quibus supra refert, Berengarius Ferrandus *in 3. cap. n. 41.* vbi pulchre in hoc articulo loquitur, & easdem fallentias ponit, & idem etiam firmat Afl. *decis. 155. n. 5. Papien. in forma libelli pro turbata possessione in gl. ad cessandum. in*
4 *fine.* Aut petitorium cum possessorio actor, reusue cumulare intendit ad colorandam eius possessionem, & tunc eum audiri debere proculdubio tenendum est, quia in possessorio retinendæ si partes sint pares in probatione possessionis, is obtinet qui possessionem titulatam, ac iustiorem probat, *Ripa in d. §. nihil commune n. 99. Fel. in c. licet causam. n. 9*
5 *in fin. de probat.* Et † præmissa non procedunt, quando causa possessorii fructuum, mixturam habeat, tunc enim ratione fructuum super quibus controuertitur causa dicitur mixta & petitorii naturam assumere, *vt deducit Bero. q. familiari 91. n. 4.* Vel † etiam præmissa non procedunt quando re-
6 scripto principis super vtroque causa cõmittitur, vt ponit idem Bero. *q. familiari 100. n. 10.*

SVMMARIA.

1 *Vxor rei suæ alienationi contrauenire potest.*
2 *Vxor verberata à marito vt consentiat alienationi, quamuis ex interuallo consentiat metu fecisse præsumitur.*
3 *Vxor rei suæ alienationi consentiens metu reuerentiali contractum rescindit, quando de euidenti illius præiuditio tractatur.*
4 *Vbi præcedunt minæ, vel verbera eius, qui terribilis est præsumitur durare metus.*
5 *Quem satis est præcessisse licet non probetur tempore contractus adfuisse.*
6 *Metus non præsumitur, quando mulieris consanguinei, & iudicis præsentia interuenit.*
7 *Testibus de metu deponentibus magis creditur quam de spontanea voluntate.*
8 *Duo testes metum probant.*
9 *Arbitrio quoque iudicis metus probatur.*
10 *Probatio vbi difficilis est coniecturæ sufficiunt.*
11 *Probabilis suspitio timoris idem quod ipse timor operatur.*
12 *Emptor ignorans mulierem metu distraxisse tenetur ad rei restitutionem.*
13 *Neque pretium solutum repetit, nisi sit in vtilitatem mulieris versum.*

QVÆSTIO CIV.

1 MVlier rei suæ alienationi consentiens ad vtilitatem viri, contrauenire potest, illamq; rescindere, *auth. si qua mulier C. ad sen. consult. Velleia.*
2 *Cepol. cons. ciuilium 27. & cons. 28.* Maximeque † ob metũ vxori à marito illatum, per doctrinam Bart. *in l. si ob turpem n. 7. ff. de cond. ob turpem causam*, comprobat ibi Ias. *4. limit.* & Gambanus *tr. clausularum rubr. de metu vxoris.* vbi multa bona in materia scribit, inquit enim Bart. loco præcitato, quod mulier à marito verberata, vt cõsentiat alienationi rei suæ, etiam si postea ex interuallo consentiat, metu id fecisse videtur, qui durare præsumitur quousque durat matrimonium, quodque post metum illatum non purgatur illius suspitio, quando durat eadem causa timoris, etiam si ex interuallo cõtractus ineatur, tenet Alex. *cons. 98. n. 7. vol. 3. Dec. cons. 468. n. 23. & seq. And. Barb. cons. 54. col. 13. in princ. vol. 1. per tex. in c. 1. quod metus causa*, & optime probat gl. finalis ibidem cum aliis de quibus in add. ad A-
3 lex. *d. cons. 98.* Et † præsertim in fœmina, quoniam maior metus fœminam afficit quam masculum, imo solus metus reuerentialis vxoris, potens est ad rescindendum, (officio iudicis implorato) contractum ipsius, quando agitur de euidenti præiudicio mulieris, *Alex. in l. interpositas n. 5. in fin. C. de trãsact. Aret. in §. quadrupli n. 10. Inst. de act. Paul. de Cast. cons. 274. n. 2. vol. 1. Soc. cons. 263. n. 4. vol. 2. Aym. cons. 114*
4 *n. 1.* Quodque † vbi præcedunt verbera vel minæ, præsumitur durare metus impressio, ab eo qui terribilis est, & solitus verberare, tenet Bar. *in l. finali in fine ff. si quis aliquẽ test. prohibuer. & in l. 1. §. quæ onerandæ in finalibus verbis ff. quarum rerum act. non datur.* gl. satis in terminis *in d. c. 1. in verbo postmodum quod metus causa. Innoc. in c. causam matrimonii, de off. iudicis deleg.* probat ibi Imol. *n. 3.* & plene per tres fere co-
5 lumnas Andr. Barbat. Nec † est necesse probare tempore contractus metum incussum fuisse, sed satis est præcessisse, *Innoc. in cap. perlatum num. 1. quod metus causa. Gambanus d. tract. clausularum de metu v-*
6 *xoris. n. 3.* Sed † si in cõtractu interuenerũt mulieris cõsanguinei atq; iudicis pñsentia non pñsumitur viri metus interuenisse, & allegans metu minarũ, vel verborum contractum esse celebratũ, afficit one-

ce pro-

re probandi metum ob præsumptionem per con-
tractum cum interuentu iudicis & consanguine-
orum. Ideoque clariores metus probationes requi-
runtur, quam si præsentia eorum non interuenis-
set, *Bal.in l.transactionem la 2.C.de transact.gl.in c.super hoc.in gl.fi.de renuntiatio.l.fi.ff.quod metus causa, vbi Bar. & Alb.Fel.in d.c.causam matrimonii nu. 6. de off.iud.de-*
7 *leg.* Et magis creditur duobus testibus de metu, &
violentia deponentibus, quam multis aliis de spõ-
tanea voluntate directe attestantibus, quoniam ii
reddunt testimonium de intẽtione quæ soli Deo
nota est, testes vero de vi, & metu deponunt de iis,
quæ oculo viderunt, & sensu corporis perceperũt,
Innoc.d.c.super hoc n.2.de renuntiation. confirmant ibi
canonistæ, & probat Bal. *in l.obseruare §.proficisci 13.q.*
ff.de off.proconf.& leg. & ponit exemplum Abb. & alii
sequũtur *d.c.super hoc*, quod si puella rapta à rapto-
re desponsata fuit, testes deponentes de spõtanea
voluntate puellæ non probant, etiam si dicerent se
vidisse eam ridere, & similia facere, cum hoc ne-
cessario non probet consensum, nam vbi apparẽt
signa violentiæ, non probatur directe sponteneus
consensus, sed tantum per indirectũ probando, ꝙ
qui dicitur vim & metum passus, sit potentior illo
qui dicitur metum intulisse, vel quia ille sit perso-
8 na valde religiosa vel alias, vt ibi. Metus † autẽ pro-
batur per duos testes etiam contra instrumentum,
in quo notarius dicit sponte, &c. *Bal.d.l.obseruare §.*
proficisci ff.de off.proconf.Ias.qui alios refert d.l.interposi-
tas n.5.C.de transact. Imo † metus etiam probatur
9 arbitrio iudicis, *gl.in d.l.interpositas.in verbo cruciatus.*
C.de transact. q̃ ibi multum commendat Bal. & se-
quuntur Alex. & Ias. Bar. *in l.de pupill.§.si quis ipsi præ-*
tori 8.q.ff.de oper.non.nunc. & post alios probant ibi
Alex. & Ias. Idem Alex. *conf.98.n.6.vol.3.Dec.conf.219.*
10 *n.3.Paris.conf.170.n.19.vol. 4.* Vbi † enim difficilis est
ꝓbatio admittitur probatio per coniecturas, quẽ-
admodum notant *in d.§.si quis ipsi pratori.Alex.n. 22.*
Ias.n.10.Idem Alex.conf.16.n.10.vol.3. & ibidẽ habetur,
ꝙ ex qualitate personæ timor incussus probatur.
11 Et dixit Bal. *d.l.interpositas, circa finem.* quod sufficit
probabilis suspitio timoris, quæ idem operatur,
quod ipsa illatio, sequitur Ias. *d.l.si ob turpem causam*
Alex.d.conf.98.n.5.vol.3.

Hinc † sequitur quod emptor quamuis bonæ
12 fidei, qui ignorauit metum venditrici illatum po-
test ob vxore conueniri, & res ob eo auferri, *l.si cum*
exceptione §.in hac actione, ibi, & si crimine caret. & §.
aliquãdo.ibi, ne metus quem passus sum sit mihi captiosus.
ff.quod metus causa.iunct.n ibi notatis per glossam & per
Odofred. Alber. Bart. Angel.Bald. & Castren. Neque
necesse est, quod emptor sciuerit metum illatum,
& ꝙ particeps fraudis fuerit, *l.interest.C.quod metus*
causa, vbi Bar. Bal. Sal. & Paul. quicquid in contra-
rium dixerit *Aym.conf.120.num. 1.* qui in hoc male
13 loquutus est secundum præcitatos. Immo † nec
pretium ab emptore solutum, debet venditrix
reddere, nisi [in vtilitatem] ipsius sit conuentum,
gl.in l.3.C.quod metus causa, & sequitur ibi Bart. Bal.
& melius Paul. qui refert se in contingen-
tia facti ita consu-
luisse.

SVMMARIA.

1 *Diuisio inter fratres sortis iuditio fieri debet.*
2 *Frater communia bona administrans præsumitur do-*
te alterius in communes vsus expendisse.
3 *Patre & filio confitentibus receptionem dotis vterque*
pro dimidia tenetur.
4 *Nisi pater domus negotia gerat, tunc enim ipse solus*
tenetur.
5 *Bona emphyteutica possunt inæstimata in dotem assi-*
gnari absque consensu directi domini.
6 *Eiusdemque directi domini consensus in restitutione*
tunc non exigitur.
7 *Idemque verum est, quando alia bona non extant, in*
quibus dos constitui, vel restitui possit.
8 *Creditor bona emphyteutica in solutum capit quando*
alia non extat.
9 *Bona fideicommisso subiecta alienari permittitur pro*
dote constituenda vel restituenda, quando alia non
extant.
10 *Bona emphyteutica sine consensu domini possunt obli-*
gari veniuntque in generali obligatione.
11 *Emphyteuticis consignatis pro restitutione dotis vtilis*
dominii commoditas transfertur.

QVÆSTIO CV.

1 DVbitationibus exortis satisfaciendo, respõ-
deo, quod frater maior natu tenetur facere
partes, & minor habet optionem secundum com-
munem canonistarum opinionem, legistæ vero
communiter tenent, quod diuisio inter fratres iu-
dicis officio implorato, expeditur sortis iudicio vt
plene Ias. *in §.quadam n.62.& seq.inst.de act. Beretan.*
conf.117.per totum & conf.161.similiter per totum volu.2.
par.2.Hier.Schurff.conf.13. per totum, cuius consilia
2 imprimuntur in fine consiliorum Card. Zabba-
rellæ, & ꝙ non teneatur maior minori electionẽ
dare, sed officio iudicis diuisio fiat, tenet quoque
Ruin. *conf.29.n.6.vol.5.* Bertr. *conf.4.n.15.* vbi com-
munis *vol.1.p.1.* Corn. *conf.234.per totum vol.1.* & ita
cõmunis practica seruat, estq; notandum quod si
frater maior natu bona cõmunia administrat, pręe-
sumitur fratris minoris dotes ad manus fratris ad-
ministratoris peruenisse, & in communes vsus eas
expendisse, Ideoque in diuisione bonorum com-
munium de communi deducendæ sunt, sicuti e-
nim cæteri reditus communes consueuerunt ad i-
psius manus peruenire, & in communem vtilitatẽ
conuertere, dotes quoque fratris ad ipsum perue-
nisse, & in communes vsus expendisse præsumitur
Bal.conf.451.vol.3.Soc.conf.46.n.8.vol.1.& conf.213.vol.
2.Paris.conf.100.n.19.vol.2.Petr.de V bald.de duob.fratrib.
part.9.n.3.Ruin.conf.29.n.4.vol.5. Licet autem idem
Bal. *conf.388.eodem vol.* sequutus Spec. *tit.de iuditiis §.*
sequitur, teneat probari debere conuersionem in
communes vtilitates, ab eo qui conuersionem al-
leget, prout etiam idem voluit Paul.de Castr. *conf.*
304.n.6.vol.2. Non tamen loquuntur in casu quo
maior natu domus negotia gerit, bonorumq; cõ-
munium administrationem adeptus est, quẽad-
modũ distinguit etiam Ruin. *d.conf.29. nu.4.vol.1.*
pluri-

pluribusque similibus comprobat. Patre vero
3 & filio † constituentibua instrumento dotali se
dotem recepisse, quilibet eorum pro dimidia ad
dotis restitutionem conueniri potest, *l. Vranius. §.
fina. ff. ad Velleian. leg. reos. §. cum tabulis. ff. de duobus
reis. Albericus, Baldus & Romanus in l. si cum dotem. §.
transgrediamur. ff. solut. matrimon. Boerius decisione
vigesima tertia. numer. decimo. Ronchegallus in d. l. reos.
§. cum tabulis. numero 28.* At si pater negotia do-
4 mus gerit, † vniuersaque ipse solus administrat,
tunc solus ipse tenetur, & ad integram dotem
conueniri potest, bonaq; illius tunc obligata pro
integræ dotis restitutione, quasi quod integra dos
ad manus patris peruenerit, *Cyn in d. l si cum dotem.
§. transgrediamur. & ibi Angelus num. 4.* & opinionem
Cyn. æquiorem esse dixit ibi Raph. Cuman. vt i-
bidem refert Alexand. *in 2. colum. vers. addo.* & pro
hac opinione inquit Aretin. *in §. est & aliud. institu.
de donationib.* & alias apud Aretium ita consuluis-
se, & dicta per Angelum ibi commendat Marsil.
singular. 376. sequitur Curt. iun. *cons. 133. numero no-
no. Aym. cons. 91. numero tertio & quarto. Boer. & Ron-
chegall. proxime relati.*
5 Sin autem pater dotem filiæ † constituere, vel i-
psa mulier marito dotem in bonis emphyteuticis
assignare velit, absque consensu directi domini,
non iniuria id facere potest, quando ea inæstima-
ta consignantur, vel æstimata ea æstimatione, quæ
non facit emptionem, tunc namque in dominio
mulieris remanent, atq; in maritum alienari non
dicuntur, & tamdiu in causa dotis existunt, quam-
diu emphyteusis durat in persona dotantis, per v-
nius mortem resoluto iure datoris, resoluitur ius
acceptoris, *Specul. de locat. §. nunc aliqua. vers. 109. Sa-
licet. in l fina. nume. 20. C. de iur. emphyteut. vbi & Iason
num. 107. Tiraquell. de retract. consang. §. 1. gloss 14. num.
95. Alexand. cons. 173. num. 1. volum. 2. Socin. cons. 25. num.
10. volum. 1. Rum. cons. 165. num. 13. volum. 1. Bertr. cons. 61.
num. 1. volum. 2 par. 2.* & hæc sententia communiter
recipitur, sicut Alex. & Bertr. affirmant.
6 Et quemadmodum in constitutione † dotis di-
recti dominii consensus non requiritur, sic in re-
stitutione dotis soluto matrimonio à marito, vel
eius heredibus facienda, domini consensus neces-
sarius non est, neque laudemii solutio fieri debet,
*Bart. in l. vsufructu. in fin ff. solut. matrimo. & sequuntur
ibi Paul. Imol. Roma. & Alex. Bald. quoque nouell. de doto.
part. 8. priuil. 6. num. 11.* At si dantur in dotem æsti-
7 mata, ea † æstimatione, quæ facit emptionem, in-
quit glos. 2. *in l. in rebus. in verb. naturali iure. C. de iure
dot.* secundum omnes constat, quod non remanēt
in dominio mulieris, sed transeunt in dominium
mariti de iure gentium, atque ciuili, habet tamen
vxor vtilem in rem actionem in subsidium, quan-
do vir non est soluēdo, ideo directi dominii con-
sensus requiritur, laudemiique solutio, cum æsti-
mata, vt supr. consignantur. Quodque præmis-
sum est, inæstimata concedi posse citra domini
consensum procedat, quando alia bona non ex-
tant, in quibus dos constitui vel restitui possit.
Quoniam tunc alienatio dicitur esse necessaria,
non voluntaria, *Roman. consil. 457. nume. tertio. Aym.
cons. 215. numer. septimo volum. 2. Crott in l 1. num. 105.
ff. solut. matr.* vbi communis. Quibus accedit, quod
8 creditor bona sui debitoris emphyteutica in so-
lutum ex causa iudicati capere potest, quando a-
lia non extant ratione, qua supra, quod necessaria
dicitur alienatio, non voluntaria, *gloss. in l. commo-
dis. ff. de reb. vendit. & ibi not. Alexand. & tenent Paulus
& Romanus in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn.
infecto. Bald. & Praposit. in capit. imperialem. de prohib.
feud. alien. Curtius tractat. de feudis. 4. part. numer. 101.*
9 Facit etiam, quod bona fideicommiss. † supposita
alienari à lege promittuntur, tam pro dote consti-
tuenda, quam restituenda, aliis bonis non extan-
tibus, *vt not. d. authen. res quæ. C. communia. ff. de legat.
Dec. cons. 376. Rum. cons. 137 numer. 18. volumin. 2. Paris.
cons. 129. numer. 5. volu. 1.* & in terminis idipsum ex-
pressim firmat Io. Andr. *in addit. ad Specul. de locat. §.
nunc aliqua. vers. 109.* dicens, quod quando emphy-
teusis morte mariti non est ad dominum reuersu-
ra, vxor dotem in emphyteusi cōsequitur, & idem
videtur esse de mente Baldi, *in l. lex vectigali. ff. de
pignoribus. Salycet. in l fina. numer. decimo. Cod. de iure
emphyteut.* Accedit quoque, quod possunt em-
10 phyteutica bona sine consensu † domini obliga-
ri, sed & in generali obligatione debitoris com-
prehenduntur, *gloss. 1. l. fina. Cod. de iure emphyteut.
quam ibi sequuntur Salic. & Ias. à num. 79. vsque ad num.
84. Ripa in l. 1. num. 10. ff. de pignor. & hypothec. Afflict.
decisione 191. num 3. Negusan. de pignor. 2. membr. 2. par.
numero 28.* quæ sententia communiter recipitur
secundum superius relatos, quocirca in dotis
11 constitutione † vtilis dominii commoditas, vel
ius pignoris & hypothecæ in vxorem transfertur,
atque ius, quod conceditur, duraturum est apud
mulierem, donec ius concedentis extinguitur,
*c. nuper. vbi casus de donat. inter virum & vxorem. Bald. in
l. prima. numero secundo. Cod. si pignus pignori datum sit.
Soc. cons. 261. nu. 7. vol. 2.* & præallegati quoque con-
firmant, & habetur infr. *recollect. 116. num. 20.*

SVMMARIA.

1 *Exceptio declinatoria iurisdictionis per processum ad vlteriora reiecta censentur.*
2 *Dummodo iudex super exceptione cognouerit.*
3 *Iudex ordinarius exceptionem declinatoriam reiicere dicitur per processum ad vlteriora, secus in delegato.*
4 *Reus forū sortitur in loco vbi sita sunt res cōtrouersæ.*
5 *Atque etiam in loco, in quo contractus est celebratus.*
6. *Paria sunt reum in loco contractus inuentum vel citatum ibi comparuisse.*
7 *Forum quis sortitur ratione iuramenti ibi præstiti.*

QVÆSTIO CVI.

1 VBicunque citatus opponit † declinatoriam
iurisdictionis, iudex vero spretā exceptione
opposita procedit in causa ad vlteriora, exceptio-
nem declinatoriam reiicere dicitur, & tacite se iu-
dicem competentem pronunciare, ita quod nisi
reus appellet, tacita ꝓnunciatio in rem iudicatam
transitū facit, & tenet processus in negotio princi-
pali postea agitatus, neq; necesse est, quod expres-
se pronunciet se iudicem in causa competentem,
quoniam tacita pronunciatio per processum ad
vlteriora resultans, idem operatur, dummodo iu-

dex alias fundamentum iuriſdictionis habeat, vt quia ſit ordinarius, at ſi iudex delegatus ſit, requiritur expreſſa pronunciatio, ad firmandam iuriſdictionem ipſius, neque per proceſſum ad vlteriora exceptio declinatoria cenſetur reiecta, atque proceſſus poſtea agitatus non tenet, Antonius de Butr. *in c. ſuper lit. n. 37. in fine de reſcriptis. ſequitur ibi Immol. numero 12. & 13. Andreas Barbat. numero 255. Felinus numero 34. poſt alios ab eis allegatos.*

2 Recipit autem hoc declarationem, vt ita demum procedat ſi iudex ſuper exceptione incompetentis cognouit, vt quia inter partes de huiuſmodi deceptatum fuit, vel etiam ſi hoc expreſſe non apparet, attamen inter exceptionem oppoſitam, & proceſſum ad vlteriora, interfuit tantum tēporis, quod veroſimiliter iudex cognouiſſe potuit ſuper declinatoria, & tunc præſumitur cauſarum cognitionem interueniſſe, Franc. in *c. ex parte n. 10. de appell. Ang. conſ. 200. n. 3. plene* Corn. *conſ. 85. n. 13. vol. 4.* Et quod proceſſus ad vlteriora, repellat declinatoriam coram iudice, ordinariam iuriſdictionem habente, aliud vero coram delegato, præter ſuperius allegatos, idem tenent Marſil. *in l. ſi quis ne quæſtio, numero 83. ff. de quæſt. Iaſ. in l. 2. numero 46. ff. ſi quis in ius vocat. Felinus in c. ſuborta, numero 6. de re iud. Aret. conſ. 107. numero 4. Ruin. conſ. 114. n. 18. & 19. vol. 5.* & eſt communis, ſicuti referunt Felin. Aret. & Rui. proxime citati, & vti communem amplectitur Corn. *dicto conſilio 85. vol. 4.* Et eſt differentiæ ratio, quia delegatus certos ac limitatos iuriſdictionis fines habet, ordinarius vero generalem adminiſtrationem, quam rationem aſſignat Innoc. *in c. propt. 2 de dilationib.* & ſequitur ibi Abb. *n. 17* ego aliam adduco, ordinarii fauorabilis eſt iuriſdictio, ideoque amplianda, & pro ea præſumitur, ſecus eſt in iuriſdictione delegata, quæ odioſa eſt atque reſtringenda, *c. primo, & c. diſpendioſa de reſcriptis, in 6. cum ibi not. Vantius de nullitate ex defectu iuriſdictionis*
4 *num. 24. cum ſeq.* Non ergo reus ius dicentis iuriſdictionem declinat ſed forum ibi ſortitur, primo quia reus forum ſortitur in loco vbi ſuæ ſunt res, de quibus controuertitur, *l. fi. C. vbi in rem actio*, & not. ibi Bald. Sal. Ang. & Paul. *c. ſane & c. fi. de foro competenti*, vbi poſt alios Feli. & Maria. Soci. Alex.
5 *conſ. 1. n. 8. vol. 5.* 2. reus forum ſortitur propter contractum in loco celebratum. *c. Rom. §. contrahentes, de foro compet. in 6. d. c. fi. ex. eod. tit. l. hæres abſens, §. 1. ff.*
6 *de iudiciis.* Et quamuis reus † in loco contractus inuentus ibi forum ſortitur & non alias, Dic ꝙ paria ſunt in loco contractus repertum eſſe, vel citatum comparuiſſe, vt tradit Inno. *in d. c. præterea, n. 1. verſ. ſi vero de dilat.* vbi quærit ſi ordinarius citat aliquem quia non ſit de iuriſdictione eius, exprimēdo cauſam, quia contraxit, vel deliquit, vel agitur de re, quam ibi habet, ſi citatus comparuerit, idem eſt, ac ſi ſine citatione ibi inueniatur, ſequitur, & comprobat Maria. Soci. *in c. dilecti n. 23. circa princ. de foro compet. ad idem Bald. conſ. 16. numero 3. volumine tertio.*
7 Tertio ratione iuramenti à contrahente præſtiti de obſeruando, & implendo ibi promiſſo etiam non inuentus in loco contractus, poteſt ibi citari, & cōueniri, *Felin. in c. lic. n. 22. verſ. 5. fal. de for. comp.*

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio ob læſionem vltra dimidiam dubii litis euentus non reſcinditur.*
2 *Imo reſcinditur ſecundum communiorem modernorum ſententiam.*
3 *Maxime quando læſio dubii euentus eſt in magno exceſſu.*
4 *Probatio dubii litis euentus qua ratione fiat.*
5 *Triplex probandi modus dubium litis euentum.*
6 *Teſtes deponentes læſionem dubii litis euentus debentur eſſe valde periti.*

QVÆSTIO CVII.

1 TRanſactio reſcindi non poteſt ob læſionem vltra dimidiam, habito reſpectu ad dubium litis euentum, vt tollantur lites, & ne ſit eorum proceſſus in infinitum, cum ſacris lucrari dicatur, qui à lite recedit, *Alex. in l. ſi quis cum alter, ff. de verb. oblig.* Aret. ibi plene, & plenius Iaſ. communem hanc partem referentes, idem Alex. *conſ. 42. nu. 11. vol. primo*, vbi magis communem dicit Ruin. *conſ. 132. numero 3. vol. 1.* tamquam communem amplectitur, & pro hac parte notatum fuit *in conſ. Neapolitano*, vt per Affl. *deciſ. 220 num. 3.* Tu vero dic quod etſi difficilis ſit ſolutio, ita vt non facile diſcerni poſſit, quæ communior ſit opinio, eſt vtique fatendum antiquorum ſententiam ante Bartolum præualuiſſe, quod tranſactio impugnari non poſ-
2 ſit. Modernorum tamen ſententia à Bartolo citra præualet, quod poſſit impugnari, quando quis læditur vltra dimidiam eius, quod valebat dubius litis euentus, ita vt non ſufficiat læſio vltra dimidiam veri valoris rei, de qua tranſactum eſt, ſed ſuſpiciendus eſt valor dubii euentus litis ſuper re in tranſactionem deducta, & reſpectu valoris illius dubii euentus conſideratur læſio vltra dimidiam, *gloſ. in l. Lucius, §. finali, ff. ad Trebell.* & ibi Bart. & poſt cum Ang. Caſtrenſ. & Imol. idem Bart. *in l. ſi quis cum alter, ff. de verb. oblig.* vbi & Roman. qui ait opinionem Bart. veriſſimam, idem Bart. *in d. l. 2. C. de reſcind. vend.* vbi Pantaleon. Cremen. pleniſſime comprobat, Dec. *conſilio 60 numero 4. volumine primo* vbi magis communem, & iudicando, ac conſulendo ſequendam affirmat, cum in ſe æquitatem habeat, idemque repetit *conſ. 203. Soc. conſilio 85 numero tertio, volum. primo*, qui ait magis communiter modernos hanc tenere, & iudicando conſulendoque ſequēdam, cum per eam fraudibus obuietur, Maria. Soc. Iun. *conſ. 98. numero 17 vol 2.* vbi magis communem amplectitur, ſubdens quod ſunt plures numero, & maioris auctoritatis qui hanc ſequuntur, & quod ita conſuluit, & iudicatum fuit, Fabia. de mōte *tract. de empt. & vend. 8. quæſit. n. 13.* tanquam æquiorem tenendam, inquit, vt tollatur deceptio eandem tenet Riminal. *conſ. 101 numero 41 & 49 vol 1.* vbi additio dixit, hæc opinio recepta eſt, eoq; iure vtimur, & Hippol. Rimin. *ibid. in add.* eā tāquā cōmunem ſequitur. Hāc igitur ſentētiam recepti-
3 oni calculo ſuffultā ſequendā eſſe cēſeo. Sin autem

adeſt

adest læsio vltra dimidiam, dubii euentus in magno excessu, tunc nullo negotio transactioni contraueniri potest, quoniam enormissima læsione interueniente, dolus ex proposito inesse creditur, & transactio rescinditur, *Corn. consilio 27. numer. 5. & 11. volum. 4. & melius cons. 166. numer. 11. volumine 1. sequitur & plene confirmat Dec. d. cons. 203. num. 4. vol. 1. Gram. dec. 66 n. 48.* vbi refert communiter Doct. in hoc casu sequi opinionem Bart. tametsi in transactione renunciatum sit exceptioni doli, atq; enormissimæ læsionis, eidem sententiæ adhæret Aym. *cons. 151. n 26. & 27. volum.* 1. Riminal. *cons. 315. colum. 1. volu. 2* dicens, quod hæc opinio est de iure verior, *Marian. Soc. iun. dict. cons. 98. numer. 18. volumine 2.* di-
4 xit, hanc sine dubio tenendam esse. Verum † huius quæstionis difficultas tota consistit in modo præstandi valorem seu æstimationem dubii litis euentus. Quocirca sciendum est, quod in æstimando dubium litis euentum, considerandum est, quanti communiter vendi potuisset habenti notitiam litis motæ, dubius euentus rei, de qua erat contentio, *vt in dict. l. si quis cum aliter. tenent Roman. Aretin. & Paulus. Angel. cons. 353. numero quinto.* Cagno. *dict. l. 2. numero 33. vbi communis. C. de rescindenda vendition.* Abb. *cons. 64. numer. 3.* inquit, perpendendas esse circumstantias, videlicet statum causæ, personarum qualitatem, causam, quare ad transactionem vel laudum deuentum est, & quantitatem deceptionis, & ad hoc bonus atque magistralis tex. *in l. cum ii. §. vult igitur. ff. de transactionibus.* per quem ita tenet Bartolus *in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio.* & ad circumstantias recurrendum esse voluit Dec. *dict. consil. 60. num. quarto.* post Caccialup. ibi relatum, & in examinando circumstantias iudicis arbitrium præualet, cuius iudicio hoc totum committitur, Bald. *in l. per diuersas n. 16.* & post eum Ias. *n. 6. C. mand.* dicens, quod communiter Doctores hoc tenent, & exempla ponunt scribentes *in d. l. per diuersas. Aym. cons. 151. num. 27.* sic considerandum ait dubium litis euentum, vt si litigatum fuisset vsque ad sententiam diffinitiuam, longe vltra dimidiam eius, quod recepit, habiturus fuisset is, qui transactionem impugnare nititur, ad quod facit gloss. *in dict. l. per diuersas. in verbo quam alii. C. mandati.* ibi, quando deductis expensis labore & pretio plus satis valet actio de qua fit cessio, quam gloss. multum commendant ibi Bar. & Bald. & sequuntur Angelus, Salyc. Paul. & reli-
5 qui. Triplici ergo modo † æstimatio dubii euentus fieri poterit, primo probando per testes, quantum communi æstimatione testium in huiusmodi peritorum valere iudicatur, per sup. allegata, & præcipue Aret. *d. l. si quis cum aliter. n. 5.* Bal. *d. l. per diuersas n. 5. Maria. Soc. iun. d. cons. 98. n. 19. vol* 2. vel etiam & secundo per iudicem æstimatio fieri poterit implorato eius auxilio, vt se ex officio informet, *d. l. per diuersas. cum aliis præcitatis.* vel etiam tertio loco æstimatio fieri poterit per peritos ad hoc deputãdos, vt not. omnes *in l. pretia rer. ff. ad l. Falcid. vbi late Alex. & plene quoque Aret. in §. si quis agens. institu. de action. & plenissime post Bartol. in l. 2. C. de rescind. vendit.* Cagnol. & Pantaleon Cremen. & vtiq; semper ad circumstantias præallegatas recurrendum est, & si
6 per testes probatio fiat, testes deponentes † de læsione vltra dimidiam dubii litis euentus, debent esse valde periti, vt bene sciant congruentes rationes assignare, ex circũstantiis occurrentib *Imol. d. l. si quis cum aliter. in fi. sequit. ibi Aret. n. 5. per tot.* prout igitur facti species occurrit, sic deliberandum erit.

SVMMARIA.

1 *Confessio meritorum in genere facta merita concludenter probat.*
2 *Immo non probat, quia ad colorem damnationis facta dicitur.*
3 *Non probat etiam propter incertitudinem.*
4 *Meritorum expressio quamuis in specie non probat merita præcessisse.*
5 *Neque etiam iuramento firmatur.*
6 *Donatio quamuis iurata, filiorum natiuitate reuocatur.*
7 *Donatio ob merita addendo pure, mere, & simpliciter dicitur esse simplex donatio.*
8 *Donatio sub assertione meritorum, & simplicis donationis assumit denominationem ab eo, quod in ea præualet.*
9 *Arbitrio boni viri meritorum fit æstimatio.*
10 *An probandis meritis coniecturæ admittantur.*

QVÆSTIO CVIII.

1 GEneralis meritorum donatarii † confessio à donatione facta merita ipsa iustificat, quia confessio contra confitentem probat, neq; solum merita ipsa probantur, sed etiam æquiualentia donationi esse præsumuntur, quoniam cum donatoris confessione concurrit præsumptio iuris, quod nemo suum iactare creditur, sicuti longe lateque tenet Dec. *cons. 20. volum. 1. Iason cons. 154. volu. 2. Ri[illegible] in l. si vnquam. num. 31. quæst. 15. C. de reuoc. dona.* Contrarium verius est, primo, quia expressio me-
2 ritorum, quæ † fit verbis generalibus, & nudo sermone, videtur facta ad colorem ipsius donationis. Ita enim à communiter accidentib. ex cõsuetudine notariorũ colorari cõsueuerunt, *l. quod venditor. & ibi not. ff. de dolo. Oldr. cons. 5. Bald. in l. illud. nu. 8. C. de sacros. Eccles. & melius in cap. suscitatum. numero 3. de rescriptis.* vbi inquit, quod quilibet præsumitur meritus, nisi probetur de meritis, & sic in instrumentis donationum accipiuntur verba illa pro bene meritis, & seruitiis, nec est donatio falsa, licet merita non interuenerint, & sequitur Pomates *in in addition. ad Bartol. in l. si forte. in verb. præcedentibus. ff. de castrens. peculio.* post Caccialupum ibi citatum probat Dec. *in l. si donatione. numero vigesimo quarto. C. de collat. Bertrand. cons. 135. num. 4. volumine primo. part.* 2. & alii quoque qui proxime adducentur.
3 Secundo, generalis meritorum † enunciatio non probat, quia tanquam dubia & obscura inducit incertitudinem, ita vt apparere non possit, an merita sint donationi æquiualentia vel minora, cum in excessu meritorum simplex donatio diceretur, *Socinus consilio 295. numer. tertio. volumin. secundo. Paris. cons. 23. numer. 65. volum. 1. Rum. cons. 173. numero 11. vol. 1. reprobantes Decium cons. 20. contrarium tenentem.*

&proculdubio meritorũ expreſſio in genere facta merita non probat inter donare prohibitos tamquam in fraudem legis facta eſſe dicatur, *Bartolus in l. ſi forte, ff. de Caſtr. pecul. Corn. conſilio 144. numero 12. volumine 2. vbi communis Curt. Iun. conſilio 67.* vbi communem dicit, quod procedit etiam inter eos inter quos donatio à lege non prohibetur per ea quæ ſupra fuerunt adducta.

4 Tertio meritorũ expreſſio etiam † in ſpecie facta non probat ea præceſſiſſe, niſi probentur, alioquin hoc remedio de facili fraus in legem committi poſſet, vt plene firmat Alexander *in leg. ſi donatione, numero 10. C. de collat. Decius ibidem, numero 23. Iaſon. in leg. frater à fratre col. penultima, ff. de condition. indeb.* vbi communiter ita teneri inquit, & hanc veram doctrinam, & communem appellat Barb. *conſ. 28. circa finem, verſiculo, nec obſtat volumine 3.* Imo
5 nec iuramẽto firmatur huiuſmodi donatio, quoniam iuramentum ſuper expreſſione meritorũ de præterito non validat donationem, quia appoſitum videtur in fraudem legis, & quia ceſſantibus meritis, ceſſat donationis conſenſus ſicuti plene comprobat Alex. *d. l. ſi donatione. n. 5. cum ſeq. C. de collat. probat Dec. n. 25. & infra prox. dicetur.* Sicut et-
6 iam in ſimili renunciatio facta benef. legis *ſi vnquã, C. de reuoc. donat.* non præiudicat, quominus natiuitate filiorum de quibus pater non cogitauit reuocetur donatio facta ſub expreſſione meritorum. Non enim in præiudicium filiorum pater renuntiare etiam cum iuramento poteſt, quemadmodum plene comprobat Bertrand. *conſ. 20 fere per totum, vol. 1. parte 2. & conſ. 135. n. 8. vol. 1. parte 2.* & pleno quoque ſtylo firmat Pariſius *conſ. 73. n. 6. cum ſeq.* vbi per tres columnas & vltra *volumine primo* veriorem, magis communem, & ſequendam referens, tenet
7 & Ruin. *conſ. 73. n. 14, vol. 1.* Quarto vbi donatur ſub aſſertione meritorum ſubiiciendo, nec non pure, libere, & ſimpliciter, tunc donatio ſimplex eſſe dicitur, quia ſequentia verba tamquam clara magis ſunt attendenda, quam præcedentia obſcura, & incerta, & quæ in dubio videntur expreſſa pro cauſa impulſiua, quæ ſane interpretatio fit ad excludendam contrarietatem, eo quod inuicem aduerſantur donatio ſimplex, & donatio ob merita, prout in terminis voluit Odofred. *dicto conſilio primo, Decius dicta leg. ſi donatione, numero 24.* plenius Socinus *conſilio 295. numero 9. poſt Alexandrum conſ. 40. numero 14. vol. 4.* Bertrandus plene *conſ. 48. num. 2. volumine 1 parte 2. & conſ. 135. n. 5. eodem volumine 1.*
8 *parte 2.* reprobans Guidonem papæ *deciſ. 95. & Ruin. conſ. 173. numero 12. vol. primo.* Quinto ſi ſub commemoratione meritorum, & ſimplicis donationis donatio emanauerit ſaltem mixtus erit contractus, denominationem tamen ſumit ab eo, quod præualet in contractu, ſi enim donationis quantitas in eo quod excedit merita, maior eſt, ſimplex donatio appellabitur, etſi merita maiora ſunt, meritoria nominabitur, *argumento leg. quæritur de ſtatu hominum. Corn. conſilio 45. col. prima & ſecunda fere per totum, volumine 4. Reſtaurus Caſtaldus tract. de Imperatore quæſt. 114. n. 12.*

9 Sexto & vltimo vbi ad æſtimationẽ meritorum deueniendum erit, ſcias volo quod meritorum æſtimatio arbitiro boni viri facienda eſt, conſiderata eorum qualitate, quantitate, tempore & aliis circumſtantiis, *l. voluntatis in verbo extimatione, vbi Bald. n. 3 & 7. C. de fideicommiſſ., idem Bald. in l. fidei commiſſ. §. quanquam, C. de ſacroſ. eccl. Alex. conſ. 55. n. 4. vol. 4. Soc. conſ. 295. n. 7. vol 2. Bertrand. conſ. 164. n. 1. vol. 2. parte 2.* Et in probandis meritis, non valde exa-
10 cta requiritur probatio, ſed ad coniecturas recurrimus, quæ in huiuſmodi admittuntur, atque ſufficere videntur, *Tiraq. in l. ſi vnquam gloſ. donatione largitus. n. 100 C. de reuoc. donatio. Pariſ. conſ. 90 n. 13. vol. 3. Alcia. de præſumpt. reg. 1. præſump. 26. numero ſecundo,* cum multis ibi additis a Ioanne Nicolao Arelatano, concludit ergo generalem meritorum expreſſionem non ſuffragari.

SVMMARIA.

1 *Ratio ſemel reddita, amplius reddi non debet, niſi probetur error vel fraus.*

2 *Silentium quinquennii poſt vigeſimum quintum annum inducit ratificationem contractus a minore nulliter facti.*

3 *Quadriennio poſt vigeſimum quintum annum tranſacto leſionem minor non poteſt allegare.*

4 *Adultus agit contra tutorem, & in ſubſidium contra adminiſtratorem nomine tutoris.*

5 *Periurus abſolutionem à iuramento non obtinet, & obtenta illi non ſuffragatur.*

6 *Reſpondens poſitionibus conuictus de mendacio periurus efficitur.*

7 *Tutor non faciens inuentarium neque librum rationum excuſatur probans introitus & exitus.*

8 *Inſtrumentum ſuum reſcindere valens, ſibi ſoluta inprimis reſtituit.*

9 *Tutor tenetur librum rationum pupillo exhibere, vt copiam illius habeat.*

10 *Imo tenetur ipſum librum pupillo reſtituere ſi pecunia illius emptus fuerit.*

11 *Aliud eſt rationem eſſe redditam, aliud confiteri redditam eſſe contrarium deciditur.*

QVÆSTIO CIX.

1 Ratio ſemel reddita de qua remiſſio, & quietatio emanauit nõ debet amplius reddi, & allegans errore vel fraudulenter redditam, ſi vult probare errorem, vel fraudem auditur, alias vero non probato errore vel fraude audiri non debet, *l. ſemel de apochis publicis lib. 10.* vbi Bart. & Bal. hoc notant, & Odofred. ibi dixit ſemel emiſſa ſecuritas non debet amplius refricari, & probat Card. *clem. 2. §. illi n. 4. de religioſis domib. Cum. conſ. 179. n. 2. verſ. ad ſecundum. Soc. conſ. 190. n. 3. vol. 2. Pariſ. conſ. 96. num. 67. & ſeq. vol. 1. Rolan à Valle conſ. 49. vol. 2.*

2 Secundo excluditur adultus ſilentio quinquennii poſt vigeſimum quintum annum expletum, ex quo tacitus conſenſus & ratificatio contractus nulliter celebrari inducitur, habens vim validi contractus, vti ex nunc & tanquam nouus contractus, *l. 1. C. ſi maior factus ratum habuerit, vbi Baldus & alii. Dec. & Cagnol. in l. quæ ab initio, ff. de reg. iur. idem*

Dec

Dec. in l. semper qua non prohibet, num. 16. ff. eod. & conf. 232. num. 1. Aret. conf. 128. n. 5. Alex. conf. 117. num. 2. vol. 1. Curt. Iun. conf. 1. per totum.

3 Tertio excluditur quadriennio excurso post ætatem perfectam annorum 25. intra quod conqueri debuit, & suā deducere læsionem, quo non facto præclusa est sibi via vlterius conquerendi, *l. fi. C de tempor. in integr. restit. peten. Bart. in l. ab hostibus §. sed quod simpliciter, ff. ex quibus causis maiores Neg. de pignor. 4. part. quæst. 19.*

4 Quarto reus conuentus nihil gessit nomine pupilli, sed tutoris nomine administrauit, idcirco aduersus tutorem experiēdum foret, & in subsidium vtili actione contra administratorem nomine tutoris, cui tutor ipse tutelam dimisit, & suo periculo relaxauit, vt est textus hoc ipsum in terminis decidens *in l. tutorem, C. arbitrium tutelæ. & in leg. 2. C. si mater indemnitatem promiserit, & not. ibi Odofred. Bartolus & Salic. & nuncupatim tenuit Iosephus Ludouicus decisionib. Perusinis decis. 4. numero secundo parte prima.*

5 Quinto adultus excluditur exceptioni periurii per eum incursi, instrumento finis iurato contrauenicns, non obstante habilitatione postmodum obtenta. Quoniam qui periurium iam incurrit absolutionem à iuramento obtinere non valet, neque obtenta sibi suffragatur, cum frustra legis auxilium inuocet qui in legem peccauerit, priuatus omni iure contractus iuramento firmati, cui spreto iuramento contrauentum est, *Feder. de Senis conf. 300. in finalib. verb. Felin c. 1. num. 28. de iureiurand. Dec. c. dilecti, n. 3. de except. Alex. conf. 83. n. 7. vol. 3. Paris. conf. 54. n. 15. vol. 1. Ruin. conf. 66. n. 6. vol. 4.*

9 Sexto de periurio quoque adultus ipse conuincitur ex eo quod respondendo positionibus eas in multis negauit, & de mendatio in processu conuincitur, & respondens positionibus, tametsi per verbum credit, conuinctus de mendacio periurus efficitur, vt tenet Bartolus *in leg. de ætate, § si cum esset, ff. de interrogat. actio. Baldus in leg. secunda, §. quod obseruari colum. penultima, ff. de iureiur. Roma. consilio 391. num 7 Natta. conf. 59. parte 1. Plot. de in litem iuran. §. 37. circa princ.*

7 Septimo reus bonorum pupilli administrator in articulis deduxit, & quamplurimis testib. comprobauit quantitatem bonorum pupilli eorumq; introitus & exitus singulis annis perceptos, & qui verisimiliter percipi potuerunt, esto igitur quod nec inuentarium, nec librum rationum conscriptus esset, vbi testibus probantur specifice introitus & exitus bonorum, & quantitas eorum, excusatur administrator, nec aliquas pœnas incurrit inuentarii librique rationum non confecti, vt decidit Plot. *de in litem iurando, §. primo. numero 37. versiculo primo, contra tutores post Caluaneum conf. 93. & alia de quibus ibi.*

8 Octauo adultus rescindere volens instrumentum finis & quietationis ab eo expositi de gestis, & administratis per tutorem, vel administratorem, debet inprimis restituere scuta 300. sibi soluta reliquorum nomine, & quamdiu non sit facta restitutio omniaque in pristinum reposita, non potest in integrum restitui, obtinereque instrumentum rescindi, *Affl. decisione 220. num. 4.* & in terminis tradit Paritius *conf. 96. nu. 112. volum. 1.* vbi quod adultus ad alterum de duobus necessario vel sibi solutum ante omnia restituere, vel quietationi & liberationi stare.

9 Non obstat, quod tutor de gestis, & à se administratis rationem reddens tenetur librum rationum adulto seu eius curatori exhibere, vt copiam extrahat partitarum illius, *Baldus in l. cum testamento numero 4. C. de test. tu. manumiss. expressius Immol. in l. cum seruus, num. 2. ff. de cond. & demonstrat. Plot. de in litem iurand. §. 5. num. 26. Paris. d. conf. 96. numero 26. in fine, volumine primo.* Imo Bartolus *in leg. prima, §. offi. ff. de tutel. & in dicta leg. cum seruus*, vbi & Paulus dicunt, quod tutor tenetur Codicem ipsum seu volumen rationum restituere adulto, & est text. hoc decidens *in l. si ita fuerit, §. hæc quæst ff. de manumiss. testament. & tenet Socinus conf. 159. n. 17. in fine volumine secundo*, quod verum esse existimo ad effectum, de quo supra, scilicet vt copiam faciat adulto rationum veritatem exquirere, rimarique volenti, nec obstat text *dicta leg. si ita fuerit*, vbi reliquorum appellatione veniunt volumina rationum, quoniam ille textus procedit in libro rationum pecunia pupilli empto, cum vero qui tutoris pecunia emptus est edere tantum tenetur Adulto, vt eius copiam habeat ad veritatem perquirendam, vt declarat Immol. *d. l. cum seruus, ff. de condit. & demonstr.* Non obstat, quod aliud est confiteri rationem redditam, aliud est rationem esse redditam, *Anch. conf. 330. n. 5 Soc. d. conf. 159. n. 11. vol. 2.* Cōtrarium enim consuluit Ruin. *conf. 90. fere per totum, volumine secundo.* vbi Anch. sententiam confutat, & eius singularia fundamenta destruit, decidens quod stante instrumento finis, & quietationis iudicis decreto curatoris, & propinquorum interuentu roborato, præsumitur pro veritate confessionis, quod vere ratio reddita fuerit, ad quod faciunt ea quæ supra adducuntur, *n. 1.* confirmatur ex eo quod præsumitur pro instrumento quamdiu contrarium non appareat, *l. optimam, C. de contrah. & commit. stipul. Roma. conf. 102. n. 4. Ayn. consilio 145. numero 2. volumine primo.* Etenim ex instrumento tres oriuntur præsumptiones, quod sit verum, quod sit solemne, & quod sit de voluntate partium celebratum, *Bald. conf. 39. numero secundo, volumine 2.* Quocirca huius adulti intentionem ruere manifeste apparet.

SVMMARIVM.

1 *Contractus in testamento fieri potest.*
2 *In contractibus non est pœnitentiæ locus.*
3 *Præsentia partis in testamento arguit donationē potiusque legatum.*
4 *Legatum à testatore de eo quod debet factum, non tenet.*
5 *Seruitia fructuosa actionem seruienti acquirunt.*
6 *Confessio debiti in testamento probat debitum not. stipulante vel parte præsente & acceptante.*
7 *Imo etiam absente parte obligat de æquitate cautelam.*

8 *Merita vbi præcedunt, præsumitur donatio.*
9 *Donatio ex coniecturis quoque probari potest.*

QVÆSTIO CX.

INdubitati iuris est in testamento nedum con-
1 tractum donationis, sed & quemuis † alium fieri posse, *l. hæredes palam. §. fin. ff. de testamen.* & quæ ibi omnes notant, Roma. *cons. 171. num. 6. Afflict. deci. 675. Botr. decision. 353. num. 4. part. 2. vbi communis.* in contractibus non est locus pœnitentię. *l. in commodato. § sicut. ff. commod. l. sicut. C. de act. & oblig. Afflict. decis. 275. in finalib. verbis. Paris. consilio 90. numer. 25. volum. 3.*

2 Verum hoc præcipue quærendum est, an dispositio, de qua in testamento valeat in vim donationis inter viuos, vel legati naturā assumat, & videretur dicendum, magis accedere naturæ legati, quam actui inter viuos, quia subiecta materia hoc patitur, & verborum proprietas concurrit. Quoniam secundum subiectam materiam verba sunt interpretanda, & à proprietate verborum recedi non debet, *l. si vno. ff. locati. l. non aliter. ff. de lega. 3. & in terminis firmat Io. Faber. in §. primo. institution. de leg. Sal. in l. fin. C. de donation. causa mortis.* & comprobat Iacobus de Nigris *in repet. rubric. ff. de legat. 1. num. 42.*

3 Contrarium † tamen vti verius sequendum est. Primo, quia præsentia partis conuenit magis donationi, quam legato. *Roman. d. cons. 171. colum. penul. & fina. Aret. d. §. 1. num. 2. instit. de legat. Andreas de Bessetis in rep. l. 1 n. 199. C. de sacros. Eccles. Crot. in rub. n. 20. ff. de leg. 1. post alios adductos ab eis.*

Secundo, testatrix donatarii debitrix erat in
4 eo, quod reliquit, ergo nō potuit id, quod debuit iure legati relinquere, quia legatum à debitore, de eo quod debet factum, non tenet, *§. si quis debitori. institut. de legat. l. si creditor. iuncta lege sequenti. ff. de legat. 1. l. Aurelius. §. eum qui cum duobus sequentib. ff. de liber. lega. not. omnes in l. generaliter. Cod. de non numer. pecun.* Stante maxime, quod seruitia donatarii non fuerunt obsequialia tantum, sed etiam fructuosa, ex quibus debitrix facta, efficax contra ipsam actio oriri potuisset, ideoque loco æris alieni seruitia ipsa habentur, *Alex cons. 45. n. 11. vol. 1. Fabian. de Gochu in auth. nouiss. n. 65. C. de inoff. testam.*

6 Tertio, cōfessio debiti † emanata in testamento, notario stipulante pro eo, ad cuius fauorem emissa est, vel parte præsente, & eam acceptante, probat debitum ex vi confessionis inter viuos, ita vt illud peti & exigi possit, neque à testatore reconualescente reuocari valet, nisi doceatur, testatorem errasse, vel circumuentum fuisse, *l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de legatis 3. l. Lucius. §. quisquis, el 2. ff. de legatis 2.* & vtrobique notat Bartolus, cum aliis in additione ad Bart. ibi signatis, & magis ad terminos quæstionis propositæ Bal. Salic. & Paul. *in l. generaliter. C. de non num pec.* Bald. *cons. 488. volu. 4.* qui valde in terminis consuluit, motus auctoritate Gloss. *in l. ex hac scriptura. ff. de donat.* quæ non donationem causa mortis, non legatum, sed donationem inter viuos approbat, accedente præsentia partis, prout ibi declarant Bartol. Albericus, Imol. & Paulus, & notabiliter Romanus *dicto consilio centesimo septuagesimo primo. num. 6. vsque in fin. consilii.*

Quarto, confessio debiti etiam absente parte à
7 testatore emissa obligatoria est, † saltem de æquitate canonica, quia sola mens sufficit, de qua quoquo modo constet, maxime quando fit ex aliqua causa stimulante conscientiam, ideoque hæres cogitur illi stare, tanquam ex ea ius probationis ortum sit, adeoque reuocari non possit, prout tenuit originaliter Anton. de Butrio *in cap. si cautio. nu. 7. in fine. de fid. instru.* & probat tamquam singulariter notandum Imol ibi *n. 15. in fin.* & tenet Bald. *in l. rationes. num. 2. C. de probation. & in l. generaliter. 10. quæstion. C. de non numer. pecun.* & facit idem Bal. *cons. decimo quarto. in finalibus verbis volumine tertio.* & videtur gloss. *in dict. l. ex hac scriptura. in glossa magna, ibi ex benignitate. ff. de donationibus. & plene ponit Felin. dict. capitu. si cautio num. 24. & seq. de fid. instrum.* vbi communem ait hanc partem esse, & vti communem firmat Dec. *cons. 163. nu. 1. cum seq.*

8 Quinto & vltimo, † cum testatrix sic formiter disposuerit, item reliquit iure legati ac debiti, & omni alio meliori modo, interpretatio potius fieri debet, dispositionem hanc valere in vim debiti, siue donationis inter viuos, tum quia efficacior est, atque solidior, tum etiam quia merita præcedentia ita suadent, *Bald. in l. si mortis. num. 3. C. ad leg. Falcid. Tiraq. in l. si vnquam glos. donatione largitus. n. 53. C. de reuocand. donatio. Socinus consi. 66 num. 7. volu. 3 & melius Paris. cons. 90. num. 9. cum plurib. sequen. volum. 3.*

9 Nec præmissis obstat, quod † testatrix nullibi vsa sit verbo *dono*, vel simili. Nam vbi merita præcesserunt, in dubio præsumitur donatio, sed & aliis quoque coniecturis donatio elicitur, non expresso verbo *dono*, vt ponit Felin. *d. c. si cautio. nu. 5. de fide instrum. Afflict. dict. decis. 175. nume. 2.* cum aliis multis congestis a Tiraquell. *in d. l. si vnquam. gloss. donatione largitus num. 50. C. de reuocand. donation.* frustra pœnitere conatur.

SVMMARIA.

1 *Liber censualis Ecclesiæ publicam fidem habet, quando fideliter custoditur.*
2 *Solum locationis in emphyteusim instrumentum non probat dominium Ecclesiæ.*
3 *Pensionis solutio decēnio facta, ꝓbat dominiū Ecclesiæ.*
4 *Instrumentum locationis in emphyteusim aliis indiciis coadiuuatum probat dominium Ecclesiæ.*
5 *Conducens in emphyteusim actione personali à directo domino cōuentus, rem relaxare tenetur, & postea de proprietate litigatur.*
6 *Emphyteuta compellitur designare rem, pro qua domini pensionem soluit, vel ad cōiecturas recurritur.*

QVÆSTIO CXI.

ANte bullam à Pio Quinto nuper emulgatam sæpe in dubium reuocari audiui, an contractus census de iure subsistat in foro fori, atque poli. Idcirco autoritates plurimorum Doctorum vtriusq; censuræ in compendium redegi, vt de validitate contractus non dubitetur, tametsi hodie cessat omnis dubitatio.

Con-

Contractus igitur cēsus siue emptio annui reditus an de iure subsistat, vel vsurariam prauitatem sapiat canonistæ ponunt *in c. in ciuitate, de vsuris vbi Innoc. tenet*, quod licitus est contractus, quando quis emit reditum antea constitutum, sed si de nouo emat, adhuc inquit licitum esse ea ratione, quia est emptio & venditio, & hic cadit pretium, & merces, emptorque periculo subiicitur, & ideo census tanti æstimari potest, quia redditus, vel actio tantum valebit, subsequentibus temporibus vel ad minus est dubium, & hoc sufficit vt sit licitus contractus, consulit tamen fidelibus, vt ab huiusmodi se abstineat, Abbas *ibidem num. 7.* audacter tenet pro validitate contractus referens canonistas ita communiter tenere, quia sicut potest emere totam possessiō onvel censum ab antiquo constitutum, ita licitum est de nouo emere, adducit simile de eo, qui habet actionem ad mille, à quo si pro octingentis emo, non est peccatum, quia expono me periculo, cum dubius est litis euentus, *Anton. de Butrio in dicto capit. in ciuitate numero septimo*, eidem sententiæ adhæret ratione incertitudinis quantum futuro tempore annuus redditus valere debeat, & quia emptor in futurum forte nihil percipiet vel in litem multum expendet, non discrepat à præmissis Cardinalis Zabarella *ibidem quæstione tertia sub numero sexto*, vbi pro contractu concludit, dummodo cessent fraudes & dolus, Ioannes de Annania *in loco de quo supra numero decimo quarto & sequente*, plenius omnibus quæstionem explicat, & refert Petrum de Ancha. quæstionem disputasse, dum regeret Cathedram Sexti & Clementinarum in ciuitate Bononiæ, vbi contra contractum septem vtitur rationibus, & pro contractu pluribus aliis ita tenendum esse affirmans, quia authoritas Innocentii qui fuit Papa, & Hostiensis qui fuit Card. aliorumque canonistarum contractum huiusmodi approbant, inquiens, ita vidisse consultum à duodecim Iuris vtr. Doctoribus, licet referat Gregorium de Arimino ordinis Eremitarum, sua tempestate approbatissimum disputando contractum reprobasse, rationibus, quas ibi Anania recenset, Augustinus Berous *in eodem cap. numero nono*, eandem sequitur opinionem, & communem scribentium decisionem esse firmat Iohannes à turre cremata vir summæ inter Theologos, & Canonistas auctoritatis, *in cap. si quis vsuram 14. quæst. 4.* iustum esse contractum voluit satisque notabiliter in materia scripsit, vbi pluribus hinc inde relatis ita residet, cuius doctrina in hac quæstione multum perpendenda est, Laurentius de Rodulphis *in c. consuluit de vsuris*, in eandem venit sententiam dummodo cesset fraus, & deceptio, quamuis addat, vix video quomodo sine fraude hoc fieri possit, non tamen inquit, dico quin possit, postquam in discursu vacillare videtur, at in quæstione 12. & 13. pro contractu concluditur, pariterque quæstione 18 licet sub dubio, & inter dentes loquendo, inquiens caneant sibi sic contrahentes, ne legi fraudem faciant, & proprias animas decipiant, Felix Maleolus Hermælitanus *tract. de empt. & vend. vnius pro viginti*, vt habetur tractatuum *tom. 18.* contractum confirmans referens quæstionem disputatam fuisse in concilio Constantiensi sub anno Domini 1417. & postmodum in concilio Basiliensi, vbi peritiores mundi congregati fuerunt, & huius contractus naturam radicitus viderunt, & si nonnulli Theologi contradixerint, maior tamen pars Doctorum vtriusque iuris & Theologorum præualuit, idemque confirmat *sub n. 7.* vbi ait, alias per vniuersum mundum fuit generalis scrupulus de huiusmodi contractibus, aliis dicentibus prout Iudæi de Christo, quia bonus est, aliis non, & per maiores mundi Doctores disputatum, & à diuo Thoma in contrarium consultum, sed Thomas succubuit, & aliorum opinio per decretum Pontificis, & concilii Basiliēsis præualuit, hæc ille, licet pleniori stylo in suo tractatu vsus fuerit, plenissime quoque scribit Guliel. Bont. *tract. de vsuris, & emptione redditaum vitalium, vel perpetuorum per totum tractatum* ad partes disputando, qui in sententia de qua supra residet, Ambrosius de vignate *tract. de vsuris num. 73. & seq.* eandem firmat opinionem cessante fraude vsurarum, & dummodo non sit deceptio vltra dimidiam iusti pretii, & communem refert opinionem esse Guid. Papæ *tractatu de vsuris, & contractibus illicitis num. 28. & seq.* idipsum confirmat, nisi contrahentes corruptam habeant intentionem, & hæc opinio munita est decreto apostolico, vt habetur *in extrauag. Martini Papæ quinti, incipiente regimini sub titulo de emptione, & venditione*, & Calix. tertius ibidem confirmauit *in c. 2.*

Non desunt etiam inter legistas multi illustres viri, qui contractum hunc approbant in foro fori atque poli, vt Bald. *in l. iusiurandum, col. 32. ff. de iureiur.* vbi plene Iason post alios *in l. pater puellæ, C. de inoff. testament. Oldr. consilio ducentesimo septimo, Baldus consilio 154. volumine secundo, Roma consilio 302. Anch. consilio 30. Parisius consilio 60. num. 13. & alibi per discursum, volumine primo, & consilio 75. numero 77. & seq. vol. 4. vbi satis notabiliter loquutus est, Aym. consil. 145. n. 20. vol. 1. Bertrand. cons. 3. n. 4. volumine tertio, parte prima, plenissime Tiraq. de retract. consang. §. 1. glos. 6. per totam* vbi fere omnia quæ distingui, & considerari possunt, recenset, & aliquid *eod. §. 1. glos. 14. n. 117. & seq.* & subtilissime quoque Couarruuias *variarum resol. lib 3. c. 7. de annuis redditibus*, comprobatque nouissime Nauarrus *in suo commentario de vsuris, numero 84. & 85. & Sotus de iust. & iure, lib. 6. quæstion. 5. articulo 2. & 3.* verum hodie omnis prorsus dubitatio cessare debet ex Bulla nuper edita à Pio quinto viro timoratæ conscientiæ, & nunquam satis laudato *sub rub. de forma creandi census*, & ita in vrbe Roma, atque in vniuersa ditione ecclesiæ contractus huiusmodi vti rationabilis atque licitus approbatur, practicaturq;, cessent igitur detractorum morsus, & alii quorum scrupuli procul pellantur.

SVMMARIVM.

1 *Pro instrumento præsumitur.*
2 *Ex quo tres oriuntur præsumptiones.*
3 *Et facit rem manifestam.*
4 *Et dicitur probatio probata.*

5 *Contra præſumptionem quæ pro inſtrumento eſt, admittitur probatio in contrarium.*
6 *Inſtrumentum an probetur per teſtes.*
7 *Declaratur vt ibi.*
8 *Mandatum executiuum an conſummandum in re alteri legata.*
9 *Hæreditas ſi ſoluendo eſt, legatarius in re ſibi legata creditori præfertur.*
10 *Per legatum ſimpliciter agnitum præiudicat ſibi legatarius in eius credito.*
11 *Iuris error præſumitur in eo, quod de conſilio peritorum procedit.*
12 *Simplicitas vulpina commendatur.*
13 *Vxor, cui legatus eſt vſusfructus, & prætereà victus & veſtitus, conſequitur tantum vſumfructum, cui victus & veſtitus ineſt.*
14 *Voluntas teſtatoris vbi euidens eſt, non eſt de ea diſputandum.*

QVÆSTIO CXII.

1 MAxima quidem inſtrumenti vis eſt, † atque
anctoritas, ita vt pro eo ſemper præſuma-
tur, *l. cum precibus. C. de prob. l. optimam. C. de contrab.*
& comm ſtipul. Alciat. tractat. præſumption. regul. tertia.
præſumpt. 13. num. 7. cum aliis ibi additis. Vnde Baldus
2 *conſ. 39. n. 1. vol. 3.* dixit, quod ex inſtrumento tres o-
riuntur præſumptiones, prima quod ſit verum, ſecun-
da quod ſit ſolenne, tertia quod de voluntate par-
tium ſit contractus celebratus, ſequuntur Roma.
conſ. 102. num. 4. Aymon conſ. 145 nume. 2. Curt. ſen. conſ.
49. numer. 75. Pariſius conſil. 104 numer. 6. volum. primo.
3 Et nedum pro † eo præſumitur, ſed etiam dicitur
facere rem manifeſtam. Bart. & alii *in leg. 1. in princi-*
pio. ff. de noui oper. nunciat Alexand. conſ. 37. num. 16. vo-
lum. 2. Decius conſ. 682. in principio. & alii quos cumulat
additio ad Alexand. dict. conſ. 37.
4 Imo dicitur probatio probata, quoniã ſicuti te-
ſtes examinati parti aduerſæ nocent, ita inſtrumẽ-
tum, quod probatio iam facta atque probata eſt,
Iaſ. in leg. iuris gentium. §. quod fere. ff. de pactis. Socinus
conſ. 89 numer. 17. volum. 1. Decius conſ. 36. numer 2. Al-
ciat. vbi ſupra. Pariſ conſ. 104. numer. 65. & ſeqn. vol. 1. &
5 *alii in addit. ad Alciat. copioſe relati.* Sed etſi † potens
ſit atq; efficax auctoritas ex inſtrumẽto reſultans
admittit tamen probationem in contrarium, *per*
text. in l. cum precibus C. de probat. dict. l. optimam. Cod.
de contrab. & com. ſtipulat. l. iuris gentium. §. quod fere.
ff. de pactis. Bald. dict. conſ. 39. volum. 3. vbi inquit, hæ
tres præſumptiones, quæ pro inſtrumento fa-
ciunt, recipiunt contrarias præſumptiones tam
directe, quam indirecte.
6 Nec obſtat, quod † contra tenorem & ſubſtan-
tiam inſtrumenti, ſeu directo, cõtra id quod can-
tat inſtrumentum, non admittitur probatio per
teſtes, ſed tantum per aliam ſcripturã inſtrumen-
tum reprobantem, licet contra præſumptiones,
quæ ex inſtrumento reſultant, & eius ſolemnitatẽ
admittatur probatio per teſtes, *leg. generaliter. C. de*
non num. pec. & ponunt Alb. & Ang. poſt gl. *in d. l. iu-*
ris gentium. §. quod fere. ff. de pact. & ibi Alex. & Iaſon.
Idem Iaſ. poſt Alex. & alios *in l. ſciendum. ff. de verbor.*
oblig. vbi communem affirmat.

7 Reſpond. contrarium † procedere in contra-
ctibus, qui in ſcriptis celebrantur, cum autem ho-
die ſcriptura fiat ad probationem, non vero ad
ſubſtãtiam, contractus non dicuntur fieri in ſcri-
ptis, niſi hoc expreſſe conuentum fuerit, quod alias
non valeat, niſi ſcriptura fiat, vt declarant Bartol.
Ang. & Salic. *d. l. generaliter. C. de non numer. pec. nu. 4.*
prout etiam firmant Afflict. *deciſ. 105. in fi. ne. Go-*
Zadinus conſil. 1. n. 24. Dec. conſ. 340. col. 2. vbi commu-
8 nis. Eſto igitur, † quod per teſtes impugnari po-
tuerit, non tamẽ vllibi reprobatũ apparet. Quare
non iniuria in executione inſtrumẽti mandatum
executiuum relaxatum eſt, ipſum tamen manda-
tum à creditore obtentum in bonis hæreditariis
exequendum, conſummari non poteſt in bonis
legati iure filio relictis, quoniam bona hæredita-
ria ea eſſe dicuntur, quæ iure directo pertinent ad
hæredes, non quæ iure legati, vel fideicommiſſi
alteri reſtituenda veniunt, idque procedit nedum
in materia ſtricte interpretanda, ſed etiam in qua
latior fit interpretatio. Corn. plura ad hoc iura al-
legans *conſ. 14. n. 5. vol 2. & conſ. 94. n. 6. vol. 4. Rui. conſ.*
57. n. 18 & 23. vol. 2. & conſ. 120. n. 9. & 12. vol. 3. Soci. conſ.
9 *36. vol. 3.* Nam vbicunq; hæreditas † eſt ſoluendo,
nõ poteſt creditor hæreditarius agere ad bona iu-
re legati legatariis debita, quia æs alienum ad o-
nus legatariorum non pertinet, ſin autem hære-
ditas ſoluendo non ſit, tunc creditor iure conce-
ditur aduerſus poſſeſſores bonorum iure legati
poſſeſſorum hypothecaria illos cõuenire, & ſuum
creditum conſequi, *gloſ. in l. fin. §. etſi præfatam, verſ.*
licentia. in verb accommodare. Cod. de iure deliber. Bar-
tolus in l. is cui §. poſtquam. ff. vt in poſſeſſ. legat. inqui-
ens, quod ſi hæreditas eſt ſoluendo, creditoribus
præfertur legatarius in re ſibi legata, quia creditor
debet prius agere contra hæredem, ſequitur A-
lexand. *d. §. etſi præfatam. numero ſeptimo. Ruin. conſilio*
57. numer. 22. & 23. volumine 7. Pariſ. conſ. nonageſimo
quarto. numer. 21. volum. 2. Dilect. de art. teſtandi. tit. de
liberis inſti. vel exhæred. caut. 13. n. 2.
Sed etiam filia in legatu aduerſus creditorem
tuta ſit, in alio tamen caſu ſibi præiudicium infer-
10 tur. Quoniam filia † paternum legatũ agnoſcens
non poteſt petere id, quod plus eſt in credito do-
tis, à patre in eius vita ſibi conſtitutæ, legatum e-
nim creditor agnoſcendo ſimpliciter, & abſque
proteſtatione ſibi præiudicat, eiuſque creditum
totum extinguit, quamuis maius ſit legato, *leg. ſi*
cum dotem. §. ſi pater. ff ſolut. matrimon. l. Lucius in fine
principii. ff. de legatis primo. Alexand. poſt alios in dict. §.
pater. & in l. ſi compenſandi. C. de hæred inſtitutien. &
conſil 132. numero ſecundo. volumine ſecundo. Ruin. conſ.
166. num. 18. volum 7. Bertran conſ. vltim. n. 7. vol. 8. par. 1.
Dilect. de arte teſtandi tit. de legat. caut. 5. n. 5. Afflict. dec.
44. n. 31. Neque aduerſatur, quod filia iuris errore
ducta (vt aſſerit) credidit ſe obſtrictam eſſe legato
11 paterno, † propterea que illud acceptauit. Quo-
niam iuris error & ignorantia non præſumitur,
niſi probetur quod ex conſilio peritorum fecerit,
quibus credere tenebatur, & ſic errauerit, *l. leges ſa-*
cratiſſimæ. col. fin. C. de leg. Bart. & Ang. in l. ſed etſi lege.
§. ſcire. ff. de petit. hæred. Bal. in l. 1. C. de falſa cauſa adiecta
lega-

legato. & in l cum proponebatur. ff. de legat. 2. Alioquin
12 dici posset simplicitas vulpina, † quæ comederet
pecus, vt inquit Bald. consil. 386. in fine. Vxor vero,
quam testator extraneis hæredibus institutis re-
liquit vsufructuariam bonorum suorum, & præ-
terea victum & vestitum ei legauit, non verum-
que tanquam duo sint diuersa legata, quoniam
vnum virtualiter inest alteri, neque primum im-
mutatum dicitur, per id quod sequitur Ioann. de
Anania consil. 37. numero sexto. & Bologninus in addi-
tione, & magis in specie Baldus consilio ducentesimo nono.
per totum, & maxime circa finem. volumine tertio. &
cons. 459. in fine. eodem volum. Alex. cons. 294. numer. 10.
cum seq. vol. 6. vbi testator reliquit vxori vsumfru-
ctum, & etiam alimenta, & tenet non alimentari-
am, sed vsufructuariam esse, & adiectionem de a-
limentis non restringere præcedens legatum v-
susfructus, & licet idem Bald. cons. 237 vol. 1. tenere
videatur de rigore verborũ, duo esse directe lega-
ta, vnum vsusfructus, alterum alimentorum ex
pretio proprietatis consignandorum, fatetur ta-
men, hoc non esse de intentione testatoris, & ita
etiam tenet Paul. de Monte pico. in l. Titia. cum test.
§. final. num. 136. ff. de legat. 2. tametsi oon multum fi-
deliter referat Baldum, & quod vsufructuaria tan-
tum sit, probat gl. final. in l. fundi. ff. de vsufruct. le-
gat. & plenius gloss. in leg. si quis ita. ff. de vsufruct. legat.
titul. generali. & quod ibi Baldus & alii. Non obstat
Paulus de Castro cons. 371. numer. 1. volumin. 2. qui te-
nere videtur, quod mulier sit vsuraria non vsufru-
ctuaria, & simpliciter sequitur Aym. cons. 25. nu. 27.
volum. 1.

14 Quicquid ibi sit, vbi euidens est testatotis vo-
luntas & intẽtio, vt hic claris verbis expressa, quod
sit vsufructuaria, non est ab ea recedendum, neq;
de voluntate disputandum, l. non aliter. ff. de leg. 3. l.
ille aut ille. §. cum in verbis. ff. eodem. plene Ias. in l. 3. C. de
liber. præter. vbi hoc dictum exornat, & ponunt in
similibus terminis cons. 1. vol. 45. vbi pleno Corn. cons.
31. num. 11. volum. 4.

S V M M A R I A.

1 *Pater per filium, & è conuerso habitare, & patris esse dicitur.*
2 *Similiter frater per fratrem.*
3 *Forensis per statutum exclusus, à successione bonorum non excluditur ab æstimatione seu pretio eorum.*
4 *Aduentitia filii ex causa famis pater alienare potest.*
5 *Aduentitia filii ex causa vtilitatis pater alienat.*
6 *Aduentitia filii minoris absque solennitatibus pater distrahere potest iusta subsistente causa.*
7 *Causæ, ex quibus alienatio conceditur de bonis filii à lege expressa, per dictionem taxatiuam non excludunt similes, vel maiorem rationem habentes.*
8 *Confessioni paternæ ad fauorem filii in testamento factæ quando stetur.*
9 *Filiusfamilias industriosus præsumitur suo labore superlucratus.*

QVÆSTIO CXIII.

STatuto excludenti forensem à successione ni-
si venerit ad habitandum satisfactum esse. Re-
1 spondeo: Quoniam pater † per filium continue
habitasse censetur, is enim præsens esse dicitur,
nedum qui suo corpore præsentiam sui facit, sed
etiam, qui per filium eius præsentiam exhibet.
Nam vnus ex præsentia alterius repræsentatur, l.
cum scimus. circa finem. Cod. de agrico. & censitis. libro
decimo septimo, ibi, cum eum pars quodammodo corpo-
ris eius. Quem textum Bartol. ibi not. ad statutum
disponens, quod absentes à ciuitate non gaude-
ant priuilegio ciuium, cum onera non supportẽt,
quod qui abest à ciuitate, in qua remanent filii,
abesse non dicitur, cum it onera ciuium subeant,
& idcirco priuilegio ciuiũ gaudebit pater absens,
per quem textum dixit Gloss. penult. in l. fin. C. de
impuber. & aliis substitutionibus. quod vbi est vnus,
& alter esse videtur, & ibid. dixit Ang. quod habi-
tatio patris prodest filio, & econtra ad beneficium
vel priuilegium consequendum, dicens, se hoc
pluries de facto vidisse in ciuitate Perusii, & idem
voluit Baldus in l. 1. §. illud. C. communia. de manumis-
sion. vbi inquit, domus habitationis patris dici-
tur habitatio filii, & è conuerso sequitur Ange-
lus cons. 270. & Ancharan. Corsett. tractat. de potesta-
te regia. parte tertia. quæstione 25. numer. 3. in fine. &
numer. 32 vbi refert, se ita apud Ariminum con-
suluisse pro domino Maynerio de Maschis Ari-
minense, qui in ciuitate Bononiæ prætor exi-
stens, in ciuitate Arimini matrem & familiam
habebat, & quod de patre respectu filii permis-
sum fuit, idem è conuerso procedat, vt voluit
Gloss. in dict. l. cum scimus & Angel. dict. l. fina. Cod. de
2 impuber. Immo nedum pater filium, † & econtra
habitare dicitur, & munera subire, sed etiam frater
per fratrem, hoc idem facere dicitur, vt text. in d. l.
cum scimus. decidit & Bartolus ibi notat, nempe
statutum prohibet forensem succedere, nisi vene-
rit ad habitandum propter datia & collectas ciui-
um, quorum fauore emanauit statutum, non pro-
ter rei ipsius naturam, aut forensis vel absentis o-
dium. secundum Bald. cons. 310. ad euidentiam, nume. 30.
volum. 3. igitur non refert, quis munera seu colle-
ctas subeat pater an filius, frater iste, magisq; alter,
sed etsi statuti ratio sit vt ciuitas, & eius territo-
rium habitatoribus repleatur, prout in simili casu
consuluit Roman. cons. quinquagesimo nono. ad discu-
tiendum, numer. 1. videtur statuto satisfactum, eo
quod cum tota familia habitationem in loco per
3 filium eius retinuit, tametsi † ipse aliquando fue-
rit absens, vt quatenus exclusus foret à succes-
sione bonorum hæreditariorum, admittitur sal-
tem ad pretium & æstimationem eorum, Bartolus
in l. filius. §. si quid alicui. ff. de legatis primo. Alexand. &
Iason in leg. Iulianum. §. constat ff. eodem titulo. & est
communis opinio, vt Ias. ibi testatur. Ruinus
cons. 139. num. 24. volum. 5. quare præsupposito pa-
trem à beneficio statuti exclusum non fuisse, pa-
4 tremque onere fideicommissi obstrictum † fuis-
se post eius obitum bona filio restituere pa-
ter ipse potuit, ob imminentẽ famis necessitatem
aliena-

alienare bona aduentitia filii, quoniam si filius vendere potest ob eandem famis necessitatem, *l. fin. C. de patribus qui filios distraxer.* multo magis potuit illius bona ex eadem causa distrahere. *Auth. multo magis, C. de sac. san. eccl.*

5 Secundo si pater ex causa vtilitatis filii potest eius bona alienare, *glos. in l. quacunque C. de bonis qua liber.* vbi Baldus sequitur Iason. *in l. contra iuris, ff. de*
6 *pactis*, vtique multo magis ex causa necessitatis. Tertio vbicunque iusta causa subest, potest pater aduentitia filii minoris alienare, etiam absque iuditiali decreto, *leg. prases prouincia, C. de transact.* vbi post alios Alexander, Iason & Curt. communem affirmantes, & glos. casum in terminis decidit *in l. ob as, C. de prædiis minor.* quam sequuntur ibi Bartol. & pleniori stylo Alberic. idem Alberic. *in l. prima, C. de bonis maternis*, vbi quod etiam ex causa vestium minoris bona venundari possunt, quia vestes alimentorum appellatione compre-
7 henduntur. Non obstat tex. *in leg. finali, §. ipsum autem filium. C. de bonis qua lib.* vbi habetur quod pater potest tantummodo ex causa solutionis æris alieni hæreditarii, ac legatorum, vel si res sint hæreditati onerosæ, vel steriles bona filii aduentitia alienare, extra autem memoratas causas, ait ibi textus, pater alienare prohibetur, & ibi causa necessitatis famis non enumeratur.

Responde quod expressio causarum quibus alienatio conceditur ibidem facta per dictionem taxatiuam non excludit alias causas similes, eandem, vel maiorem rationem habentes, veluti tradiderunt Bartolus, Baldus & Salic. *in dicta leg. ob as. C. de prædiis minorum* & ita quoque per eundem textum declarat Alexander *in additione ad Baldum in dicto §. ipsum autem filium, versiculo non autem licentia, & in additione ad Bartolum in dicta leg. finali, §. vbi autem in principio, C. de bonis qua liber.* vbi Alexander quærit, an si pater ex causis de quibus ibi, & ex aliis causis alienet rem, sentiens nedum ex causis, de quibus in text. sed etiam ex aliis alienationem consistere posse, quod etiam notat pro mirabili Andreas Barba *in additione ad Baldum in dicta lege quacunque, C. de bonis qua liber.* quod ergo pater fecit iure processit.

8 Alia insuper insurgit dubitatio, an patri credendum sit, dum suo testamento asseruit quædam bona esse de bonis aduentitiis alterius filii, nisi aliunde de veritate confessionis constet per inditia, & præsumptiones vrgentes, Respondeo confessio redditur suspecta, & præsumitur emissa in fraudem legis prohibentis donationem inter patrem & filium in eius potestate constitutum, *leg. frater ad fratrem, ff. de conditione indeb. leg. si donatione, C. de collation. Angelus consilio trecentesimo quadragesimo primo, numero primo, Corn. consilio trecentesimo decimo, volumine quarto, Alexander consilio vigesimo sexto, numero primo, volumine secundo*, qui tenet præmissam confessionem legitimæ filiorum præiudicare non posse, nisi aliud in contrarium doceatur, idem Alexander *consilio quinquagesimo septimo, numero secundo, volumine 5.* & ad præmissorum confirmationem videantur quamplures alii qui citantur in additione ad Alexandrum *cons. 45. in fine volumine primo.* E-
9 tenim si dubitari † contingat, an filius ex re patris vel proprio labore superlucratus fuerit ad coniecturas recurrendum est, nam si filius sit diligens atque industriosus, vtique ex propria industria lucra facta præsumentur, *glos. in l. cum oportet in verbo ex eius substantia, C. de bonis qua lib.* quam Bart. & alii ibi sequuntur, Ang. *d. cons.* 141. dixit, quod si filius est in aliquo exercitio edoctus, ita ut verosimiliter superlucrari potuerit, statur confessioni patris in suo testamento cōfitentis lucra & accidētia filii, & sequitur Ias. *cons. 184. n. 5. volumine 2.* qui de filiofamilias doctore loquitur rationem adducens, quia præsumptio præsumptionem tollit, cum enim confessio in fraudem legis facta præsumatur, contraria præsumptione eliditur ex qualitate personæ filiifamilias, qui in aliqua arte se exercet, & idem per alios ab eo citatos firmat Tiraq. *in l si vnquam glos. donatione largitus, n. 100. vers. ex eo quoque, C. de reuoc. donat. & omnino Alexander cons. 18. per totam, vol. 3.* vbi consuluit standum esse confessioni primæ, & quod filius erat faber ferrarius, subiungens testes singulares sufficere ad probandum, quod lucra filii ad manus patris peruenerint per adducta ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenti relati tenor in referente contineri dicitur quando habetur certitudo voluntatis partium.*

2 *Vel quando exprimitur causa debiti, quantitas, & tempus.*

3 *Verba prout in tali instrumento continetur, exponuntur, qua sic in tali instrumento continentur.*

4 *Debitori qui facto computu, debitum confitetur cum iuramento, non allegat errorem calculi.*

5 *Reuocatio erroris debiti, non transit ad hæredem.*

6 *Procurator ad emendum ea omnia potest sine quibus emptio sortiri effectum non potest.*

7 *In mandato veniunt incidentia accessoria, præparatoria, & qua sunt vicinia mandato.*

8 *Probationes contra authorem, recipiuntur contra illius singularem successorem.*

9 *Dummodo habuerint esse priusquam res transiret in singularem successorem.*

10 *Fideiussor dicitur habere mandatum de soluendo, ideo non tenetur litigare.*

QVÆSTIO CXIIII.

1 INstrumentum relationem habens ad aliud instrumentum plene probat inter easdem personas, quando tenor instrumenti relati in referente continetur, vel etiam si tenor formaliter non ponitur, ex ipso tamē instrumento referente habetur certitudo voluntatis partium, secus vero si dubia esset, & imperfecta recitatio alterius instrumenti, *Bald. in l. prima in fine, C. de episc. & cler. Dec. in Auth. si quis in aliquo, n. 4. C. de edendo. Alex. in l. sciendum numero 9. ff. de verb oblig. Soc. cons. 266. num. 1. Caccia-*
2 *lup. in l. admonendi numero 19 ff. de iureiur.* vbi inquit, quod clare instrumenti relati tenor inseritur, quando exprimitur causa, debiti quantita

& tem

& tempus, & alibi dicitur, quod scriptura relationem habens ad aliam, probat, quando scriptura refereus habet orationem, & significatiooem perfecte, tunc enim non vitiatur id, quod certum est, quamuis non exhibeatur scriptura, ad quam fit relatio, *Salicetus in leg. in ciuilo. numero tertio. ff. de legibus. Riminaldus in dict. authent. si quis in aliquo. nu. 1. in fin.* & quando iostrumentum refereus continet,
3 aliquid † certum probat, etiamsi dicatur, prout in tali instrumento continetur, vel secundum quod in tali instrumento habetur, vel iuxta tale instrumento. Eiusmodi enim dictiones nõ staut conditionaliter, sed causatiue, id est, quia sic in tali instrumento continetur, *Bart in leg. cum qui. §. Iulianus. ff. de constitu pecun. Rimin. in d. auth. si quis in aliquo. n. 12. circa med. plene Felin. in cap. ex parte. el primo. nu. 10. & seq. de rescript.* vbi multa exempla ponit, oeque in hoc casu præmissis aduersatur allegatus error calculi eorum, quæ contiuentur io libris, ad quos instrumentum relationem habẽt, quia error calculi non potest † allegari, quãdo factis completis,
4 & eis in solidum positis debitor confitetur debitum cum iurameuto; promittens conuenta attendere, & obseruare, & eis non contraoenire, *Bologninus in addit. ad consilium Anania, consil. sexto. Vitalis de Gambaun tractatu clausularum, in verbo, cLim non errore ductus. numero 57. in fine, Ruinus cons. 71. num. 20. volum. 4.* vbi communem refert quicquid ipse in contrarium teneat.

5 Rursus cõfessionis debiti † sub prætextu erroris reuocatio noo transit ad hæredem, *l. secunda. Cod. de dote cauta non numerata. Alexander consil. 107. numero duodecimo. volum. quarto. Paris. cons. numer. 24. volum. 3.* Posito ergo calculi errore, sequitur quod procuratoris factum nou potest impugnari, ete-
6 oim † procurator ad emendum constitutus censetur habere mandatum ad omoia, sioe quibus effectum sortiri non potest emptio, *l. ad rem mobilem. ff. de procuratoribus. l. 2. ff. de iurisdictione omnium iudic.* vbi post alios Alexand & Ias. *Alex. cons. 118. num. 23. vol. 5. & Rum. cons. 93. num. 4 vol. 5.* dicens, quod pro obseruatione contractus bona principalis obligari possunt à procuratore, ad id speciale maodatum non habente, staote maxime generali consuetudine, vel si clausula liberæ potestatis in mandato esset apposita. Facit etiam quod io simplici
7 mandato veniuot † incidentia accessoria præparatoria, & ea, quæ sunt vicina maodato; quando sine his principale mandatum expediri non potest, vt pluribus confirmat similibus Felinus *in cap. cum olim. el primo. numer. 10. vsque in fin. capit. de off. deleg.*

8 Idcireo potuit procurator † fideiussorem venditori dare de soluendo pretium conuẽtum, priocipalisque bona pro indemnitate fideiussoris obligare, cum alias emptio non potuisset effectum sortiri, vt constat probationibus, de quibus ioactis. Probationes etenim contra auctorem factæ eodem recipiuntur, & probat contra siugularem successorem, ab eo causam habentem *Anch. consil. 44 n. 6. vers. ipsis ergo. Bal. cons. 466. ad intelligent. d. n. 2. & seq. vol. 5. sequitur Soc. cons 11. nu. 1. vol. 1. Ayin. cons. 29. n. 1. & cons. 148. n. 1. Negus. de pign. in fi. n. 12.* Idem Soc. de successore mediato loquens, *cons. 89. numer. 16. in*
9 *fin. vol. 1.* siue per testes, siue per † confessionem auctoris probatio fiat, dummodo habuerit esse, antequam res in siogularem successorem traosiret, *Aret. cons. 36. & cons. 112. Alex. cons. 61. volum. 2. & habetur in addition. ad Bartolum. in leg. si mater. §. fina. ff. de exci. rei iudicu.* Neque fideiussor à venditore con-
10 uentus tenetur litigare, † seu io lite persistere, sed caute agit illi soluens, aduenieote solutionis tempore, alias si temere litigat, non repetit expensas, fideiussor enim censetur mandatum habere à debitore principali de soluendo, *l. exceptionem. ff. de fideiussor. per quem textum & alia plura ita tenet Paris. cons 103. per totum. vol. 3.*

S V M M A R I A.

1 *Sponsa ad domum viri non traducta maritus lucratur portionem à statuto sibi delatam, vxore sine filiis defuncta.*
2 *Contrarium tenent alii.*
3 *Ex præfatione mens & intentio dispositionis declaratur.*
4 *Proœmium seu præfatio causam finalem probat.*
5 *Dictio quia, causam finalem notat.*
6 *Ratio in lege positiua expressa in dubio finalis præsumitur.*
7 *Dictio, pro, causam finalem ostendit.*
8 *Promittens vir dotem restituere in casum restituendæ dotis, non facta lucri dotalis mentione, lucro priuatur.*
9 *Contrarium plerique tenuerunt.*
10 *Maritus, qui vxori infirmæ necessaria non adhibet, indignus lucro dotali efficitur.*
11 *Vel si vxorem verberat, & male tractat.*
12 *Vel si è domo vxorem expellit.*
13 *Vel si ei potest imputari, quo minus vxorem traduxerit.*
14 *Pater pro filio in causa criminali in iudicio comparere non potest.*
15 *Pater pro suo interesse in causa matrimoniali prò filio potest comparere.*
16 *Rota auctoritas communi opinioni præualet.*
17 *Interpellari debet is, de cuius interesse principaliter agitur.*
18 *Filius quoad spiritualia non est in potestate patris.*
19 *Maritus infirmam sponsam traducere nolens non excusatur quin priuetur.*

QVÆSTIO CXV.

1 MVlier per verba de præsenti † desponsata, priusquam ad domum viri traducta fuerit, si moriatur, maritus portionẽ statuti lucratur, quã statutũ marito defert, vxore io matrimonio sine filiis defuncta, quoniam finalis ratio statuti est ipsum matrimonium, nou vero ratio onerum, & expensarum, quæ in nuptiis atque matrimonio occurrunt, sed magis ipsa ratio expẽsarum impulsiua est. Idcirco locus est statuti lucro, tametsi nou sit traducta mulier, & expensarum onus vir non subierit, *Bartolus in leg. nihil. ff. rerum amotarum. Baldus in authentic. ex testamento Cod. de collat. Paulus de Castr. in l. si donationis. §. fin. ff. de cond. ob caus.* vbi

vbi ait, quod cum sibi de facto casus occurrisset ab
omnibus fui, pro hac opinione consultum, quem
ibi Iason sequitur Dec. consilio 260. numero 4. Late
Bertran. consilio 229. in principio, volumine 2. vbi commu-
nis. Corn. in l. non fine, C. de bon. qua lib. vbi quod com-
muniter ita tenetur Iu. Campeg. tract. de dote part.
1. quaest. 13. dicens in practica ita seruari, idemque
testatur Aret. in §. fuerat col. 17. in fi. inst. de action. Bald.
nouell. tract. priuileg. 37. in finalibus verbis dicit com-
muniter ita teneri, & plerisque alii idem firma-
runt, quos adducit Parisius, consilio 62. n. 11. & seq.
volumine 4. Contrariam sequor sententiam quod
2 vxore non traducta lucro dotali locus non sit ex
defectu causae finalis statuti, quod lucrũ marito de-
fert in compensationem onerum nuptiarum at-
que matrimonii, non autem ex causa lucratiua,
quam sententiam tanquã magis communiorem
post longam disputationẽ firmat Felin. in rub. de
sponsal. col. 3. Dec. cons. 67. in fine, eandem sequitur vti
communem Hippol. de Marsil. sing. 106. probat, &
communem refert Boer. decis. 22. n. 33. & latissime
omniũ, qui hactenus de hoc scripserint articulum
hũc explicãt, Io. Brunell. tract. de sponsal. concl. 1. n. 23.
cum seq. vsque in fi. vbi magis communem affirmat
Paris. cõs. 127. in princ. vol. 1. & plenius cons. 62. n. 19. vol. 4.
vbi quotquot in hac materia scripserunt citatis,
magis verã, magis cõmunem, & in practica cõsue-
tudine approbatã testatur. Secundo vbicunq; ratio
in statuto expressa legitur, tũc quiescit difficultas,
praesenti enim statuto sic cauetur, quia in nuptiis
fiẽdis multae expensae occurrũt iis, qui vxorem ac-
cipiũt statuimus. Ex praefatione enim mens & in-
3 tentio disponẽtis declaratur, l. regul. §. final. ff. de iur.
& facti igno. & quod ibi Bartolus, Baldus Sal. & Al-
bericus, quodque ex praefatione legis colligatur
ratio, & mens condentis tenent Bartolus & Bald.
in l. prima in principio ff. ad Senat. consult. Maced. Bart.
in l. ambitiosa, numero 27. ff. de decret. ab ord. faciendo.
Corn. consilio 312. numero 19. volumine primo, & consilio
165 numero 17. volumine secundo, & quod procemium
4 seu praefatio causam finalem probet cuiuslibet dis-
positionis, tenet Bartolus per illum textum in leg.
finali, ff. de hered. inst. sequitur Alexand. consilio 70. nume-
ro tertio, volumine secundo, & consilio 7. numero nono vo-
lumine 7. Decius consilio 640. numero decimo tertio. Curt.
Iun. consilio 185. numero 2. Comprobatur ex eo quod
dictio † quia causam finalem denotat, Bald. in l. 1. n.
5 17. C. de fals. causis adiect. & in l. 1. num. 3. ff. de seruis. At-
que in dubio causa seu ratio in lege positiua ex-
6 pressa, vel in praefatione ipsius praesumitur finalis,
Bart. in extrauaganti ad reprimendum. in verbo ne ex eo-
rum, num. 17. & in l. 2. §. fin. numero 2. ff. de donat. quem
sequitur ibi Imol. num. 9. Soc. consilio 273. n. 9. vol. 2. Pa-
ris. cons. 24. n. 38. vol. primo, & ita communiter teneri dicit
Bart. d. §. fin.

7 Accedit id quod infra statutum addit, ibi pro
expensis per eum factis tempore nuptiarum &c.
Nam dictio pro causam finalem ostendit, Alexand.
cons. 131. n. 7. volumine 7. Dec. cons. 350. num. 2. in fi. Aym.
cons. 192. n. 21. vnde cum ratio expensarum matri-
monii, vel nuptiarum deficiat per traductionem
sponsae ad domum sponsi non factam, deficere de-
bet statuti dispositio, l. 4. §. toties, ff. de dam. infecto, c.
cum cessante. de appella.

8 Tertio ipsa dos in totum restitui debet ex con-
uentione de qua in instrumento dotali, dum ma-
ritus, & illius genitor promiserunt quantitatem
dotis habitam reddere, & restituere ei, cui casus
dederit in omnem casum, & euentum restituendae
dotis, quae promissio sic generaliter emanata absq;
vlla reseruatione lucri dotalis operatur restitutio-
nem integrae dotis, cum verborum proprietas
non patiatur restitutionem totius ad partem, nec
enim exponere possunt salua ratione recti sermo-
nis verba haec, quam quantitatem habitae dotis,
id est, partem quantitatis habitae dotis, glos. in l. si
prior, ff. solut. matrim. quam ibi Bart. Albericus, Bal.
Paulus & Alexander sequuntur atque Alciat. tract.
praesumpt. praesumptione 32. n. 11. parte 3. glossam com-
muniter approbatam esse refert, attamen plerique
9 alii contrarium tenuerunt, lucrum dotale retine-
ri posse absque speciali reseruatione, & praecipue
Angelus in l. damni infecti la 2. §. fin. ff. de damn. infect.
Dec. cons. 402. Alex. cons. 5. n. 15. vol. 3. & consilio 133. n. 5. &
seq. vol. 5. vbi attestatur de communi, quare Angelo
& sequacib. confidendum non est, & prior sen-
tentia sequenda, quae si accurate animaduertatur
plurium auctoritate roborata est.

10 Quarto maritus qui mulieri infirmae medicum,
medicinalia, & alia aegrotis necessaria non adhi-
buit, indignus lucro dotali à iure censetur, & ve-
luti muliere solutionis dotis onus non subeun-
te indigna effecta est lucro ante nuptialis dona-
tionis, vir eodem iure censeri debet, Bald. in auth. dos
data, C. de donat. ante nupt. & in l. quod in vxore, C. de
neg. gest. sequuntur Paul. & Ias. in l. si ab hostibus §. pri-
mo, ff. solut. matr. Abbas consilio 85. in finalibus verbis volu-
11 mine secundo, Boer. decis. 22. numero 6. & plenius Gram-
mat. decis. 97. per totam, quemadmodum etiam vxo-
rem verberando, vel alias male tractando poena
priuationis lucri dotalis afficitur, Ripa in lege finali
numero decimo quarto, C. de reuoc. donat. Boer. decis. 244.
in fine.

12 Sed etsi vxorem absque causa è domo expulit
vel ipsa ex causa recessit viro de necessariis sibi non
prouidente mortua est, quicquam lucrari non de-
bet, Baldus dicta leg. quod in vxorem, & Paulus de Castro
dicta leg. si ab hostibus. Boer. decis. ducentesima quadragesi-
ma quarta, num. fin.

13 Quodque si viro imputari † possit, quo minus
vxorem traduceret, lucrum aliquod statuti non
consequatur, firmat Boer. dicta decis. 22. numero 39.
Non obstat protestatio iuditialis à mariti genito-
re facta puellae patri, de traducendo illam, quoni-
14 am pater pro filio in causa matrimoniali non ha-
beret legitimam personam standi in iuditio, nam
vbi agitur de foedere matrimoniali, vel sponsalio-
rum de praesenti, pater non habet ius in iuditio, ca-
pitulo finali de iuditiis in 6. Baldus & Immola in capitulo
accedens de procuratore, Rota decisione centesima quadra-
gesima secunda, in nouis, & decisione centesima trigesima
quarta, in antiquis, Bellemera decis. 682. per tot. quodq;
coniunctus pro coniuncto ius protestandi non
habet, firmat Felin. in c. cum M. Ferrar. n. 48. de const.

Nec

15 Nec obstat quod saltem ratione sui interesse in causa speciali, & matrimoniali tamquã coniuncto persona pro filio comparere potest, vt tradit Rom. *sing.619.& plenius Bero.q.fam.183.per totam*, qui magis communiter canonistas sic tenere testatur. Cõ-
16 trarium ab omnibus dominis de Rota seruatũ fuisse refert Bellamere decisione supra allegata 682. quorum auctoritas communi opinione prævalere debet, per ea quæ adducit And. Barb. *in c.olim de litis contest.* *& habetur in additione ad Decium in l.iura sanguinis.ff.de reg.iur.* Rursus ille requiri & interpellari debet, de cuius interesse principaliter agitur, *Fel.d.c.cum M.Ferrariensis n.27.de const.Martin.de retr. protestes n.12.in volumine tractatuum.* quodque patri filio, & ẽ cõtra protestatio fieri nequeat, tenet Soc. *cons.8.vol.3.Rip.d.c.cum M.Ferrariensis n.119.* Proinde consultius agendo ipsa puella moneri & requiri debuisset, quæ inuitis etiam præsentibus potuisset ad thorũ mariti accedere, cum quo ad spiritualia, & matrimonialia filii non sint in potestate parentum, *d.c.si.in fine de iudiciis in 6.& not.gl.magna in fine. in d.c.accedens de proc.* ideo non sponsam afficit interpellatio patri illius facta, nec moram aut culpam reddit cum monita non fuerit. Postremo interpellatio incongruo tempore emissa interpellatem non iuuat, cum nuptiæ & traductio infirmę sponsæ graui infirmitate oppressæ non conueniat. Nouiz. in Sylua nuptiali *lib.2. in princ.n.1. & ferre in terminis Bald.auth. dos data in principio. C. de don.ante nup.* Vbi quod si mulier dotis solutionem differendo eam obtulit marito in articulo mortis existenti, quia incongruo tempore oblatio facta fuit, non debet donationem propter nuptias lucrifacere, quæ alias ex pacto debeatur; callide igitur, & versute agens mariti pater intempestiue protestatus fuit, igitur protestatio nihil sibi prodesse debet, quo circa lucro dotali locum non esse existimo, præmissaque procedunt in sponsa per verba de præsenti secundum ritum ecclesiæ desponsata, secus est in sponsa de futuro, cum qua nullum adhuc extat matrimonium.

SVMMARIA.

1 *Sponsaliorum institutionis causa.*
2 *Sponsalia sola promissione contrahuntur.*
3 *Septennii tempus vel proximus septennio aptum est ad sponsalia.*
4 *Pubertati proximitas tempus est aptum ad matrimonium.*
5 *Sponsalia contrahens ab illis recedere potest, sed pœnitentiam de mendatio agere tenetur.*
6 *Sponsos non compellit ecclesia, qui autem sponsalia reuocat peccat.*
7 *Sponsalia quando transeant in matrimonium secuta copula.*

QVÆSTIO CXVI.

Sponsalia dicuntur promissio futurarum nuptiarum, *c.nostrates 30.q.5.* quæ instituta sunt ad prouocandum amorem inter matrimonio iungẽdos, quæ tamen promissio futuri matrimonii non est de necessitate matrimonii, sed de congruitate, vt tenet S.Thom. *in 4.distinct.27.art.3.in responsione*, ex mente Aug. dicentis, sponsæ non traduntur statim, ne vilem habeat sponsus datam, quam non suspirauit dilatam, aliam rationem assignat Durandus *dist.de qua sup.q.3.* quod conueniens est spõsalia præcedere matrimonium, vt appareat, an aliquod legitimum obstet impedimentum, vel an in voluntate perseuerent. Plane sponsalia sola promissione ita contrahuntur, quod annuli, vel arræ datio, iuramenti vel fidei præstatio, sunt potius sponsalium confirmatio, quam eorum substantia, quæ in sola promissione futuri matrimonii consistit, vt aduertit Durand' *loco præallegato q.3.n.4.* ad idem facit Hostiensis *de matrimon.§ qualiter n.15.Astensis lib.8.tit.3.art.1.circa principium*, dicentes quod annuli datio est signum non facti matrimonii sed futuri, quemadmodum & arrarum datio, ob idque in contractu emptionis, & venditionis arræ dantur in signum futuræ venditionis, non præsentis.

3 Tempusque aptum † ad sponsalia contrahendum est septennium, vel tempus proximum septennio, quod diuersimode æstimatur, nempe secundum conditionem ipsorum impuberum spõsalia contrahentium prout rationis vsus magis, vel minus acceleratur in vno quam in alio, eo enim tempore, quo incipiunt intelligere, quæ dicunt, atque loqui secundum proprium affectum, & cum ad scolas ponuntur ex tunc incipiunt valere sponsalia, vt determinat S.Thom. *præallegato loco ad secundum.& idem dixit in 3.part.quæst.43.artic.2.& tenet quoque S. Bonauen.in 4. distinct.36. quæst. 2.* & concordant canonistæ dicentes, proximitas pubertati tempus est aptum ad matrimonium, quæ definitum tempus non habens declaratur tunc esse, cum malitia supplet ætatem, *c.de illis il.2. de desponsat.impuberum c.1.vbi gl.30.q.2.*

4 Sponsalia vero etiam iuramento firmata soluuntur, si alter eorum postea matrimonium per verba de præsenti cum altero contraxerit, quoniam ex vi iuramenti ad futurũ pertinentis, sponsi non fiunt effecti coniuges, ita vt ad alia vota transire non valeant, præcedens quippe mendacium, vel periurium recedentis à spõsalibus, pœnitentia est corrigendum, sed coniugium sequens non est dissoluendum, vt decidit Magister sent. *in 4.dist.28.* comprobat Gabriel Biel ibidem *dist.27.q.2.concl.*
5 *4.* Vnde † ecclesia in foro contentioso non compellit eos, qui sponsalia contraxerunt ad matrimonium perficiendum, quia matrimonia coacta consueuerunt habere malos exitus, nihilominus ex tali promissione obligatur homo, quoad Deũ, & peccat, qui non soluit promissum, matrimonium recusans. S.Thom. *in 4.dist.27.art.3.ad 1.concordat c.requisiuit de sponsa.& matrim.& c.præterea.el 1. eodem tit.* secundum communem intellectum, vt ait ibi Fel. *n.16.* atque dum præallegati & S.Thom. *in 3.p.summæ q.43.articul.3.ad 2.* inquiunt quod pœni-

 tentiam

tentiam agere debent de peccato fractæ promissionis, aut iuramenti, id restringendum est, quando altero existente parato sponsalia seruare alter recusat, tunc illi pænitentia iniungenda est fractæ promissionis, alioqui si mutuo consensu se absoluunt cum id licite faciant canone permittente, pænitentiam suscipere non tenentur. *d. c. præterea vbi casus.* & communiter tenetur, vt Abbas ibi, & Fel. testantur, atque Theologi sic quoque declarant, vt Gabriel vbi supra, & Durandus præallegatus, sequuntur Angelica *verbo sponsalia nn. 20. & 21.*
6 *Syluester eodem verbo n. 4. & 10. Tabiens. n. 7.* Et † insuper quod ad forum conscientiæ pertinet sciendũ quod sponsalia, secuta inter sponsos copula carnali transeunt in matrimonium, vnde matrimonium postea cum altera contractum nõ tenet, sed ad primum redire cogitur, *c. 15. qui fidem. de spons. & matrim.* quod verum esse declaratur quando sponsus sponsam cognouit affectione maritali, & ani-
7 mo consumendi matrimonium. Verum † si sponsus hanc in animo non gerebat intentionem, sed fornicario concubitu animo libidinem explendi sponsam suam cognouit, tunc in foro conscientiæ copula carnalis non perficit matrimonium secundum superius relatos. Quamobrem sponsi donec matrimonium perficiatur abstineant ne peccatum committant, quod per pænitentiam diluere tenebuntur. Hoc plane secundum canones antiquos procedat, at vero hodiernis temporib[us] ex decreto synodi Tridentinæ per copulam sequentem sponsalia in matrimonium transire nequeunt, quoniam irrita à sancta Synodo decernũtur matrimonia alias contracta quam seruata forma, de qua in sessione 24. cap. 1. de reformatione matrimonii, quod spiritu sancto dictante salubriter institutum est, vt tollãtur scandala, quæ ex clãdestinis oriuntur matrimoniis, libuit tamen antiqui iuris dispositionem referre vt appareat, quam sancte sacramentũ hoc eo quoque tempore tractatum fuerit, quod qui sponsam tamquã animalia muta cognoscerent, ne dum matrimonium non complerent, sed potius peccatum incurrerẽt. Plures alii casus conscientiales existunt in materia sponsaliorum, quos ponunt sacri scriptores, ipsos videto.

SVMMARIA.

1. *Locator finito locationis tempore eidem conductori relocare non tenetur.*
2. *Colonus finito locationis tempore si rem restituere recusat dominum spoliare dicitur.*
3. *Conductor finito conductionis tẽpore non potest expelli, si eandem quam alius pensionem offerat.*
4. *Saltem ex vrbanitate.*
5. *Imo de iure idipsum fieri debet.*
6. *Non solum quod licet, sed quod honestum est seruari debet.*
7. *Locator vrbani prædii non tenetur eidem refirmare secus in prædio rustico.*
8. *Locatio ad longum tempus transfert vtile dominium.*
9. *Locatio & emphyteusis nomine tantum differunt.*
10. *Conductor rem sterilem fertilem sua industria faciens, expelli non potest.*
11. *Etiam si rem fertilem fertiliorem reddiderit.*
12. *Locatione ad longum tempus finita conductoris heredes refirmari debent ad instar emphyteusis*
13. *De locatione ad longum tempus ad emphyteusim procedit argumentum.*
14. *Locatio ad longum tempus dicitur alienatio.*
15. *Ex diuturnitate temporis omnia præsumuntur solemniter acta.*
16. *Colonus qui annis 30. in colonia permansit expelli non potest.*
17. *Locatio de triennio in triennium, cum pacto renouandi transfert vtile dominium.*
18. *Locatio ad triennium durante triennio repetita, & ita continuata dominium vtile transfert.*
19. *Locatio ad triennium, finito triennio repetita, & sic continuata idem quod supra operatur.*
20. *Pactum ne ex renouationib. locationum transferatur vtile dominium de iure valet.*
21. *Alienatio retento vtili dominio fieri potest irrequisito directo domino.*

QVÆSTIO CXVII.

1 VIdetur dicendum finito locationis tempore non esse cogendum locatorem eidem conductori relocare, sed alteri si malit, rem locatã tradere posse citra iniuriam primi conductoris, *l. nemini C. loc.* & ita per illum tex. tenent ibi Cyn. Alb. Bal. Ang. & Sal. quos etiam sequitur Boer. *decis. 107. n. 3.* licet in nonnullis casibus non procedere limitetur speciali fauore, vt per Boer. vbi supra, quibus accedit Affl. *decis. 338. & de iure prothomiseos in rub. n.*
2 *2.* Secundo colonus, qui finito locationis tempore rem restituere locatori recusat, domino possessionem interuertere dicitur, & eum possessione spoliare, & tamquam inuasor tenetur, *l. conductores, & l. si quis conductionis C. loc.* & vtrobique notãt scribentes, & tenet Alex. *cons. 33. n. 5. vol. 6 & cons. 88. n. 31. vol. 5. Affl. d. decis. 338. n. 1. in fine.* Tertio pro hac parte consuluerunt, Aym. *cons. 107. & Maria. Soc. Iun. cons. 25. vol. 2. & plenius per totum consilium cons. 56. col. 2. eod. vol.* vbi conclusionẽ hanc firmarunt rationibus de quibus ibi. Contrariam sententiam tamq; iuri consonam amplector, & primo sicut emphyteusi finita, ea defuncti proximioribus renouari debet, alias fieret eis iniuria, & ad superiorem appellari posset, *l. 1. §. permittitur, vbi Bar. ff. de aqua quotid.*
3 *& æst. l. 1. ff. de priu. cred.* Ita etiam simplici locatione finita non potest conductor à domino expelli, sed ei refirmari debet, si eandem quam alius conditionem offerat, neq; propterea necessitati perpetuo locandi dominus subiicitur, quia si malit neutri locare, & pro se retinere id iure potest, & ita tenuit consilium Neapolit. vt refert Affl. *decis. 238. per totam. allegans Lucam de Penna in l. congruit C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. & Bart. in d. l. congruit atque etiam in l. fin. eod. tit. & ante eum Odofred. in vtraque lege.* idem firmat, quæ duo iura casum hunc in terminis decidunt, & tenet Ripa *tractatu de remediis præseruatiuis cõtra pestem. n. ducentesimo quinquagesimo nono. & facit Bar. in l. Cotem in pr. ff. de publ. Ang. in l. per pensa*

C. de

4 C.de metal.& metallar.lib.10.cum aliis per Alex. relatis
in add.ad Bar.in d.l.congruit.& quamuis nonnulli te-
neant quod conclusio supra firmata iure non p-
betur, sed tantũ ex vrbanitate debet dominus po-
tius primo conductori quam secundo rem dimit-
tere, æqualem pensionem vtroque offerente, Boer.
5 d.dec.107.Firman.tr.de episcopis,l.4.4.p.q.20.in fi.Barb.
in d.c.ex rescripto col.4.n.18.de loc. Verius † tamen est
primam opinionem iure probari, per tex.in d.l.con-
gruit,& in l.fi.C.de loc.præd.ciuil.& arg.l.1.§. præmitti-
tur.ff.de aqua quotid.& æstiua. Confirmaturq; ex eo,
quod emphyteuta ecclesiæ aut fisci nõ potest ex-
pelli, etiam si alius meliorem attulerit conditionẽ,
l.quicumque C.de fund.patrim. vbi Bart. & melius O-
dofr.iura adhoc adducens, quæ Bart.non allegat,
& tenet Alex.cons.79.n.6. volum. 1.sequitur Rocchus de
Curte tract.de consuetudine.n.467.& de locatione ad
emphyteusim arguunt Affl. d.decis.238.& Boer. d.
decis.207.n.4.

6 Multo † magis in ecclesia id procedere debet, vt
potè iustitiæ, & æquitatis p̃ ceteris cultrici c.1.§.1.de
alien.feud.Dec.cons.282.n.4. Non solum enim quod
licet sed, & quod honestum est ecclesiam seruare
decet, Anch.cons.122.n.3.

7 Non † obstat tex.in d.l.ne cui C.locat. ille enim
procedit in locationibus prædiorum vrbanorum,
secus est in locationibus prædiorum rusticorum,
vt tex.aperit, & notant ibi doct.& tenet Affl.d. de-
cis.238.in fine. Non obstat l.si quis conductionis C. loc.
cum aliis supra in contrarium adductis, quoniam con-
ductor refirmationem petens locatori non con-
tradicit, volens eum in dominum recognoscere.
Non obstant cons.Marian.Soc. & Aym. supra re-
lata, sententia namque contra eos & lege com-
probatur & plurium grauium superius relatorũ
virorum auctoritate munita est, eandemque sen-
tentiam contra prælegatos amplexati sunt Io.
And.Host.& Goffred.in c.x.de locato, quos sequũ-
tur ibidem Ant.de But.Io.de Anan.Imol.& Andr.
Barb.Io.de Imol.cons.38.n.3. Calca.cons.8.n.36. Vbi
rationẽ adducit, quod veluti dominus p̃fertur a-
liis in emptione fructuum rei locatæ, ita etiã cõ-
ductor aliis anteponendus est in conductione rei
ipsius, idcirco hæc sententia in decisiuis prævale-
re debet, cum & iure, & æquitate, & multo pluriũ
doctorum auctoritate sulcita sit. Secundo anti-
quus conductor alio quoque fundamento tueri
se potest videlicet longæuis locationibus, annorũ
40.& vltra sibi, & antecessoribus suis factis. Nem-
8 pe locatio ad longum tempus transfert vtile do-
minium, & ius in re conductori constituit, l. 1. &
seq.ff.si ager vectig.vel emphyt.Clem. 1. de reb.eccles.non
alien.Bar.in l.codicillis §.instituto ff.de leg.3.plene Ias. in
l.manumissiones n.6.ff.de iust.& iure, Alex.in l.si filio fa-
milias.§.si vir in quinquennium n.23.ff.sol.matr.Affl.de-
cis.365.n.4. Alex.cons.1.n.6.vol.4.& cons.17.n.5.eod.vol.
9 Dec.cons.292.in princ.vol.2.communiter † doctores
ita tenere referens. Ad longum enim tempus lo-
catio habet instar emphyteusis, à qua non re, sed
solo nomine differunt, cum eundem operentur
effectum saltem quoad vtile dominium transfe-
rendum, vt per Abb.& clarius Imol.in c.ad audien-
tiam.de rebus eccl.non alien.Ias.in l.1.nu. 34.C. de iure
emph.Aret.cons.55.n.2.& cons.111.n.4.Corn.cons.315.n.
3.vol.4.Bertra.d.cons.126.vol.2. sicut ergo in emphy-
teusi, ita in locatione ad longum tempus, refirma-
10 tio peti, & obtineri poterit. Tertio si Colonus seu
conductor sua industria, & expensis rem condu-
ctam de sterili, & inculta ad culturam, & fertilita-
tem redegit expelli non potest, vt res aliis locetur,
sed potius perpetuo ei dimitti debet, vt est tex.in l.
quicumque C.de omn.agr. deser.& firmat ibidem O-
dofred.& clarius Bart.in final.verbis. inferens de il-
lo text. ad colonos, & laboratores terrarum, est
etiam tex.in c. ad aures. de reb. eccl. non alien. secun-
dum intellectum Hostiensis post gloss. ibi, quem
sequitur Paul.de Castr.cons.142.vol.2. vbi per totũ
consilium casum hunc in terminis decidit, & Paul.
refert, & sequitur Io.Bertach.tract.de epis.part. 4. q.
21.in princ. Idem quoque in indiuiduo consulit I-
mol.cons.68.in casu præmisso per totum, ambo enim
pro quibusdam de Zottelis contra ecclesiam con-
suluerunt, sequitur Curt.Iun.cons.47.n.7.& quam-
uis de hac opinione dubitare videntur, Ripa tract.
de pestr, sub rub. de remediis præseruatiuis contra pestem
n.259. & ideo fœdere distinctionis concordare
nitatur, attamen hæc opinio indistincte commu-
niter recipitur, vt refert Aug. Bero. in c.præsentia n.
11 379.de prob.& firmat Nicolaus Pignolatus in add.ad
Romanum sing.373. incipiente fundus sterilis, & hæc p-
cedunt, nedum si de inculta cultam terram red-
diderit conductor, sed etiam si eam cultam dudũ
& fertilem, fertiliorem sua cura fecerit, vt per Rui.
cons.157.n.13.vol.1. qui in terminis pariter consuluit.
Hæc responsio data ab Aymone, & Mariano Soc.
Iun.satisfacit, cum non sit iure, aut cuiuscumque
auctoritate munita, ideo non sequenda l. illam C.
12 de coll. Ego vero sententiam hanc ab impugnatio-
ne Aymonis & Soc.tuendo dico: Quod sicut em-
phyteusi finita ea proximioribus saltem de æqui-
tate renouari debet, vt præmissum est, ita quoque
locatione longi temporis finita conductoris he-
redibus renouari debet, & præter supra ad hoc p-
positum allegata, ita de vno casu ad alium arguit
Bal.in d.l.ne cui C.loc.Roma.cons.22.n.5.Rum.cons. 168.
13 n.24.vol.1. Neque † aduersatur quod de locatione
ad longum tempus ad emphyteusim non proce-
dit argumentum, nisi quatenus in iure reperitur
expressũ, Io.An.in add.ad Spec.de loc.§.nunc aliqua, seq.
Aret.d.cons.111.n.5. Nam contra decisionem Ioannis
Andreæ, & Aretini, tenet Ias.in l.1.n.36.C.de iur.em-
phyt.& de locatione ad longum tempus ad emphy-
teusim arguit Alex.d.cons.112.n.3.vol.1.Soc.cons.40. n.
12.vol.4.Bellonus cons.21.n.10. atque idem Aret. fate-
tur disposita in emphyteusi ad locationem ad lõ-
gum tempus, trahi posse, quando viget identi-
14 tatis ratio. Non † obstat quod ad longum tempus
locatio dicatur alienatio, c.ad audientiam.de reb.eccl.
non alien.d.l.1.§.si ager vectig.vel emph.Fab.de Monte tr.
de emphyt.& vend.vlt.q.4.partis principalis n.8.Fel.in c.
quæ in ecclesiarum n.87.de const. Ideo solemnitas for-
mæ, & veritas causæ requiritur, vt ait Dom. de S.
Geminiano cons.48.n.3. vbi egregie in materia lo-
quitur, singularia requisita in alienatione bo-

norum ecclesiasticorum enumerans, & habent
canonistę in c.nullis de reb.eccl.non alie.& c.1.de his quæ
fiunt à prælatis,& clem.1.eod.tit.& late Fab.de monte tr.
1.de empt.& vendit.quinta q. princ.n.112.& habetur in
extrauaga. Ambitiosæ Pauli P. P. II. lib. extrauaganti-
um communium tit.de reb eccl.non.alien.Respondetur
15 †quod ex diuturnitate temporis omnia requisita
præsumuntur intercessisse,& solemniter acta, not.
in l.sciendum ff.de verb.obl.late Alex.cons.79.n.4.volu.1.
Dec.cons.36.n.8.cum aliis congestis ab Aymo.tr.de antiq.
temp.3.part.§.vidimus in genere n.25.Nec etiam obsta-
ret,si diceretur conductorem qui domino & non
sibi possidet nullo tempore aduersus locatorem
posse præscribere,l.male agitur C.de præsc.30. vel 40.
ann.& l.comperit.eod.tit.& vtrobique notatur. tum et-
iam quia de iure canonico malæ fidei possessor
nullo tempore præscribit,c.fin.de præscript.c.possessor
de reg.iur.in 6.& mala fides defuncti transit in suc-
16 cessorem vniuersalem, cuius animam exonerare
tenetur,c.fin.de sepult.Respondeo†quod si colonus
annis 30.aut 40.in colonia permansit expelli non
potest, volens solitam soluere pensionem dum-
modo fuerit pensio semper vniformiter soluta,
Bal.in l.omnes n.4. C.de præscrip 30.vel 40 ann. & in l.
male agitur n.7.cum aliis quæ ibi in add.habentur C.eod.
vbi & Ang.n.5.& seq.Alex. in 1. add. ad Bartol. in l. item
quæritur §.qui impleto ff. loc. cum aliis multis relatis per
scribentes in l.quis in aliena in princ.ff.de acq.her. Pro-
inde cessat quod de mala fide obiicitur, cum &
modernus conductor,& illius antecessores bonā
fidem erga ecclesiam agnouerint,& in præsentia-
rum agnoscere paratus est cōductor iste,quo nul-
la præscriptione vtitur contra ecclesiam,quam vti
17 dominam recognoscere intendit. Atque pro cō-
plemento præmissorum distinguendum est, aut
ab initio conuentum fuit,vt de triemnio in triem-
nium renouarentur singulæ locationes, & vna e-
rit atque perpetua locatio in singulo trienoio re-
petita,vt de precaria concessione ootatur in c.1.ex-
tra de præcar.quæ est in perpetuum concessio, vel
ad vitam recipientis,cum pacto renouandi de qn-
quennio in quinquennium. Renouationes enim
tunc dicuntur nouæ concessiones,& fiunt, ne tē-
poris antiquitate memoria contractus, & forma
ipsius pereat gl.d. c.1.de precar.vbi Abb.Imol.& al i, &
in indiuidno de locationibus ad modicum tem-
pus factis cum pacto renonationis prædictæ qnod
tunc ad longum tempns dicantur & vtile domini-
um secum trahant,firmat Ias.in d.l.manumissiones n.
7 ff.de iust.& iure.Alex.cons.165.n.1.vol.2.&habetur ēt
in add.ad Bal.in d.l.voluntas.C.de fideic.vbi in hāc par-
tem procliuior est dominus addens,quod ēt prob.
18 Felin.in c.quam eccl.n.87.in fi.de const. Aut successi-
ue locationes factæ fuerunt citra pactū de reno-
uādo ab initio in locatione appositū,sed durante
termino locationis vnius facta est locatio pro fu-
turo triennio,de huiusmodi locationib. idem in-
dicandum est,ac de vnica locatinne perpetua pro
toto eo tempore facta,quo in locatione continu-
atū fuit,&non plures locationes dicuntur,sed vna
dum taxat ex perseuerantia, & tēporis prorogati-
one l.sed etsi manente ff.de precar.cum concord. per glos.
traditis,iuncta doctrina Bal.in l.Titius ff. de excus. tut. &
quod not.Bart.& Alb.in d.l sed & si manente,vbi habe-
tur q̄ prorogatio,q̄ est eiusdē formæ & naturæ est v-
nū & idem cū prorogato,facit quod tenet Bal. in l.
Æmilius in 1.lect.nu.6.ff. de min.vbi si ex forma statu-
ti de quolibet contractu sit soluenda gabella,facta
locatione ad certum tempus si postea prorogata
fuerit,de prærogatione tamquam de oouo cōtra-
ctu Gabella solui non debet,accedit quod de cō-
promisso dicitur,quod si prorogari contingat nō
duo sed vnnm, & idem compromissum censetur
per ea,quæ congerit Paris.cons.43.in princ.vol.1.&ad
præmissorum confirmationem videatur omoino
Bal.cons.327.ad euidentiam sciendum est.vol.3.secundum
nouissimam impressionem. vbi per totum consilium
loquitur in indiuiduo locationis ad modicū tem-
pus ab ecclesia factæ,& postmodum successiue per
multa tēpora prorogare,q̄ per extensionem tem-
poris non fit nouus contractus sed est quædā cō-
tinuatio,ideo ratione contextus in tempore,& cō-
tinuati consensus in mente,vnus & idem dicit̄, &
multa Bal.adducit,eū videto,& est de mente Pauli
de Castro cons.142.vol.2.& Ruin.cons.157.n.13.in fi.vol.
1.tenentium ex pluribus locationibus successiue
factis de octenoio in octennium ita vtile domini-
um in conditorem transiuisse, vt conductio de
19 temporali perpetua facta sit, concurrente melio-
ramentorum ratione. Aut † singulæ reloca-
tiones factæ fuerunt post primas completas,& tūc
q̄uis vti verum admittatur quod in casibus in qui-
bus longi temporis locationes prohibentur, eisdē
& locationes ad modicum factæ,& post temp' fi-
nitum repetitæ prohibitæ sint,ne fiat legi fraus, &
ne per indirectum concedatnr,quod alias directo
prohibetur,Papiensis in forma libelli ad ficti præstatio-
nem,gl.1.n.2.allegat Oldr.ita tenentem in l. codicillis
§.instituto ff.de leg.3.nihilominus hoc non præstat
impedimentum conclusioni supra firmatæ ex diu-
turno tempore,quo solemnitates requisitas acces-
20 sisse præsumitur,quemadmodum supra compro-
batum fuit.Verum dominus non est remedio de-
stitutus si relocare malit, vtileq; dominium in cō-
ductorem non transferre, potest enim ab initio
pacisci,ne ex locationum renouatiooib.in condu-
ctorem transeat vtile dominium,sed illud sibi re-
seruet atque retineat,quod pactum de iure susti-
netur,& dominii translationem impedit, l. quod si
nolit.§.fi.ff.de adil.edict.& tenet Bal.in l.si domus. §.fi.ff.
de leg.1 & seq.Alex.ibi n.8.cum aliis quos ad hoc adducit
Fab.de Monte d.tr.de empt.& vend.vlt.q quarta quæsti-
onis principalis n.8.Ruin.cons.57.nu.8.& seq.vol.1.Fel.in
c.quæ in ecclesiarum n.87.de const. multa ad hoc pro-
positum allegans Ioannes Arnonus sing.72.& caut.
21 42.facit etiam quod tenet Bal.in l.fi.in 2.lectura n.3.
C.de iure emph. quem sequitur ibi Ias.n. 8. quod a-
lienatio commoditatnm suarum seu melioramē-
torū irrequisito directo domino ab emphyteuta
fieri potest retento sibi vtili dominio, concludi-
tur ergo stantibus prēmissis antiquum conducto-
rem expelli non posse potissime auctoritate Bald.
cons.327.volum.3.Ruin.cons.168.numer.24.volum.primo
Paul.de Cast.cons.242.vol.2.& Ioannes de Imola cons.68.

QVÆ-

SVMMARIA.

1 *Donatio cauſa mortis reuocatur pænitentia, reconualeſcentia, & morte donatarii ante donatorem.*
2 *Clauſula promittens donationem perpetuo ratam, & gratam habere, facit donationem cauſa mortis in donationem inter viuos transferri, declara vt infra num 13.*
3 *Donatio cauſa mortis non tranſit ad hæredes donatario præmoriente.*
4 *Stipulatio pro ſe, & heredibus facit donationem cauſa mortis tranſire in donationem inter viuos, declaratur infra n. 14.*
5 *Cogitatione mortis præuentus donans mortis cauſa donare dicitur.*
6 *A verbis inſtrumenti non eſt recedendum.*
7 *Donatio cauſa mortis eſt, vbi mortis fit mentio.*
8 *Mortiſque mentio per modum cauſæ finalis fieri debet.*
9 *Prout in dubio præſumitur.*
10 *Mortis expreſſio in verbis diſpoſitiuis donationẽ cauſa mortis inducit.*
11 *Donatio quæ valere non poteſt inter viuos valet cauſa mortis.*
12 *Donatio cum quinque teſtibus facta præſumitur cauſa mortis.*
13 *Clauſula de non veniendo contra in verbis executiuis alterat principalem diſpoſitionem.*

QVÆSTIO CXVIII.

HÆc quæſtio eſt mihi multum dubia inquit
Ang. *conſ.* 254. & dubium oritur ex clauſulis
in inſtrumento donationis appoſitis, quarũ prima
eſt, qua donatrix promiſit donationem perpetuo
ratam, & gratam habere, & in nullo contrafacere
1 vel venire, dum enim mortis cauſa mulier donare
intendit per clauſulam prædictam videtur dona-
tio inter viuos inducta, quoniam hæc clauſula in
donationem cauſa mortis cadere, & verificari nõ
poteſt, cum illa ſui natura ſit reuocabilis ex pæni-
tentia aut reconualeſcentia donatricis, vel præma-
tura donatarii morte, *l. tãis §. 1. vbi gl. de dõ. cauſa mor-*
tis. not. omnes in l. 2. ff. de leg. 1. Bal. in l. 2. Cod. de iure dot.
conſ. 662. n. 2. Boer. conſ. 34. n. 4. & 12. & communiter
ſecundum eum tenetur, & ita per dictam clauſulã
mortis cauſa donationem alterari, & in donatio-
nẽ inter viuos tranſire maxime quando iuramenti
vis concurrit, tenuerunt Iaſ. *in l. q̃ dotis n. 30. cum ſeq.*
ff. ſol. matr. & in l. non omnis ff. ſi cer. pet. late Thomas Fer-
ratius caut. 30. Boer. deciſ. 353. n. 2. latiſſime per totam
deciſionem ad partes q̃ſtione diſcurſa, tãdem hãc
partem tenet Bertr. *conſ.* 88. *vol.* 7. & videtur cõmu-
nis opinio, vt refert Io. Crot. *rep. l. ſtipul. hoc modo cõ-*
2 *cepta. n. 78. in fi. ff. de verb. obl.* Secundo idem ſuadere†
videtur ex alia inſtrumenti donationis clauſula,
qua donatari⁹ ſtipulatus eſt pro ſe, & ſuis hæredib.
quæ ſtipulatio in donatione inter viuos verificari
poteſt, non autem donationi cauſa mortis conve-
nire, cum mortis cauſa donatio non ſit tranſitoria
ad heredes, donatario præmoriente, *gl. in l. vnic. C.*
de his, qui ant. aper. tab. Soc. conſ. 14. in fi. & conſ. 76. n. 5.
vol. 3. Pariſ. conſ. 42. n. 4. vol. 2. & conſ. 37. n. 46. & con. 38
3 *eod. vol. 2. & communiter ſecundum eum tenetur*, ea ra-
tione q̃ ius condictionale ad heredes non tranſit,
Bal. in d. l. 2. n. 40. C. de iure dot. ait quod ſtipulatio
4 donatarii pro ſe, & hæredib⁹ facit donationẽ cauſa
mortis tranſire in donationẽ inter viuos, ſeq. Alc.
conſ. 14. vol. 1. Aret. conſ. 74. Thomas Ferrat. & Boer. loco
infra citato Iaſ. d. l. qua dotis n. 48. ff. ſol. matr. & in l. non
omnis ff. ſi cert. pet. & nullus quem viderim diſſentit
ab hac opinione, inquit Crot. *in d. l. ſtipul. hoc modo*
5 *concepta n. 82 ff. de verb. obl.* Contrariam ſententiam
vti de iure veriorem, & magis ad mentem donatri-
cis ſequor, primo q̃a donatrix cogitatione mortis
p̃uenta donat, quo caſu donatio fieri dicit̃, *l. 2. & 3.*
& l. ſenatus §. mortis cauſa. ff. de don. cauſa mortis. Rom.
conſ. 229. n. 1. Maria. Soc. Iun. conſ. 21. n. 4. vol. 2. commu-
6 niter ita receptum eſſe affirmant. Secundo inſtru-
mento donationis expreſſe cautum eſt, mulierem
mortis cauſa eius viro donare, ergo à verbis inſtru
menti recedendũ non eſt, *l. non aliter ff. de leg. 3. cum*
ſimilib. nullũ. n. eſt maius mẽtis noſtræ teſtimoniũ,
q̃ qualitas inſpecta verborũ, Bal. *in c. 1. de teſtã.* & ita
in terminis q̃ſtionis p̃poſitæ arguit Bal. *conſ. 107. in*
princ. vol. 2. Ang. conſ. 254. n. 2. Dec. conſ. 470. n. 6. & conſ.
7 *53. in prin. vol. 1.* Tertio in dubio donatio cauſa mor-
tis iudicari debet, vbicunq; à donatore fit mentio
mortis & poſt mortẽ donatio refertur, *gl. in l. q̃ do-*
tis. ff. ſol. matr. q̃ ibi ſequuntur Bar. Alex. Iaſ. & reli-
qui, Alex. quoq; p̃bat vti communiter approbatã.
conſ. 81. n. 2. vol. 1. allegat inter cætera tex. *in l. ſeia §. fi.*
ff. de don. cauſa mortis. & communis eſt ad hoc illius
8 tex. intellectus ſecundũ Rip. *tr. de peſte tit. de priu.*
contr. n. 175. Idem ẽt probat cõmuniter verum Pariſ.
conſ. 16. n. 4 vol. 2. Nic. Bellonus Caſal. con. 60. n. 12. Atq;
mortis mentio fieri debet per modũ cauſæ finalis,
Iaſ. d. l. q̃ dot. n. 40. ff. ſol. mat. Alex. con. 78. n. 2. vol. 4. Aym.
conſ. 214. n. 9. vol. 2. Bertran. con. 327. n. 6. vol. 3. & Rom. à
9 *prædictis nõ citatus conſ. 229. n. 1. vbi cõmunis.* In dubio-
que expreſſio mortis facta p̃ſumitur per modum
10 cauſæ finalis, *Bal. in l. 2. C. de iur. dot.* Rurſus vbicum-
que in verbis ſubſtantialib. & diſpoſitiuis mortis
fit expreſſio, mortis cauſa donatio nũcupari debet,
maxime quãdo ab infirmo donatio fiat ſub cõme-
moratione mortis, vel ẽt ſub cõmemoratione in-
firmitatis, Rip. vbi ſup. *tr. de peſte n. 176. & alii ſup. re-*
lati cõcordãt. Quarto quãdo inter maritũ, & vxorẽ
donatio emanauerit, qñ in vim donationis inter
viuos valere non põt, cũ illa ſit p̃hibita inter con-
iuges, vt act⁹ potius valeat q̃ pereat, valebit tamẽ
donatio cã mortis, *Rom. in l. q̃ dotis. ſol. mat. quẽ ſeq. ibi*
Alex. n. 13. Soc. conſ. 130. nu. 7. vol. 1. & conſ. 235. n. 3. vol. 2.
Aym. conſ. 52. n. 4. vol. 1. dicens q̃ etſi verba ſonent in
donationẽ inter viuos, & valere eo modo nõ poſ-
ſit, valebit tamẽ donatio cauſa mortis, *Affl. dec. 338.*
n. 6. Ripa d. tr. de peſte, & de priu. cred. n. 179. & reſponſo 1.
11 *n. 4. de dõ. cauſa mortis.* Quinto donationẽ mortis cã
arguunt quinque teſtes, *l. fi. C. de don. cauſa mortis, l.*
fi. C. de codicillis. Nã ſi inter viuos donare voluiſſet,
non vtiq; quinq; teſtes interueniſſent, tametſi q̃n-
que poſſent interuenire teſtes, non tamẽ à cõmu-
niter accidentib. ſolent interuenire, quocirca cõ-
iecturã capere poſſumus, q̃ non inter viuos, ſed
mortis cauſa donare voluerit, cum adhibuerit ſo-

lemnitatem in donatione causa mortis requisitã, *Alex.& Ias.d.l.qua dotis ff.sol.matr.Idem Alex.in d.l.stipulatio hoc modo concepta n.15.ff de verb.obl. Corn.cons.124.vol.4.Ripa d.responso 1.de donat. causa mortis.Dec.d.cons.470.n.9.Paris.cons.90.vol.3.* Non obstat quod per promissionem de non veniendo contra, mortis causa donatio transitum faciat in donationem inter viuos, quoniam imo per huiusmodi ꝑmissionem immutata non est natura principalis contractus donationis causa mortis, *Bal.in l.cum quis.ff.de cond.ob caus.Alex.d.l.qua dotis n.11.Crot.in repet. d.l.stipulatio hoc modo concepta.Dec.in l.non omnis n.10.ff.si cert.pet.* distinguens quod aut promis. de non veniendo contra, expressa est in verbis dispositiuis & principalibus, in quibus substantia consistit, & tũc operatur effectum, de quo in contrario, aut in verbis executiuis & tunc ecclesiæ executiuæ, & accessoriæ non alterant principalem dispositionẽ, *clem.1.de præben.& Corn.cons.223.n.10.vol.1.* dicit alias ita vidisse consultum per solemnes doctores, eandẽ distinctionem approbat Dec.*cons.305.col.fin.& cons.470.in princ.& cons.521.n.13.seq.Curt.Iun.cons.56.n.2.Paris.cons.16.n.17.vol.2.& late tenet Ruin.cons.51.n.14.vol.1.* qui omnino videatur vna cum Dec.*d.cõs.470* quibus etiam assentire videtur Rom.*cons.509.n.10.per tex.in l.1.§.si te rogauero ff.de post.* & est ex mente Boer.*in decisione sup.in contrarium allata 353.n.12.in pr.* & procedunt prædicta quando etiam iuramentũ in donatione interuenisset vt præcitati affirmant.

14 Non obstat † quod hæredum nominatio facta in donatione causa mortis facit eam trãsire in donationem inter viuos, quia respondet Dec.in præallegato *cons.470.n.10.* vsque in finem, ꝙ quãuis hæredũ expressio faciat ꝓsumptionẽ donationis inter viuos, in contrarium tamen admittuntur præsumptiones si sint efficaciores, & contraria opinio nunquam placuit Ioan.Crot. & credit eam falsissimam *in d.rep.l.stipul.hoc modo concepta n.83.idem etiam firmat Ruin.d.cons.51.n.16.vol.1.* dicens quod tunc demum mentio hæredum facit donationẽ causa mortis transire in donationem inter viuos, quãdo vti donatio causa mortis valere non potest, alias sec⁹, ex quib. ꝓ donatione causa mortis respõdeo.

S V M M A R I A.

1 *Conditionem si sine filiis decesserit, nep tis ex filio deficere facit, & patruum excludit.*

2 *Prohibitio de non alienando extra familiam non impedit quo minus in successorem ab intestato bona transeant.*

3 *Fœmina contemplatione masculorũ exclusa, non extantibus masculis admittitur ad successionem.*

4 *Testator proprias filias excludens, multo magis neptes ex filio excludit.*

5 *Prohibitio de non alienãdo extra familiam fauore masculorum facta dicitur.*

6 *Descendentium suorum appellatione fœminæ non comprahenduntur.*

7 *Testator neptes ex filio excludit, quia cura paterna illas dimittit.*

8 *Species discretiua à genere, non includitur sub genere.*

9 *Expirat conditio si sine filiis decesserit, quando substitutisunt descendentes testatoris.*

10 *Substitutionis verba ad personam testatoris relata fideicommissum continent, ad personam vero hæredis, directam successionem.*

QVÆSTIO CXVIIII.

1 VIdetur dicendum quod testatoris neptes ex filio faciãt deficere conditionem fideicõmissi filiis iniuncti, si alter eorum sine filiis diem suũ obierit, patrisque in locum filiæ succedunt, & patruum excludunt, eo etiam casu quo de fœminis discretiue mentionem testator fecerit proprias filias excludens ab vniuersa successione, *Alex.cons.38.per totum vol.6.& alii, qui in add.ibi adducũtur.Curt.Iun.cons.1.Sentor.cons.63.n.15.& alii plures quos refert Mar.Soc.Iun.cons.168.n.13.vol.2.* & hanc partẽ sequuti sunt doct.Bonon.& Perusini per eã consulẽtes, & tenuit etiam collegium Auinionense secundũ prædictos, & plenissime hanc partem tuetur Paris.*cons.41.per totum vol.5.Ioan.Cephal.cons.45.& 46.vol.1 per totum.Ferd.Vasquius tr.de succ.lib.3.§.27.lim.31.sub*

2 *n.4.p.1.* Imo etiam si testator vetuit ne bona sua alienentur extra familiam, illius neptes patri suo ab intestato, & ex persona patris eorũ auo succedũt, quia prohibitio de non alienando extra familiam non impedit dominii translationem etiam in extraneum successorem ab intestato succedentem, quandoquidem non voluntaria, sed necessaria, & non hominis, sed legis est alienatio, ideoque quãuis contra voluntatem testatoris proximior succedit, *l.pater.§.cum mater.ff.de leg.2.l.peto §.fratre vbi bona gl.ff.eod.Bar.in l.si ita quis §.ea lege ff.de verb.obl.vbi Ias.post alios n.44.Idem Ias.in §.diui n.101.l.filiusfamilias.ff.de leg.3.* vbi dixit quod fortis est decisio, quia contra voluntatem testatoris id euenit, & sequitur ibidem Rip.Crot.& alii, Alex.*cons.56.n.6.vol.1.Par.cons.71 n.27.& 28.vol.3.Curt.Iun.cons.160.n.10.* & est communis opinio vt fere omnes supra relati affirmant, multo quidem magis succedere debent testatoris neptes de agnatione, & familia testatoris existentes, *auth.multo magis.C.de sac.sanct.eccl.* At si

3 nemo ex masculis agnatis extaret, qui ex præsumpta mente testatoris eas excluderet tutius agerent, & saltem fideicommissi iure succederent, fœmina enim exclusa intuitu & contemplatione masculorum, censetur exclusa existentibus masculis, alias vero eis non extantibus, & succedere nolentib. aut non valentibus fœmina succedit ex defectu seu repudiatione, vel incapacitate masculorum, nec.n. fœmina facta est à testatore incapax, & inhabilis ad succedendum, sed potius datus est ordo prælationis masculorum ad fœminas, Bal.inter cons. Ang. *cons.281.n.3.Dec.cons.598.n.4.Alber Brun.tr.de statutis fœminas excludentib.art.10.q.3.* & hæc est communis opinio inquit Bar.Cepol.*cons.crimin.49.n.20.cum*

4 *seq.* In contrarium facit dum proprias filias testator non vocauit, imo expresse excludi voluit, ergo multo magis filiorum filias, *l.si viua matre.C.de bon.mater.Soc in l.cum auus.n.8.ff.de cond.& demonst.Barb.inter cons.Alex.cons.52.per totum vol.4.Aym.cons.130.num.9.*

Secundo ꝓhibitio alienationis facta vt bona in

5 familia conseruentur, contẽplatione masculorum facta videt̃, per quos cõseruat̃ familia, nõ aũt fœminarum,

narum, per quas agnationis memoria finitur, & quæ à propria agnatione diuitias auferunt, sine quibus sordescunt dignitates familiarum, idcirco neptes ex filio non censentur vocatæ, *Soc. d. leg cum auus. n. 87. & cons. 289. n. 14. vol. 2. Paris. cons. 53. num. 32. volum. 3. & cons. 25. num. 24. eod. volumine.*

6 Tertio idem suadent hæc verba † descendentes filios à testatore expressa, nam si de fœminis intelligerentur, fierent contra mentem testatoris, cũ per fœminas bona sua transferrentur in descendentes alienos, quoniam fœminarum filii non matris sed patris familiam sequuntur, *Soc. inter cons. Curt. Sen. cons. 40. nu. 12. & seq. Bal. inter cons. Ang. d. cons. 281. nu. 4. idem Ang. cons. 283. nu. 3. & alii plures quos citat Albert. Bru. d. tract. de statut. in fœminas exclud. art. 12. q. 9. n. 1. & art. 3. n. 4. Aym. cons. 180. nu. 1. communiter hoc teneri affirmans, Soc. d. l. cum auus n. 87. & cons. 245. n. 14. vol. 20.* licet ergo neptis sit de agnatione, non tamen per eam conseruatur agnatio testatoris, & licet sit de descendentibus eius, non tñ per eam bona in descendentes testatoris permanẽt, sicuti testator ius-
7 sit. Quarto testator non filiationem, † sed sexum magis considerans proprias filias non vocauit, & à masculis separauit, merito eadem qualitate sexus muliebris vigente in neptibus, dicendum est neptes non vocatos, ideo enim sexum fœmineum excludi voluit, quia arbitratus est filios pro filiabus suis bonum capere consilium, atque eis prouisuros de qua ita iure naturæ filiis debita accumulata Trebellianica iure institutionis eisdem debita, & de bonis per eos acquirendis, cum vnusquisque præsumatur acquirere, & lucrari, *Soc. d. leg. cum auus. num. 80. colum. 41.* Quinto inclusio vnius qualitatis est alterius exclusio, quando enim õe vno discretiue fit mentio, non continetur sub altero, nec creditur includi, licet discretionis ratio non fuerit apposita, quia species discretiua à genere non includitur sub genere, *Bald. cons. 186. in princ. volum. 1. sequitur Dec. leg. 2. num. 99. ff. de reg. iur.* ob idque sub nomine familiæ, & descendentium non debet includi fœmineus sexus, cuius exclusiue, & discretiue facta fuit mentio.

9 Sexto partem negatiuam contra neptes ex filio pro patruis substitutis tenuerunt Aud. Barb. *inter cons. Alex. 52. per totum volum. 4. Dec cons. 15. Soc. late per septem columnas in leg. cum auus numer. 80. ff. de cond. & demonstr. & plerique alii quos refert add ad Alex. cons. 38. vol. 6.* & fusissime comprobat multorum auctoritatibus, ita quod nihil aliud in hoc articulo congeri posse videatur, *Maria. Soc. iun. cons. 168 per totum. vol. 2. dicens sub num. 84. 86. 92. & sequentibus* magis communem & receptam hanc partem esse, nec in iudicando aut consulendo ab ea recedendum, & pro qua consuluit collegium Florentinum & iure omnes Aduocati Curiæ Romanæ, Mandell. Alberi. *cons. 19 per totum*, vbi magis communis, & plenissime Modernus Gerardus Mazolus Regien. *cons 5. & 6. per totum*, vbi magis communem testatur. Io. Crott. *in l. filiusfamilias. §. diui num. 162. ff. de leg. 1. Boer. decis. 147. col. penult. & antepen parte 1.* vbi magis communis, & hæc conclusio procedat, quando substitutus est vnus ex descendentibus testatoris, in quibus terminis supra citati loquuntur. At si substitutus sit extraneus, in hoc potissime dissentiunt scribentes, & ad coniecturas confugiunt, de quib. plene scripsi supra, secundũ quas, vel alias voluptas testatoris, exquirenda erit. Præterea ad intelligentiã præmissorum quæritur, an descendentes testatoris succedant per fideicom. testatori, an vero iure directo hæredi, Resp. distinguẽdo an verba substitutionis sint relata ad personã testatoris, vt quia dictum fuerit talẽ mihi substituo, vel sit mihi hæres, & tunc fideicom. inducitur, per ꝙ testatori succeditur, an vero substitutionis verba respiciant personã hęredis, vt quia dictum fuit, talis esto hæres filio meo, vel talem ei substituo, & tunc directa substitutio facta dicit͂, & eis iure directo succeditur, *Bal. in l. precib. n. 35. C. de impub. & aliis subst. quam ibi sequitur Paul. de Castr. n. 15.* cuius distinctionẽ pulcram, & veram esse dicit, & egregie cõprobat Rubeus Alex. *in repet. l. Gallus. §. quidem recte. n. 24 ff. de lib. & posth.* Sebastia: Sapia: *in repet. l. Centurio n. 21.* opinionẽ Baldi verissimam esse dixit, & cõmunem refert ibi Laocellottus Galliaula, *n. 483.* & magis communiter teneri inquiunt Alex. *consil. 13. n. 7. vol. 4. Aym. cons. 131. n. 3.* & licet ipse aliud sentiat, non tamen propterea à cõmuni opinione recedendum est, ex quibus pro patruo, neptibus exclusis respondendum erit.

S V M M A R I A.

1 *Pater dotare tenetur eius filiam quamuis diuitem.*
2 *Legitima debetur filiæ etiam diuiti.*
3 *Dos filiæ debetur, etsi habeat bona propria, quorum vsusfructus patri non quæritur.*
4 *Dos promissa filiæ debetur, quamuis pater non sit idoneus respectu numeri filiorum.*
5 *Pater à quo filia dotem promissam petit probare tenetur suam inopiam.*
6 *Pater qui promisit dotem tam de bonis propriis quam maternis filiæ de suo tenetur in totum.*
7 *Auus non tenetur dotare neptem ex filio diuite.*
8 *Secus vero si filius sit non soluendo.*
9 *Dos ab auo filiæ data aduẽtitia dicitur nõ profectitia.*
10 *Filia quam pater dotauit, cui auus testamento dotem legauerat vtramque dotem habebit.*
11 *Filia quam pater dotauit, cui testamento pater ipse dotem legauerat vnica dote contenta sit.*
12 *Filia quam pater dotauit, cui postea testamento dotẽ legauit vtramque consequitur dotem.*
13 *Bona etiam in causam dotis alienari prohibita, possunt alienari quando alia non extant.*

QVÆSTIO CXX.

1 PAter pro filia dotem † genero paciscens propriis patris ipsius bonis promisisse videtur cũ onus dotationis paternũ sit, & naturaliter debitũ etiã filiæ diuiti, Bart. Bal. Sal. & Ang. *in l. fin. per illum*
2 *tex. C. de dot. promiss.* Nam † veluti legitima debetur filiæ diuiti, ita & dos, quæ loco legitimæ succedit, *§. aliud quoq; capit. in auth. vt cum de appell cognos. l. quoniam nouella. C. de inoff. testam. d. l. fin. C. de dot. promiss. & latius comprobant doct. in l. 1. ff. sol. matr. & maxime Ripa. numero quinquagesimoquarto.* estque communis, & verior opinio secundum eum, quicquid in contrarium dixerit Bart. *in leg. mulier. §. cum*

proponeretur.ff.ad trebell. & eandem communem o-
pinionem esse referũt,& sequuntur Crot. Thom.
Parpal. & alii *in dict.l.1.ff.sol. matr. Bal. nouel. tract. de
dote parte sexta. priuil.3.Io.Campeg. eod. tract. quæst.16.
Maria Soci.Iun.cons.79.nu.33.vol.3.*
3 Quod † procedit tametsi filia haberet bona
propria, quorum vsusfructus non acquireretur
patri per ea, quæ adducit Io. Crot. *in d. leg. prima.*
4 *numer.79.ff.solut.matr.* Imo pater ad soluendum do-
tem promissam compellitur si sit idoneus faculta-
tibus respectu quantitatis promissum, quamuis
foret minus idoneus respectu numeri filiorum,
aut filiarum nondum nuptarum, vt decidit cons.
Neapolit.*decis.179.per totam, sequitur Paris.cons.80.vo-
lum.3.* Tenet quoque Bald.de Bartholinis *in repet.*
5 *d.l.primo. num.78.ff. solut. matrim.* Habetque † filia
dotem conuentam petens, fundatam intentioñ,
nisi pater probet eius inopiam, vt comprobant
Bart.Sal.& Ang.dum *d.l.finalem. C. de dot.promiss.*
summando dicunt, pater promittendo de pro-
prio obligatur, nisi sit inops, dictio autem nisi, stat
exceptiue, & ponit casum regulæ contrarium, Bal.
Sal.& reliqui *in l.actione.C.de transact.Paris.cons.17.n.
22.volum.primo.* & expressius ponunt Io. Campeg.
*d.tract.de dote dict.quæst.16. & Thomas Parpalia in re-
pet.d.l.1.num.16.ff.sol.matr.*
6 Limitatur † autem non procedere, quando pa-
ter in dotis constitutione expresserit, quod tam de
bonis propriis, quam de bonis filiæ maternis dotẽ
paciscitur præsente filia, promissionique sic factæ
consentiente, tunc enim de suo pater in totum
dotasse non videtur, *Aret.d.l.1.num.1.ff.solut matr.&
idem ibi tenent Alex. num.17. Thomas Parpalia in repet.
ibidem num. 16. ex mente omnium ita teneri affirmans
Aym.cons.84.num.6.* Auus vero non tenetur dotare
7 neptem ex filio, † qui tempore matrimonii diues
est, & de suo filiam dotare potest, *Salic. in d.l.fin.C.
de dot.promiss.Bal.in auth.res quæ.Cod. commu. de leg.A-
lex. & Ias.in leg.1. in glos.semper.ff.sol.matr. Alex.consil.
8.numer.8.volum.3.Barbat.cons. 80. in 4. dubio volum.3.
Aym.cons.219.num.3.Maria.Soci.iun. cons.79. numer 15.
volum.3.* vbi communiter Doct. hanc opinionem
firmare testatur, & magis communem & insuper
æquiorem affirmat Barba.*dict.cons.80.* Et quatenus
8 dicitur † onus dotandi neptem accitum esse *per
tex.in l.dotem dedit.ff.de collat.bonorum.* intelligitur
filio non soluendo existente, vt præter supra rela-
tos tenuit Bald.*cons.322.vol.3.Io.Baptista de S. Seueri-
no in repet.l.frater à fratre num.128.ff.de cond. indeb. A-
lex.consil.154. numer.1. volum.2.* Et vbi † auus non
9 tenetur si dotem dedit, præsumitur potius datum
contemplatione neptis, quam filii, & aduentitium
iudicatur non profectitium, *leg. quæsitum, & quod
ibi not.ff.de leg.1.Alex.& Ias.in leg.qui in aliena.§. inter-
dum.ff.de acq.hered. Alex.d.cons.8.numer.7 volum.3. &
cons.42. numer.5. volum.7. Alcia. tract. præsump. reg.1.*
10 *præsumpt.17.num.3.* Idcirco † si pater filiam dotauit,
cui auus suo testamento certam quantitatem pro
dote legauit, filia dotem paternam, & legatum a-
uitum consequitur, vt firmat Thom.Parpal. *in re-
pet.d.leg.1 num. 16.ff.solut. matr. Bened. Capra.consilio
29.colum 1.per totum & probat quoque Dec.cons.81.num.
6.in fin. Aret. cons.17. num.15.* quam etiam opinionẽ
sæpe consulendo tenet Alex. *vt in d. consilio 8. nume.
7.vol.3.& consil.31.num.51.volum.4. & cons.138. num.3.*
11 *volum.5.* At † si pater suo testamento dotem filiæ
legauit illamque postmodum nuptui tradens do-
tauit, præsumitur id fecisse in compensationem
legati antea sibi in simili quantitate relicti, vt ple-
rique tenent, quos sequitur Paris.*cons.61. numer.27.
28.& 37.cum seq.volum.2.* communem referens, a-
12 liud vero dicendum est, quando † pater adhuc vi-
uens filiæ dotem dedit, & postmodum dotem ei-
dem testamento legauit, non habita mentione de
dote ab eo viuente soluta, tunc enim filiæ ius est
consequendi vtramque dotem videlicet habitam
retinendi, & legata petendi, vt consuluit idem
Capra *cons.72.vlt.quæst.* & adeo verum est onus do-
tandi filiam paternum esse, quod si pater testamẽ-
to cauit, & expresse prohibuit, ne etiam in causam
13 dotis alienetur certa pars bonorum suorum, quá
fideiussor subierit, nihilominus bona à patre et-
iam ex causa dotis alienari prohibita, possunt in
causam dotis alienari, quando alia non extãt, quia
non est in potestate patris eximere se ab obliga-
tione dotandi filiam, quam sententiam plene ad-
modum prosequitur Curt.Sen. *cons.27. colum.4. &
5.* & moderni repetentes *in §.diui, l.filiosfamilias. ff.de
leg.1.* Defectus enim potestatis paternæ id opera-
tur, quicquid in contrarium disponat testator, nec
obstat quod tenuit Ruin. *cons.123. nume.10. volum.1.*
qui contrarium voluit. Quoniam ratio de qua
supra proxime communiter recepta eius senten-
tiam euertit. Non obstat Alex. *cons.56. nume.3. circa
finem vol* 1. ipsum namque impugnat Ripa *d.§. diui.
num.73.* quando non extant alia bona.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium vbi interuenit datio æquiualẽs illi transit in contractum.*
2 *Merita probantur per narrationem partium.*
3 *Principis narrationi statur quando motu proprio facit.*
4 *Princeps priuilegium à se cõcessum reuocat sine causa expressione.*
5 *Princeps vel vniuersitas disponens præsumitur ex causa facere quando motu proprio procedit.*
6 *Iusta causa dicitur quando reuocat sola voluntate, quia sola voluntate facta est.*
7 *Eleemosynæ præstatio reuocatur quando est simplex eleemosyna.*
8 *Præfatio dispositionis causam finalem ostendit.*
9 *Priuilegii causa cessante, cessat priuilegium ipsum.*
10 *Princeps atque communitas ex causa publica vtilitatis à contractu suo recedit.*
11 *Priuilegium ex noua causa damnosum apparens reuocatur.*
12 *Priuilegium ex falsa causa obtentum non tenet.*
13 *Verba narratiua probant causam immunitatis quãdo motu proprio conceditur.*
14 *Motus proprius Principis non præsumitur, nisi in literis exprimatur.*
15 *Qualitas quæ præponderat illa præualere debet.*

QVÆST.

QVÆSTIO CXXI.

1 EXemptio à mag. conf. elargita non fuit mere
gratiosa, sed concessa intuitu, & contempla-
tione meritorum præcedentium erga ciuitatẽ re-
troactis temporib. ab ipso. N. exhibitorum, quo-
ties enim ex parte gratiã seu priuilegium recipien-
tis, interuenerit datio vel factũ habens cũ illo per-
petuam cõmemorationem non priuilegii naturã
retinet, sed in contractum transit, propterea q; ad-
hibitum concedentis reuocari non potest, nempe
etiam Princeps contrahendo vtitur iure cõmuni,
& ex cõtractu efficaciter obligatur, *Bart. in l. omnes
populi. quarta q 3. quæstionis principalis. ff. de iust. & iur.
& post eum reliqui scribentes, Bal. in l. qui se patris nu. 13.
& 14. Cod. vnde lib. Roma. conf. 436. Dec. conf. 286. Parif.
conf. 11. n. 4. cum pluribus sequentib. vol. 4. Affl. decis. 392.*
2 *n. 10. Grammat. decis. 65 n. 23. cum seq.* Et † si de meritis
N. alias non constat quam per narrationem factã
in partito obtento, in mag. consilio, immunitatẽ
ipsam concedeute, id sufficere videt̃, quoniã verba
enunciatiua probant inter contrahentes in his,
quæ ipsi disponere possunt, & à libera voluntate
partium dependent, *Bart. in l. si forte. ff. de Castr. pe-*
3 *cul. Bertran. conf. 154. num. 16. vol. 3.* Standum † est e-
nim narrationi Principis, ẽt de facto alieno, quã-
do in ea fundatur eius intentio, & motu proprio
disponit, *Gram. decis 65. n. 61. Alex. conf. 112. nu. 2. vol. 7.
Io. Lupus tracta. de libert. ecclesi q. 1. nu. 4.* dicentes hoc
communiter tenere doct. in clem. vnica de pro-
4 batio. Contrariũ † verius esse respondeo, quia pri-
uilegium gratiosum subdito concessum in termi-
nis simplicis priuilegii, & gratiæ consistens potest
à concedente principe, vel cõmunitate adhibitũ
quandocunq; reuocari, etiam sine caussæ expres-
sione, q̃ nihilomin⁹ præsumit̃, etsi expressa nõ fo-
ret, *Innoc. per illum tex. in c. in nostra. de iniur. & dam.
dat. Abb. Felin. Dec. & alii in c. nouit de iudic. Affl. decis.*
5 *392. n. 15. Dec. d. conf. 286. n. 4. Soc. conf. 87. n. 13. vol. 3.* In †
his enim quæ iuris sunt positiui, omnimodã po-
testatem habet princeps vel vniuersitas, & dispo-
nendo aliquid de nouo siue disposita reuocando,
præsumitur ex causa facere, quãdo motu proprio
facit, & non ad partis instantiam, non enim de fa-
cili sine causa hoc facere debet, quoniã citra pec-
catum id facere nequit, *Abb. in c. quæ in ecclesiarum. de
const. vbi Felin. Dec. & alii quos ipsi adducũt Affl. decis. 46.
n 5. cum seq. Rom. conf 436. n. 22.* & dicitur iusta causa,
quia sola voluntate fit constitutio, & sola volunta-
6 te fit † relaxatio. *Curt. iun. conf. 1. n. 34. Soc. d. conf. 87. n.
13. volum. 3 Paris. d. conf. 11. in princ. vol. 1. Affl. d. decis. 46.*
7 *Mart. Lauden. tract. de priuil. q. 66.* Facit † quoq; quod
consueta eleemosynæ præstatio à concedente
reuocari potest, quando est præstatio simplicis e-
leemosynæ, *Alex. conf. 209. num. 13 vol 2. Alex. Ias. & a-
lii in l. non amplius. §. 1. ff. de leg. 1. Corn. conf. 235. volum. 2.*
8 *GoZadi. conf. 22.* Secundo comprobant † narrata in
præfatione immunitatis, seu partiti in cõsilio ob-
tenti, ex qua intentio disponentis deprehenditur,
& causa finalis *l. reg. §. penult. ff. de iur. & fact. ignor.
Curt. iun. conf. 185. n. 2.* Causa vero immunitatis fuit
vt succurreretur. N. facultatibus fere collapso ob
grauem iacturam, & fortunam aduersam, quæ ipsi
superioribus diebus accidit, ne ipsum & illius fa-
miliam in perditionem ire contingeret, vt hæc se-
riosius in partito obtento narrantur, at cum in
præsentiarum sumptus N. subleuatus appareat, &
ditatus valde, neq; subsit suspitio aliqua perditio-
nis suæ, atq; eius familiæ, & sic priuilegiis causa
cesset, cessare debet priuilegium, & immu-
9 nitas concessa, *c. cum cessante de appell. l. ex facto. ff. de
vulg. & pupill. vbi late Aret. Ias. & Ripa. Gram. decis 65. n.
49. Boer. decis. 31. Soc. conf. 150. n. 17. Tiraq. tract. cessante
causa. parte 1. n. 203.* & casus iste deciditur ex tex. *in l.
Cura. § deficientium. ff. de muner. & honor.* vbi deficiẽ-
tium facultatibus immunitas, aucto patrimonio
euanescit, facitq; Bart. *in l. non tantum. §. eos. ff. de ex-
cus. tut.* vbi ꝙ paupertati priuilegia concessa pau-
pertate cessante, cessant priuilegia illi impertita,
10 *vt late Tiraq. in loco supra citato num. 193.* Tertio licet †
Princeps atq; cõmunitas proprio contractu obli-
getur, nec regulariter contrauenire possit, nihilo-
minus ex causa publicę vtilitatis conceditur à pro-
prio contractu, cũ subdito celebrato recedere, *Ias.
in l. Barbarius n. 34. ff. de off. prat. Felin. & alii in c. 1. n. 6.
de probat. & in d. c. nouit. de iud. Io. Baptista de S. Seuerino
in repet. d. l. omnes populi n. 107. vbi & Crot. nu. 98. Roma.
conf. 910. & conf. 436. Alex. conf. 216. vol. 2. Dec. conf 326.
Restaurus Castaldus tract. de Imperatore quest. 55. & 124.*
11 Comprobatur † quia priuilegiũ concessum quod
ex noua causa apparet esse concedenti damnosum
non est seruandum, *c. suggestum vbi Abb. post Innoc. &
alios de decimis, & ibi Glos. ait* quod secundum varie-
tatem temporum, ac rerum priuilegia variari de-
bent, *Bertran. conf. 108 n 5. vol. 3. Felin. d. c. nouit de iud.
n. 7.* & in indiuiduo Curt. Iun. *conf. 61. 14.* quod pro-
prie noua & insolita grauamina licet immunita-
tem à collectis concessam reuocare, etiamsi in cõ-
tractum cum subdito celebratũ transiisset huius-
12 modi concessio vbi commune refert. Quocirca †
quia communitas ære alieno premitur, publi-
cosq; prouentus distrahere cogitur, vt contribuat
oneri nuper nobis indict. à Scel. Papa non iniuria
communitas immunitates cõcessas reuocare po-
test. Quarto & vltimo priuilegium tanq̃ ex falsa
causa obtentum nõ tenet, *c. inter dilectos de fid. instr.
vbi post Inno. Abbas Felin. & alii, idem Felin. d. c. nouit. n.
7. Gram. decis. 59. n. 3. Dec. conf. 576 n. 8.* Hic vero iactu-
ra d. N. modica fuit, nec talis qualis in partito ob-
tento narratur merito immunitate sibi indulta
carere debet, ex præmissis sublata sunt contraria,
nihilominus specialius respondendo. Non obstat
13 quod † verba narratiua de facto alieno probant,
quando in illis fundatur intentio Principis, aut
cõmunitatis rescribentis. Id enim verum est quã-
do communitas motu proprio immunitatẽ con-
cedendo procedit, secus si ad partis instantiã, quia
per importunitatẽ concedere præsumitur, & non
probant tunc verba narratiua, nisi alias constet de
narratorum veritate, *Alex. d. conf. 112. vol. 7. Dec. conf.
176. n. 8. Curt. Sen. conf. 20. n. 12. & Iun. conf. 170. nu. 25. &
conf. 61. n 13. & confirmãt alii supra allegati.* Motus au-
14 tem † proprius principis aut cõmunitatis nõ præ-
sumitur nisi in literis concessionis id exprimatur,
cap. si de motu proprio. de praben. in 6. Cassador. decis. 7.

de ap-

de appell.Iaf.in l. si quis iniquũ.ff.quod quisque iur. Alex.
15 *d.cons.112.vol.7.Gram.dict.decis.59.num.55.* Secundo †
Mag. consilium inductum fuit ad immunitatem
concedeodam intuitu principaliter iacturæ &
exterminii d. N. quod verum non fuit vel saltem
modicũ, & licet aliquorum meritorum expressio
subsequuta fuerit, cũ præponderet qualitas priui-
legii gratiosi, illa præualere debet, & operari, vt cẽ-
seatur concessio à liberalitate communitatis ori-
ginem trahens, tametsi merita aliqua præcesserint
quę parua fuerũt, quæ causam dare immunitati nõ
potuerunt. *l.quæritur.ff.de stat.hom.Corn. cons.45. vol.
4.Restaur.Castald. d. tract.de Imperatore quæst.114. nu.
12.* Quare concluditur Mag. dominis electis à con-
cilio ecclesiastico esse liberam, & commodam fa-
cultatem reuocandi immunitatem prædicti N.
& eleemosynas aliis destinatas, de quib. fit mẽtio in
partito ad subleuandam Mag. communitatem in
solutionem vnius pro centum siue compositionis
illius loco subrogatæ, à S.D.N.PP. Paulo IV. im-
positæ, & ad succurrendum aliis eiusdem com-
munitatis indigentiis, quæ illam opprimunt.

SVMMARIA.

1 *Sententia per testes probari potest.*
2 *Neque necesse est eos deponere sententiam in scriptis latam.*
3 *Sententia præsumitur rite, & recte lata post rem iudicatam.*
4 *Consuetudine non soluendi datium acquiritur liberatio.*
5 *Præscriptio currit ciuitati ex negligentia administratorum illius.*
6 *Præscribitur contra ciuitatem, cameram Fiscalem nõ habentem æque ac contra priuatum & n. 8.*
7 *Exactio datii causam continuam habere dicitur.*
9 *Interpellatio vnius, & alterius recusatio requiretur in actibus voluntariis, secus in necessariis.*
10 *Scientia præsumitur eius quod publice notum est.*
11 *Consiliarii ciuitatis populum repræsentant.*
12 *Tempus cuius initii non est memoria habet vim priuilegii.*
13 *Tempus immemorabile quomodo probetur.*
14 *Tituli, & bonæ fidei allegatio tunc non requiritur.*
15 *Testis negatiuam astruens suspectione non caret.*
16 *Actus negatiui probantur cursu temporis, nisi negatio probetur.*
17 *Testis negatiuam deponens qualiter concludenter probet.*
18 *Negatiua probatur negatio iudicis, & hic habetur.*
19 *Testis vnius de facto proposito non plene probat.*
20 *Nisi de facto eius negatiuo deponat.*
21 *Negatiua coarctata ad certas personas est probabilis.*
22 *Negatiua probatur per famam.*
23 *Fama cum vno teste plene probat.*
24 *Testes de vniuersitate probant quando agitur de interesse publico. Secus quando agitur de interesse singulari.*
26 *Testis de cuius interesse principaliter non agitur dicitur idoneus.*

QVÆSTIO CXXII.

1 SEntentia quamuis in † scriptis promulgari de-
beat, *leg.1.& 2.C.de sent.ex breui recitan.c.fin.de re
iud.in 6.* attamen scriptura non requiritur ad esse,
& substantiam sententiæ sed ad maturiorem iudi-
cis deliberationem, ideoque per testes potest sen-
tentia probari etiam non probata amissione in-
strumenti sententiæ. *Abb.in c.sicut nobis num.24. de re
iud.Rota decis.19.de re iud. in nouis. Felin dict.cap. sicut
nobis.num.10.& 39.& not.in c.Albericus de testibus.* atq;
2 testes de tenore † sententiæ attestantes necesse nõ
habent deponere eam in scriptis latam fuisse,
quoniam scriptura tanquam solemnitas intrinse-
ca præsumitur interuenisse. *Abb.Imol.Felin. & alii d.
3 c.sicut nobis* & † ex quo sententia iam diu in rem iu-
dicatam transitum fecit, præsumitur pro ea con-
tra præsentes lata, tam quoad processum, & eius
rectitudinem, quam quoad sententiæ iustitiam, i-
mo, & si contra contumaces lata sit, eundem ope-
ratur effectum post biennium à die latæ senten-
tiæ lapsum. *c.quoniam contra de probat.l.sciendum.ff.de
4 verb oblig.Alex.cons.136.num.13.volum.20.* Secundo †
rei conuenti immunitatem non soluendi petitum
datium acquisiuerunt ex consuetudine præscri-
pta, nempe consuetudine non soluendi acquiri-
tur liberatio datiorum & gabellarum. *l. si publica-
nus.§.fin. & Glos.penult.in §. præcedenti. ff. de public.&
vectigal.& in l.licitatio.§.earum.ff.eod.Corn.cons.22.vol.
3 Bertachin.tract de Gabellis parte prima quæst.10. nu.3.*
5 Præsumptioque † currit contra ciuitatem ex ne-
gligentia administratorum eius qui datium exi-
gere non curarunt, *Bart.in l.Imperatores.ff.de pact.* &
ante eum Odofred. ibi, quem Bart. non allegat,
idemque tenet ibidem Bal.& Alberic. *per l. aduer-
6 sus.C de vsur.* Et † potest contra ciuitatem Came-
ram Fiscalem non habentem præscribi, quemad-
modum contra priuatum, *notatur in l fin.C. de sacr.
sanc.Eccles.vbi Paul.de Castr.num.8.Aret.cons.53.& late
Balb.tract.præscript.quæst.prima. 3.partis quintæ partis
7 principalis.* Exactioque † Gabellæ siue datii habet
causam continuam, *Bal.c. tua nos.de iureiur. Felin. c.
de quarta num.37.de præscript.Bertachi.loco præcitato n.
31.* licet de prædictis mentionem non faciat, quare
debet sufficere tempus decem annorum ad com-
9 plendam præscriptionem, interpellatioque à †
datiariis facienda, vt datium solueretur reorum-
que contradictio, non requiritur in actibus ne-
cessariis, in quibus sufficit casum euenisse, quo a-
ctus ille exerceri potuisset, vt late firmat Aym.
cons.111.num.21.vol.primo. ex pluribus ibi per eum
10 adductis. Accedit † scientia, & patientia ciuitatis
in non exigendo datium, de qua ex publica fama,
constat enim illam sciuisse datium non fuisse ex-
actum, ex eo quod eius, quod publice notum est,
præsumitur scientia *Glos.singul.in leg fin. ff. de decr.
ab ord.facien.l.si tutor, cum glos.Cod.de pericul tuto.* At-
que etiam alias præsumptiue, & ex coniecturis
probatur hæc populi scientia, cum difficulter pos-
sit probari, *Corn cons.268.num.12.volum.4. Papien. in
forma libelli in act.confess.Glo.l.seruitus num.25.* Verisi-
mile autem est ex quo diu lis olim agitata fuit
inter ciues, & datiarios ciuitatis ex vna atque reos
con-

conuentos ex altera parte, quod lis ipsa, atque etiam non exactio dotis venerit in notitiam populi,
11 seu † saltem Consiliariorum, qui vicem populi gerunt. *l. 2. C. de decur. lib. 10. Bart. l. nõ ambigitur. ff. de leg.*
12 *Corn. cons. 236. n. 15. vol. 2.* Tertio † loco secure agere
videtur tempore videl. immemorabili, quod priuilegii à Principe obtenti vim habet, & pro veritate habetur. *c. super quibusdam §. præterea de verb. signif. c. fin. de præscript. in 6. Alex. cons. 6. vol. 1. Dec. cons. 85. Ias. l. de quibus. ff. de leg. & latißime Balb. d. tract. de præ-*
13 *script. 6. q. 2. partis 3. partis principalis.* Quod † tempus immemorabile concludenter probant testes dicentes communem opinionẽ esse, & publicam vocem, & famam, quod non est memoria in cõtrarium apud aliquos viuentium, quod petitum datium vnq̃ solutum fuerit, *Felin. c. cum causam nu. 9. de probat. Alex. cons. 125. n. 1. vol. 2. Balb. in loco supra citato n. 24.* Neque tunc tit. vel bonæ fidei vel scien-
14 tiæ † ciuitatis probatio, vel alleg. requiritur, *Alex.*
15 *d. cons. 6. vol. 1. Dec. d. cons. 85. & Balb. vbi supra* Neque † aduersatur quod testes suspitione non carent super negatiua deponentes, dum probare nituntur solutiones datii petiti non factas, *Bald. & Alex. in l. actor. C. de probat. Ang. in l. Lucius de his qui not. infam. & in leg. si per alium. § docere. ff. ne quis eum qui in ius. Dec.*
16 *cons. 173. num. 3.* Resp. primo † quod in actibus factum non requirentibus, atque negatiuis, est probatio probata, quando cursus temporis probatur, nisi affirmatiua probetur, *Bal. consil. 315. num. 2. vol. 3. Corn. cons. 142. n. 11. vol. 3. & cons. 268. n 2. vol. 4. Aym. d. cons. 11. num. 11 vol. 1.* Secundo † si testis negatiuam
17 deponens reddit rationem sui dicti concludentem explicite, vel implicite, videl. quod actus fieri non potuisset, quin ipse vidisset, vel audiuisset, aut ad eius notitiam peruenisset, idque verisimile sit, negatiuam concludenter probat, neque falsi suspitionem incurrit, *Bart. leg. prima. §. hoc interdicto ff. de itiner. actuque priuat. Alex & Ias leg in illa stipulatione. ff. de verb oblig. Felin. post Bald. in cap. 3. loco de probat Gram. decis. 56. nu. 4. Alex. cons. 43. nu. 13 vol. 4.*
18 *Dec. cons. 94.* Tertio non solutio datii † cum non possit naturalibus ac sensitiuis probationib. probari, quia est actus priuatiuus, poterit talem probari per eum modum, quem tradit Bart. *d. l. in illa stipulatione, Felin. dict. cap sicut de re iudic.* videlic. implorando iudicis officium, vt mandet fieri inquisitionẽ in libris datiariorum, an ibi aliquæ datii solutiones descriptæ sint, & si nullæ reperiantur, referant iudici quorum relatione standum erit, *l. 1. Cod. de exact. tribu. lib. 10. Affl decis. 324. numer. 13. Aym. cons. 138. nu. 5. vol. 1. Martinus de Fano tractatu de negatiua probanda num. 8. Gramma decis. 59. num. 15.*
19 Quarto † licet alias vnico testi de facto proprio deponenti non plene creditur, *Alex. in leg. 2. §. si absens ff. si ex nox. causa agatur Ias. l. nec n. ff. de acq. hered. Curt. tract. de testibus. concl vltima. Mariã. Soc. iun. consi. 61. num. 8. cons. 62. n. 6. volum. 1.*
20 Si de facto † proprio negatiuo testis vnicus deponat, plene illi creditur, *Bald. in l. is qui putat. in fin. ff. de acq. hered.* quem sequuntur Ang. Paul. Imol. Roma. Aret. & alii *in leg. sequenti*, & est secundum Aret. ratio, quia testis deponens se aliquid non fecisse non potest habere contestem, & si alius affirmaret testem actum illum non fecisse, probaret negatiuam facti alieni, quæ non est proba-
21 bilis. Idipsumque † comprobatur, quia negatiua coarctata ad certas personas dicitur esse probabilis, Abb. Bal. Imol. Felin. & alii *in dict. cap. 3. loco*
22 *per illum textum de probat.* Quinto † per famam negatiuam plene probatur. *cap. præterea de testibus. c. cum causam de probat. Felin. post Ant. de Butrio & alios in c. veniens. al. primo de testibus, Dec. cons. 652. Martin. de*
23 *fano d. tract. de negatiua probanda. num. 6.* famaque cõiuncta cũ vno teste plene probat. *l. admonendi vbi not. ff. de iureiur. Cepolla consilio 30. ciuilium.* & est com-
24 munis secundum eum. Et † licet singuli de vniuersitate sint idonei testes, quando agitur de cõmodo vniuersitatis in vniuerso, *dict. c. 3. loco de probat c. insuper de testibus, & communiter sequuntur scribentes secundum Dec. ibi n. 6. Alex. cons. 68. n 14. vol. 2.* Et
25 secus sit, † quando agitur de commodo singulorũ singulariter, vt si de pascuis, & nemoribus agatur, in quibus singuli de vniuersitate ligna cædere, & bestias in pascuis habere possint, quia non erunt idonei, vt tenuit Ioannes Andr. *in c. cum nuntius de testibus, quem sequuntur Felin. & Dec. post alios in d. c. insuper, & late Steph. Aufr. tract. de reprob. testium, in verbo testes inhabiles, Aym. de antiquitate temporum 1. parte num. 17. & sequen.* Hoc non aduersatur, quominus dicantur idonei testes, quoniam non agitur de eorum commodo & vtilitate particulari, cum ipsi non exerceant, neque in futurum exercere inten-
26 dant artem, cuius datium petitur. Accedit † quod testis de cuius Interesse principaliter non agitur, sed tantum in consequentiam non debet censeri minus idoneus, *Alex. cons. 78. nu. 2. volum. primo.* Vbi rector ecclesiæ conuentus ad decimas probat cõsuetudinem non soluendi decimas per alios Doctores ecclesiarum eiusdem loci, idemque repetit *cons. 172. n. 7. vol. 2.* cum iis quæ ibi addita sunt, quod omnino videatur, vbi Calligarius à datiario impetitus probat per alios Calligariam exercentes cõsuetudinem non soluendi datium petitum, quocirca bonam causam souere existimo reos conuẽtos, datariosque suo & ciuitatis nomine præsens iudicium agitantes, succumbere debet.

SVMMARIA.

1 *Mulier prægnans defuncto viro quando ventri curatorem dari petat.*
2 *Mater tutelam assumens seruet hæc quæ hic remißiue dicuntur.*
3 *Mater tutelã recusans, instet de tutore filio prouideri.*
4 *Mater quæ pro tutrice se geßit iuris pœnas incurrit.*
5 *Etiam si patruus vtiliter administrauit.*
6 *Mater multis ex causis excusatur ob non petitum tutorem.*
7 *Mater ad secundas nuptias transiens non petito tutore filio, succeßione priuatur.*
8 *Matre ad secunda vota transeunte non reddita administrationis ratione, secundus maritus tenetur.*
9 *Vidua inhoneste viuens an priuetur dote.*
10 *Pupillus penes substitutum an educari debeat.*

QVÆ-

Qvæstio CXXIII.

1 MVlier prægnans † relicta ab eius viro defuncto si non petierit curatorem ventri suo dari, iure successionis priuanda est, si post 30. dies à morte mariti natus sit puer, nam si ante sit in locem editus, tunc excusatur, neque successione priuatur puero mortuo, *Bart. per illum tex. in leg. 2. §. si mater. ff. ad Senat. consf. Tertul. Bal. in l. matres nu. 4. cum alus ibi additis. C. eod. tit. Bart. in leg. prima §. eleganter. ff. de liber. agnos. & cons. 22. homo Accursole num. 4. in fin. Imol. in c. ex parte. num. 8. de appell.* & licet mater puero nato habet annum ad assumendã tutelam, secus tamen est, cum puer est in vtero, quia tunc periculum est in mora, & fauorabilior est causa partus in vtero quã pueri, secundum Bal. *d. l. matres num. 4.*

2 Secuodo † si mater nato puero tutelam illius gerere cupiat, detur coram iudice tutelam agnoscere, seruatis de iure seruandis, quæ enumeranc Capit. *decis. 50. per totam. Dec. cons. 246. numer. 7. Bertrand. cons. 190. num. 4. & 7. vol. 3. & cons. 254. volum. 6.*
3 *eod. vol.* At † si nolens ipsa filii tutelam assumere, infra annum à morte viri, non curauit de tutore illi prouideri, successione impuberis filii defuncti priuari debet, *dict. leg. sciant. C. de legit. hered. §. fin. inst. de senatuscons. Tertul. vbi late Aret. & Dec. dict. c. ex parte M. in 6. Alex. cons. 185. num. 10. volum. 6. cum multis ibi additis, Paris. cons. 41. numer. 56. volum. 2.* Et est communis, sicut fere omnes præcitati cõfirmant.
4 Tertio † licet pro tutrice se gerat, & de facto vtiliter administret, quia tamen id munus legitime facit, pœnas à iure indictas contra matrem tutorem non petentem non euadit, *Glos. per illum tex. in dict. l. 2. §. si mater in verbo nec legitime. ff. ad Tertul. quam ibi sequitur Bart. & Bald. in l. precibus num. 18. Cod. de impuber. & aliis substit. Sal. in leg. sciant. num. 2. Cod. de legit. hered. Dec. d. c. ex parte M. nume. 5. de appell. Curt. Sen. cons. 66. num. 16. Gozad. cons. 17. num. 5. NeuiZan. Sylua nuptiali libr. 2. ampliat. 4.* vbi ponit ampliationes, & limitationes *ad d. l. sciant.* Miousque excusatur si
5 patruus † vel alius vtiliter administrasset, *Paris. cons. 86. num. 19. & seq. volum. 1. & cons. 85. num. 21. vol. 2.*
6 Excusatur autem † mater & à successione filii propter noo petitum ipsi tutorem, non repellitur multis ex causis, quas enumerat Glos. *in leg. matres. C. ad Senat. consul. Tertull. & ibi Salic. & alii.* & quas fusissime recenset Neuizanus *in loco supra citato nu. 53. ad quem recurre, & ad Hostien. tit. de delict. puerorum, §. illud.* vbi decem casus ponunt, in quibus excusatur.

7 Quarto † ad secundas nuptias mater transeundo noo petito tutore, & non reddita ratione administratiooís successione filii priuatur. *l. omnem. C. ad Tertul. Auth. eisdem pœnis. Cod. de secund. nupt. Soc. cons. 39. num. 11. volum. 1. Dec. cons. 246. num. 7. plene Io. de Garronibus in dicta auth. eisdem pœnis. in 3. not.*

8 Quinto † maritus tenetur pro debito vxoris per eam contracto ex mala tutelæ administratione, antequam ad secunda vota traosiret, *l. si mater. cum concord. adductis per Glos. ibi, in verbo obnoxia. C. in quib. caus. pign. vel hyp. tac. contrahatur. vbi Bald. & Sal. Soc. cons. 180. num. 2. volum. 2. Boer. decis. 200. num. 1. parte prima. Ioannes de Garronibus in rubr. C. de secundis nupt. 28. pœna,* quod procedat io matre legitima tutrice, & facit Dec. *cons. 391. per totum, & maxime numer. 4.*

9 Sexto † si quis scire cupiat an vidua inhoneste viuens patiatur pœnas secundo nubentium & an priuetur dote, videat Paul. de Castr. *cons. 142. per totum vol. 2.* Neuizanum *in silua nuptiali lib. 2. nume. 42.* vbi copiose scribit, & tenet partem affirmatiuam, quod priuetur dote, & exceptione stupri possint se tueri hæredes mariti, & dotem sibi retinere. Cõtrariam opinionem late tenet Aym. *cons. 105. nu. 24. volum. 2. Io. de Garronibus repetit. dicta Auth. eisdem pœnis num. 18. Cod. de secund. nupt. cum distinctione quam*
10 *ibi tradit.* Sed quid † si pater testatus decedens penes substitutum, puerum educari iusserit. Dic quod licet tex. *in leg. 1. ff. vbi pupill. educ. debeat*, disponat quod nonnunquam à voluntate patris recedit Prætor, noo tamen illi necessitatem imponit, sed iudicantis discretioni arbitrioque committit, quasi quod eo ipso quod est substitutus ooo reddatur suspectus, vt insidietur vitæ pueri, sed tunc demum cum rationabiles suspitionis causæ subsistunt, in dubio vero voluntatem patris, si alia in contrarium non concurrant iudex sequi debet, & mandare pupillum educari penes substitutum, cuius fides, & integritas patri nota, ab eo approbata ceosetur, vt melius cæteris firmat Bal. *in leg. 2. ff. vbi pub. educ. deb.* & ante eum ibidem Alberic. vbi inquit regulare esse, quod voluntas patris seruetur & cootraria sunt specialia, ad idem Bald. *cons. 487. volum. 5. Soci. cons. 193. volum. 2. Corn. cons. 198. num. 2. vol. 1. Paris. cons. 56. colum. 1. vbi plene volum. 1. Idem Paris. in additione satis copiosa ad Bart. in l. 2. C. vbi pupill. educ. deb.* Ego vero de facili causas suspitionis admitterem, nisi esset siogularis, non communis integritas substituti, prout etiam considerant Paris. & alii de quibus supra. Quoniam sensus & cogitatio humaui cordis in malum prona sunt ab adolescẽtia sua *Genesis cap. 8. circa finem.* Neque substitutus, huius tentationis periculo facile se subiiciat, quoniam qui amat periculum peribit in illo. *Ecclesiastici cap. 3. circa finem.*

S V M M A R I A.

1. *Lucrum statuti marito defertur etiam in bonis fideicom. subiectis nomine dotis ipsi assignatis.*
2. *Consignatio de bonis fideicom. subiectis nomine dotis facta non tenet in excessu congruæ dotis.*
3. *Filia commode nubere non valens, totum fideicommissum pro dote tradere potest.*
4. *Maxime nullis ex testatore stantibus masculis.*
5. *Dos congrua dicitur quæ legitimæ æquiualet.*
6. *Imo dos congrua dicitur secundum circumstantias hic descriptas.*
7. *Vtraque concordatur opinio.*
8. *Circumstantiæ sex dotis congruæ.*
9. *Mariti, & vxoris dignitas inspicienda.*
10. *Consuetudo patriæ præualet consuetudini patrisfamilias.*
11. *Dos puellæ stupratæ datur secundũ consuetudinem regionis.*
12. *Mariti dignitas multum attendenda.*

e

13 Ar-

13 *Arbitrio videl. boni viri.*
14 *Mulier minor restituitur aduersus immo de ratam do-
tem propter lucrum dotale.*

QVÆSTIO CXXIIII.

1 MAritus † qui partem dotis lucratur ex for-
ma statuti, vel pacti, lucrum facit partis
quoq; bonorum fideicom. subiectorũ, q̃ ipsi no-
mine dotis consignata fuere, & residuum q̃ mari-
to non quæritur remanet penes heredes mulieris,
illaq; portio q̃ lucratur maritus, ipsi acquiritur ad
perpetuã exclusionẽ fideicommissarii, *Odofred. Al-
ber. & Ang per illum tex. in l. cum mulier, §. cum propo-
neretur. ff. ad Trebell. Cyn. in auth. res quæ. vers. 3. quæri-
tur. C. cõmunia de leg. & Bal. ibidem n. 14. Paul. de Castr.
n. 5. Ias. n. 32. Corn. col. 2. vers. nota ergo vbi communis. Bal.
cons. 327. vol 4.* Ruin. *cons. 200. n. 6. vol. 1.* omnes ita te-
nere affirmans, probaturq; ex tex. *d. §. cum propone-*
2 *retur*, ibi *quare dicendum est dotem decedere.* Non †
obstat si dicatur id procedere, quando mulier de
bonis fideicom. se ipsam congruenter dotauerit,
alias si dolose versata sit, & in euersionẽ fideicõ-
missi plus q̃ par erat, viro suo dederit, excessus cõ-
gruæ dotis venire debet in restitutionem fideicõ-
missi, quemadmodũ supra relati tenent, & præser-
tim Ang. *d. §. cum proponeretur in finalibus verbis, &
Paris. cons. 81. n. 49. vol. 2.* Resp. contrariũ admittẽdo,
sed quando alias cõmode nubere non possit, licet
3 filiæ nedum fideicommissi partem, sed totũ ipsum
pro dote tradere, *Bal. in d. auth. res quæ n. 4.* & ibi ante
eũ Odofr. ab aliis non relatus, & tenent quoq; ibi-
dem Paul. de Castr. *n. 5. Ias. nu. 32. Soc. in reg. & fallen-
tiis, in verbo alienare prohibitus, Boer. decis. 120. n. 10. parte
1.* & nullis existentibus ex testatore liberis masculis
q̃ id magis fieri possit, veluit Alex. *cons. 7. n. 5. vol. 2.
& cons. 69. vol. 1. cũ concord. ibi additũ, Albert. Brun. tract.*
4 *4. statut. fœminas excludentium art. 9. q. 1. in princ. n. 5.* Vt
autem sciri possit an filia excesserit modũ congruę
dotis, necesse est scire quæ sit congrua dos, qua in
re varii varia sentiunt, & nedum diuersæ, sed inui-
cẽ aduersæ sunt opiniones, nihilominus duæ sunt
5 principales sententiæ aliis omissis de quibus per
Alex. *in l. etiam. ff. solut. matr.* Quarum prima est q̃
dos congrua dicitur, q̃ non sit minor legitima, eo
quod dos loco legitimæ succedit, diciturq; minu-
scula portio, idcirco secundum legitimam regula-
ri, & ei cõmensurari dotis congruitas detur, *Soc. in
l. hæredes mei §. cum ita n. 32. ff. de Trebell* dicens Pe-
rusinos modernos hanc opinionẽ pro canonizata
habere, & secundum eam sæpius consuluisse, & ita
alias obtentum fuisse in magna causa in ciuitate
Florentiæ, in qua totius Italiæ Doctores consulu-
erunt, idemque tenet Alex. *cons. 69. num 2. cum con-
cord. in additione traditis. volum. primo. & late Dec. con-
silio 180. num. 2. Grammat. decis. 57. num. 19. & sequen. &
numero quarto. & decis. 101. numero 20. Albert. Brun. dict.
tract. statutum fœminas exclud. articulo 9. quæstione
prima. numero 5. & 6. Aym. consilio 11. numero 15. & ple-
nius consilio 236.* & ita communiter teneri confir-
mant omnes præallegati, & in filia maritata dotis
congruæ supplementum petente, quod dos con-
grua, non possit esse minor legitima, firmat Affl.
decis. 160. vbi sæpius ita iudicatum fuisse in sacro
consilio refert.
6 Alia † est opinio quod dos congrua regulari
non debeat ad modum legitimæ, sed magis eam
congruam esse quam patitur quantitas patrimo-
nii, numerus liberorum, dignitas personarum,
consuetudo Regionis, atque familiæ dotantis, ita
vt diuersimode congrua iudicari debeat, & quan-
doque maior, quandoque minor legitima, prout
diuersitas casuum, & personarum exigit, quam o-
pinionem firmat Bal. nouell. *tract. de dote. parte 6.
speciali 17. circa finem. Soc. consilio 288. numero 17. cum
pluribus seq. volumine secundo.* adducens exemplum
de Laurentio Medices, qui in bonis habens tre-
centummillia florenorum, si vnicam filiam ha-
beret non esset dicendum congruam illius do-
tem esse florenorum centum millium, quam re-
ges vix constituunt, & eandem opinionem fuse
admodum comprobat Ruin. *consilio 27. numero 10.
cum pluribus seq. volumine 3. & consilio 56. numero 11.
& seq. eod. volum.* vbi dixit ista est communis opi-
nio, quamuis quidam dicant contrariam esse ma-
gis communem, & non bene, & sunt eiusdem
quoque sententiæ, *Curt. Sen. consilio 27. numero 31.
Paris. consilio 81. numero 49. vol. 2. Maria. Soc. Iun. consilio
83 numero 9. volum. 3. & eidem sententiæ adhæret Affl.
dict. decis. 160.* qui in non maritata ad legitimam se
non arctat, in nupta secus esse tenet, & hanc opi-
nionem veriorem esse dicit Albert. Brun. *in loco
proxime citato.*
7 Vtraque † vero opinio sic conciliari posse vi-
detur, vt prior sententia, quod dos non possit esse
minor legitima procedat in dubio, & alio in con-
trarium non docto. At vero constito de circum-
stantiis, de quibus supra, secunda verior sit opi-
nio; quod dos diuersimode taxari, & arbitrari
debeat, quandoque maior, quandoque minor le-
gitima portione, prout personarum dignitas, pa-
trimonii quantitas, liberorum numerus, patriæ
mos, ac familiæ postulat, vt tenet Corn. *consi-
lio 48. numero 25. volum. 2. & consilio 115. numero quinto.
volum. 3. & magis aperte consilio 107. numero 12. volum. 2.
Albert. Brun. vbi supra num. 6. Ruin. consilio 60. numer. 2.
volum. 3. Maria. Soci. Iun. cons. 79. numer. 45. volum. 3.
Aym. dict. consilio 236. num. 3.*
8 Circumstantiæ † vero in arbitranda congrua
dote considerandæ quinque ponuntur à scriben-
tibus supra relatis, quas supra recensui, Gram-
mat. vero *decis. 101. numero 27. in fin.* refert Afflictum
super constitutione Neapolitana incipiente, ali-
quibus ponere sex requisita, vt dos congrua dica-
9 tur. Et sciendum † est in dignitate personarum
inspicienda, considerandam esse personam vxoris
atque mariti, & soceri, *l. quæro. ff. de iur. dot. & leg.
cum post. §. gener. ff. eod. Roma. cons. 314. in fine. Curt. Sen.
dict. consilio 27. numero 31. Affl. dicta decis. 160. num. pri-
mo. Maria. Soc. Iun. d. consilio 83. numer. 9. volum. 3. Paris.
dict. consil. 81. numer. 49. volum. 2. Bal. nouell. vbi supra.*
10 Est etiam aduertendum † quod generalis consue-
tudo patriæ in arbitranda congrua dote conside-
rari debet, potius quam consuetudo patrisfami-
lias, secundũ Bal. *cons. 386. incipiente viso puncto vol. 4.*

vbi inquit, non quantum pater dederit, sed quãtum ratio dictat ponderandum esse, sequitur Grammat. *dict. dec. 101. num. 52. Paris. cons. 161. num. 77. volum. 2. Et faciunt not. in cap. primo. de adult. & stupr.*
11 vbi dos à stupratorẽ puellæ consignanda diuersimode moderari debet secundum consuetudinem regionis, & confirmant ibidem Card. Butr. Abb. & Io. de Anania, Maritique dignitas multum est
12 inspicienda, adeoque † si mulieris conditione inspecta dos excessiua foret, secundum vero qualitatẽ mariti condecens esset, non ideo incongrua dici debet, quia non inconuenit, vt mulier sit opulẽter dotata, vt maritum nobiliorem inueniat, per quem decoretur, *Ruin. d. cons. 60. num. 10. volum. 3.* quicquid in contrarium dixerit Paris. *cons. 63. nu-*
13 *mer. 55. volum. 2.* Id † tamen verum esse putarem arbitrio boni viri, ne fraudibus daretur occasio, *arg. l. in fundo. ff. de rei vendic.* Hæc enim obscuræ conditionis mulieri, maritum de numero nobiliorum quærere conueniret, admitterem tamen meliorẽ suã conditionem aliqua ex parte, nubendo facere posse, etenim:

Est modus in rebus sunt certi deniq; fines,
Quos vltra citraq; nequit consistere rectum.

idque probari videtur ex tex. in d. leg. quæro. ff. de iur. dot. ibi ex dignitate mulieris maritique modus statuẽdus est quem ratio patitur. Ad modum igitur rationabilem hoc limitandum est, neq; essent laxiores habenæ mulieri dimittendæ, neq; nimis restringendæ, sed vt ratio patitur illi concedendæ.
14 Postremo sciendum † est, quod mulier minor aduersus immoderatam dotem ab eo constitutam, restitui potest, & ea mortua hæres ipsius eandem restitutionem in integrum obtinere posset ad diminutionem lucri dotalis viro delati, *leg. prima. vbi Glos. & scribentes. C. si aduersus dotem, Rom. d. cons. 314. num. 3. Goz. ad. consil. 33. num. 22. vbi communiter ita teneri referunt.*

S V M M A R I A.

1 *Fructus fideicom. debentur, qui tempore mortis testatoris extabant.*
2 *Et, qui tempore mortis testatoris solo cohærebant.*
3 *Imo etiam sati, & nondum nati fideicommissario cedunt.*
4 *Fructus qui tempore mortis hæredis solo hærent ad fideicommissarium pertinent.*
5 *Fructus à solo separati ad hæredem pertinent.*
6 *Fructus medio tempore percepti in Trebellianicam imputantur ab hærede extraneo.*
7 *Hæres de dolo, & lata culpa tenetur, si bonis hæreditariis abutatur.*
8 *Inuentarium facere tenetur hæres grauatus, atque satisdare.*
9 *Fructus naturales si ante litem contestatam bona fide consumpti sunt, pretium restituit possessor si extant ipsi restituuntur.*
10 *Fructus industriales si ante litem contestatam consumpti sunt, possessor illos non restituit, si extant officio iudicis debentur.*
11 *Fructus post litem contestatam percepti, siue naturales, siue sint industriales restituuntur et si consumpti sint illorum redditur pretium.*

QVÆSTIO CXXV.

1 TEstatore sine filiis defuncto venit dies & casus fideicommissi, oritur dubitatio de fructibus hæreditariis. Dic quod fructus à solo separati, in hæreditate mortis testatoris tempore existentes, eueniente fideicommissi casu, fideicommissario restituendi sunt, si extant, sin autem eorum æstimatio, & quidem consumptorum æstimatio detur secundum tempus mortis testatoris, non aũt quanti plurimi fuerint, quia fructus extãtes dicuntur pars hæreditarii. Ideo vna cum ea fideicommissario debẽtur, nec eos hæres lucri facit, *l. centurio. in final. verbis. ff. de vulg. & pupill. vbi Alex. n. 39 & seq. Ias. n. 14. Ripa nu. 39. & alii plures quos refert Gallaula in repet. eiusdem legis n. 107. Alex. & Ripa post cæteros in l. in fideicommissariam. ff. ad sen. consult. Trebell.*
2 si vero sint fructus solo cohærẽtes tempore mortis testatoris, & ii quoq; fideicommissario debent, siue maturi sint & proximi recollectui, siue sint immaturi, vt est tex. iuncta Glos. *in l. lege Falcidia placuit. ff. ad l. Falcid. Alex. d. l. centurio n. 40. & d. l. in fideicommissariam nu. 5. & plene Hieronymus Laurentius Auinionens. in repet. d. l. in fideicommissariam n. 21. & seq.*
3 & est † communis vt ibi fatentur, Ripa & Hieronimus præd. Imo si fructus tẽpore mortis testatoris essent sati, & nondũ nati, nihilominus postmodum nati, fideicom. debẽtur eueniente fideicom. casu. *Glos. in d. l. lege Falcidia, & ibi Imol. n. 1. circa mediũ.* & Glossam cõmuniter Doct. sequuntur, vt idem Imol. ait, & idem quoq; refert Ripa *in d. leg. in fideicommissariam nu. 12.* Sin autem relicto hærede testator moritur, & postmodum heres & ipse quoque mortuus est, de fructibus tempore mortis hæredis recolligendis ex bonis fideic. subiectis, dic quod si fructus prædiis cohærent, nec dum ab hærede percepti sunt, ad fideicom. pertinent, licet maior pars anni ante diem fid. cedentem præterierit, cum pro portione anni non diuidantur sed in totum ad fideicommissarium pertineant. *leg. Herennius leg. prima. ff. de vsur. & tenet Glos. magistralis in hac fructuum materia, in leg. in fideicommissi in princ. ff. eodem, quam sequitur Imol. dict. leg. in fideicommissariam numero 3. circa principium ff. ad Trebell. Corn. cons. 158 in fin. volum. 3. Tiraq. tract. de retract. conuentionali §. 5. Glos. 4. in princip.*
5 At † si fructus sunt à solo separati, siue extantes siue consumpti, ante diem fideicommissi cedentem, proculdubio iudicio testatoris, medio tempore perceptos, sibi illos retinet hæres, & præcipuos habet, *Glos. & scribentes in leg. iubemus. Cod. ad sen. consul. Trebell. in dict. leg. in fideicommissariam, & in leg. postulante. §. fin. ff. eod. & alibi sæpe.*
6 Fructusque † medio tempore perceptos extraneus hæres sibi computat in eo, quod sibi à testatore debetur, & residuum in quartam trebellianicam, quoniam cum debito testatoris, & quarta Trebellianica in toto vel in parte compensatur. *l. quod de bonis §. quod autem. vbi glos. iuncto text. ff. ad leg. falcid* & ita tenent ibi Alber. Paul. & Alex. idemq; voluit Glos. magna *circa medium, d. l. in fideicommissariam & ibidem Ripa num. 19. & 35 & Hieronymus præcitatus in repet. num. 36.*

Quo

7 Quo † vero ad bona mobilia hereditaria vſu & attritione conſumpta, reſponde hæredem de dolo & lata culpa teneri, idcirco ſi bona dilapidauerit, & eis ſit abuſus, tenetur fideicõmiſſario rationem reddere de illis, & ad intereſſe rerum deterioratarum à fideicom. conueniri poteſt, alias vero ſi bona ſide in eorum vſu ſit verſatus heres de cõſumptione & deterioratione non tenetur, *l. mulier §. ſed et enim. ff. ad trebell. Bal. in l. ſilium quem habentem in finalibus verbis. C. famil. hercíſ.* vbi inuehitur cõtra hæredes bonis hereditariis abutentes *Rip. d. l. centurio n. 40. Alex. conſ. 82. n. 13. vol. 2. Pariſ. conſ. 25. n. 72. volum. 2. Plot. in l. ſi quando n. 595. C. vnde rei.*

8 Prætereaq; hæres fideic. † conditionali grauatus tenetur Inuentarium conficere, atq; etiã ſatiſdare de bonis hæreditariis reſtituendis, eueniente fideicommiſſi caſu, *l. cum tale §. Titius vbi Gloſ. ff. de cond. & demonſtr. & ibi Bart. Alberic. & plenius Paul. Bartolus de Huccio tract. de quarta n. 5. Petrus Iac. in practica, rub. de fideicom. heredit. petit. n. 5.* inquiens quod inſtante fideicom. rerum hæreditariarum recognitio fieri debet, cum deſcriptione qualitatis earũ, & præmiſſa quoque confirmant alii ſupra
9 proxime allegati. Quo † vero ad fructus perceptos ante litem conteſtatam, Aut ſunt naturales bona fide percepti, & conſumpti, & eorum pretium reſtitui debet, quatenus percipiens ſit factus locupletior, quia tantundem de ſuo fuiſſet erogaturus, idque condictione ſine cauſa, *per l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. pet.* Extantes procul dubio reſtitutioni ſubiacent, & à quocunque poſſeſſore vendicari poſſunt, *l. fructus. ff. de vſuris, Alex. in l. Neſennius §. primo. num. 7. de re iudic.* vbi omnes hoc tenere refert Specul. *tit. de fruct. §. 1. num. 1.*

10 Induſtriales ſi † ante litem conteſtatam percepti, & conſumpti ſunt, pro cultura, & cauſa illos lucratur poſſeſſor bonæ fidei in compenſationem culturæ & curæ adhibitæ, quaſi in his titulum oneroſum habeat, ſin autem percepti quidem ſunt & non conſumpti, & tunc licet à domino vendicari non poſſint, tamen officio iudicis reſtitui debent, *Spec. tit. de fruct. §. 1. numero 2. Corn. conſilio 310. numero 18. volum. primo. Alex. in leg. Neſennius. §. 1. numero 7. de re iud. Pariſ. in addit. ad Bart. in leg. ex diuerſo. ff. de rei vendic.* & eſt communis opinio, vt referunt omnes prææallegati.

11 Si † vero fructus tam naturales quã induſtriales poſt litem conteſtatam percipiuntur, tunc omnes conſumpti, vel extantes reſtitui debent officio iudicis actioni deſeruiente, *Specul. dict. tit. de fruct. §. 1. numero 9. §. ſi quis à non domino. inſt. de rerum diuiſ. §. primo. inſt. de offi. iud. l. certum. Cod. de re iudic.* & tradunt magiſtraliter Gloſſæ *in dict. §. primo. de off. iud. in leg. ex diuerſo. ff. de rei vendic. & in cap. grauis de reſtit. ſpol. & comprobant Aret. & Io. de Platea dict. §. ſi quis non à domino, & dict. §. primo. de offic. iud. Alex. conſilio 90. in fine volum. ſecundo Curt. Sen. conſilio 71. numero quinto. & ſeq. Io. Copus tract. de fruct. li. 2. tit. de fruct. ante lit. conteſt.*

SVMMARIA.

1 *Coniugatus alterius vxorem cognoſcens adulterium committit, ſecus in ſoluta de iure ciuili.*
2 *De iure canonico ſolutam vel coniugatam cognoſcens in adulterii crimen incidit.*
3 *Vxor maritum non accuſat de adulterio etiam de iure canonico.*
4 *Sed tantum ad tori ſeparationem agit.*
5 *Adulterij pœna de iure ciuili quæ ſit.*
6 *Quam Iudex ex cauſa minuit.*
7 *Adulterij pœna quæ ſit de iure ciuili.*
8 *Adulterii pœna de iure canonico.*
9 *Iudex eccleſiaſticus competens eſt vbi ad pœnam canonicam agitur.*
10 *Secus quoad pœnam ciuilem.*
11 *An quilibet Iudex eccleſiaſticus & ſecularis in ſuo foro procedat.*

QVÆSTIO CXXVI.

1 COniugatus mulierem † ſolutam carnaliter cognoſcens, in adulterii reatum nõ incidit, at ſi coniugatã cognouerit in adulterii quidẽ crimen incidit, ab vxore tamen propria accuſari nõ poteſt, quãuis maritus vxorẽ adulteram accuſare poſſit, & ſic in crimine adulterii ad imparia iudicantur vir & vxor, quia vxori nõ licet, quod viro licet, *l. 1. C. ad l. Iul. de adult. & ibi not. Alberic. Bal. Ang. & Sal. Soci. conſ. 148. n. 2. vol. 1.* & eſt ratio quia quoad ſolutã ad alterius torum vir non accedit, quoad nuptam, mariti cũ aliena coitus torũ propriæ vxoris non coinquinat, hinc Odofr. ibi dixit, maritus eſt dominus tori, vxor torum non habet, Cyn. vero quẽ Alber. ſequitur ait, ex adulterio vxoris fit viro præiuditium ratione prolis, ex adulterio mariti ipſe ſolus afficitur, & probant Ant. de Butrio, Abb. Imol. & Henric. Boich. *in c. tuæ de procu.* & ad præmiſſa facit Gozad. *conſ. 21. n. 24.* hæc autem de iure ciuili
2 procedunt. At † ſecundum Canones vir alienam mulierem ſolutam vel non cognoſcens, adulterii ſe reũ facit, quia à viro eadem quam ab vxore debetur caſtitas, *c. nemo 32. q. 4.* vbi Archid. & Iohan. à turre cremata, Abb. *in c. tranſmiſſæ n. 5. de eo qui conſang. vxo. ſuæ cogno.* Paul. Grilan. *tract. de pœnis omniſar. coitus il-*
3 *liciti q. 6. num. 14.* Et † quamuis adulterium maritus committat, vxor tamen maritum etiam de iure canonum adulterii crimine accuſare non poteſt ad pœnam legalem criminaliter agendo, Butrius Abb. & Io. de Imol. *in d. c. tua de procurat.* & cõmuniter tenetur ſecundũ Abb. ibi, atq; lex prima *C. de adul.* prohibens vxorem maritum accuſare poſſe canonizata eſt in *c. apud. §. publico. 22. q. 1.* vbi Io. à turre cremata præter rationes ſupra adductas alias duas refert, videlic. quia mulier eſt inualidi conſilii, tum etiam ne mala concupiſcentia vrgente moueatur, à iure viri liberari cupiens.

4 Poteſt † tamen vxor ad tori ſeparationem, & donationis propter nuptias amiſſionem, ac dotis reſtitutionem agere ſeu cum ſoluta ſeu coniugata fornicationem vir commiſerit, quemadmodum vltra prææallegatos plene comprobat Pariſ. *conſilio 54. numero 42. & ſeq. volumine quarto.*

5 Adulterii † vero pœna alia à lege, alia à Canone est indicta, lex enim ciuilis masculum adulterum pœna punit vltimi supplicii, *leg. quamuis la 2. Cod. de adult.* vbi plene Sal. & alii, *Cuma. consilio 154. num. 2. & fere per totum, Alex. cons. 13. num. 3. volum. 7.* qui
6 ambo communem referunt. Potest † tamen Iudex ex causa pœnam minuere, vt tradit Ang. de Arimino *in add. ad Ang. tract. de Malefic. in verbo, che hai adulterato &c. num. 45. & plenius Tiraq. tract. de pœnis temperan. in præfat. num. 16. 18. 19. & seq.* Fœmi-
7 næ † vero adulteræ imponitur pœna, vt verberata detrudatur in monasterium, quando ad pœnam criminaliter agendo proceditur, adulteræque bona monast. applicantur in totum, vel si liberos, aut parentes habeat monasterio, & liberis proportionabiliter, at vero ciuiliter agendo à marito accusata, & de adulterio conuicta dotem perdit, quam maritus lucratur, *Auct. sed hodie. Cod. de adult.* vbi scribentes, & Alex. multos hoc tenentes cumulans, & communem referens *consil. 189. nume. 10. volum 6. Boer. decis. 338. num. 2.*

8 De † iure vero canonico adulterii pœna est quandoque pœnitentia, vt adulteri à peccato desistant, *c. quod autem il 2.* vbi Archid. & Io. de turre cremata *32. quæst. prima.* & tenent infra citandi, *in d. cap. tua,* & firmat Abb. *in cap. cum haberet numero 2. de eo qui duxit in matrim. quam poll. per adult.* Quandoque pœna est excommunicatio, ad quam ex officio episcopus procedit, *c. intelleximus vbi Abb. & cæteri de adult.* Quandoque separatio tori cum dotis siue donationis propter nuptias amissione, ad quam soli coniugati, non vero extranei admittuntur, *Butr. Abb & Imol. in supra alleg. cap. tua. de procur.* de quibus etiam meminit Roman. *sing. 674. incipiente nos sumus*, vbi aliam enumerat pœnam, quod mulieri capilli, & panni ante, & retro scindantur, vere tamen hæc non est pœna canonica, sed localis, vt consuetudinaria, vt refert glos. *in cap. de benedicto 32. quæstione prima.* & præsertim in Francia secundum Boerium *decisione 297. n. 3.* & aliquãdo mittantur adulteri Vesaliam patiuntur ignominiã in quibusdam locis, Abb. *in d. c. cum haberet n. 3.* subdens, quod Iudex ecclesiasticus potest pœnã abscissionis crinium, & pannorum indicere, & ita vel alias punire, & dehonestare, & varia pœnarum genera secundum varios diuersarum gentiũ mores in crimine adulterii refert Tiraq. *de legibus connub. l. 13. per totam.* Iudex vero competens in crimine adulterii erit ecclesiasticus, si ad pœnitentiam, & ad desistendum à peccato agitur vel ad excommunicationem, toriue separationem. *canonist. dict. cap. tua de procur. Rom. dict. singul. 674.* Feder. de Senis *consilio 278.* si vero criminaliter de pœna detrusionis in monasterium quæritur, & tunc quoque Iudex ecclesiasticus erit competens, *Rom. in supra allegato singulari. Felin. in cap. cum sit num. vndecimo. de for. compet. Dec. in c. consuluit in princ. de appell.* & alii plures relati à Nicolao Pignolato *in add. ad Rom. vbi supra* dicente ita communiter teneri contra Io. Andr. contrarium tenentem. Pœna vltimi supplitii adultero imposita à lege ciuili, licet in adultera sit immutata, & in intrusionem monasterii transfusa in adultero tamen sublata, & correcta non reperitur, Glos. quam scribentes ibi sequuntur *in dict. Auth. sed hodie. Cod. de adult. Marsil. consilio 101. numero primo. volum. 2. Imol. in dict. cap. tua numero 13.* Quocirca cum ecclesia pœnam sanguinis non habeat, ecclesiasticus Iudex super hos adiri non potest, sed coram seculari crimen proponendum erit, idcirco quilibet Iudex in suo foro suam pœnam imponet, *Io. Neuiza. in sylua nuptiali libro tertio. numero 21. in fine.* An autem quilibet Iudex tam ecclesiasticus pœnam canonicam, quam secularis legalem imponat, & vterque procedat, vel vna aliam tollat, & vnius præuentio alium impediat, vide Io. de Anania *in cap. peruenit. de adult. & stupro, Bal. in leg. placet. Cod. de sac. sanct. eccles. in fine, & in leg. cunctos populos numer 7. C. de sum. trin. vbi & Paul. numer. 8. & plenissime Caccialup. nu. 26. & seq.*

SVMMARIA.

1 *Adulterii enormitas hic exprimitur.*
2 *Adulterium est cum quis ad coniugatam vel solutam accedit.*
3 *Adulter, an adultera magis peccant.*
4 *Adulterii triplex est species.*

QVÆSTIO CXXVIII.

NOn tamen silentio prætereundam esse censeo grauitatem huius sceleris, quam ponit summa virtutum, & vitiorum, Imo 2. *de luxuria cap. 5.* vbi septem rationibus huius peccati magnitudinem ostendit, inter alia dicens, quod in præceptis decalogi adulterium ponitur post homicidium, quia quodammodo assimulatur homicidio, qui enim alienam vxorem coinquinat, quia vir, & vxor sunt vna caro, virum offendit. Poniturque adulterium in Decalogo ante furtum, quia exuperat furti peccatum, nam qui alterius vxorem maculat, illam viro suo furatur, & quia mulier creatura rationalis est, melior est quacunque terrena substantia, quæ cuiquam aufertur, & idem confirmat S. Thomas 2. *secunda quæstion. 154. articulo tertio. & ibidem quæstione 170. articulo primo.* ait, inter species vitiorum nulla est quæ ita directe contrarietur dilectioni proximi, sicuti adulterium, per quod ideo fit iniuria viro, quoniam ille corporis vxoris potestatem habet, non vxor, imo adulterium maius peccatum est quam stuprum, vt ibidem sanctus Thomas inquit. Neque solum adulterium est, cum vir alterius torum fædat, sed etiam cum ad solutam accedit, quoniam viri fornicatio proprium torum maculat, & suam coinquinat vxorem, *cap. in coniugio 32. quæstione prima.* & per illum textum ita tenet Hostiens. *de adulteriis cap. primo.* Atque si quæratur, quis eorum magis peccat, adulter, an adultera, responderi potest, quod vno respectu plus peccat vir adulterium committens, quam vxor in adulterium cadens. Quia ad virum pertinet virtute vincere, & exemplo regere fœminas, quippe caput mulieris est vir, quamobrem melius debet

viuere

viuere quam mulier, *c. penultimo & vltim. 30. quæstione 6.* Scolastici vero Doc. *in quarto. distinctione 35.* inquiunt, quod debitis pensatis circumstantiis plus peccat mulier adulterando, propter incertitudinem prolis, tum quia maior infamia oritur, tam viro, quam mulieri ex eius adulterio, tum etiam quia maiorem viro subiectionem debet, hinc sanctus Bonauent. *dicta distinctione 35. dubio 2.* dixit quod viri, & mulieris adulterium se habent tanquam excedentia, & excessa, & Theologi quoque idem probant, vt sanctus Thom. *2. secunda. quæstione 154. articulo 8.* vbi Caiet. sanctus Antoninus *parte secunda. tit. 4. 1. 3.* qui ponit triplicem Adulterii speciem, nempe simplex Adulterium, quod est quando alter est coniugatus, alter non, interdum duplex est Adulterium, cum vterque est coniugatus. Quandoque cum adulterio est alias species luxuriæ, vt si sit alter coniugatus & altera sit virgo vel consanguinea vel monialis, quo casu cum adulterio concurrit stuprum vel incestus vel sacrilegium.

SVMMARIA.

1 *Contractus minoris nullus redditur ob solemnitates iuris communis omissas.*
2 *Forma à statuto tradita dicitur substantialis.*
3 *Et ad vnguem seruari debet.*
4 *Contractus minoris nullus ratificatur silentio quinquennii, post perfectam ætatem.*
5 *Ratificatio huiusmodi valet vti nouus contractus.*
6 *Et ipso iure inducitur.*
7 *Quinquennium currit etiam contra hæredem minoris.*
8 *A die scientiæ.*
9 *Ignoranti nullitatem contractus nunquam currit.*
10 *Etsi curreret restitutio concederetur.*
11 *Nisi scientia præsumpta concurreret.*
12 *Scientia præsumitur ex pluribus.*
13 *Iuramentum minoris supplet defectum nullitatis.*
14 *Etsi nullitas esset ex solemnitate municipali omissa.*
15 *Minor curatorem habens, siue de hoc sit interrogatus, siue non iuramento ligatur.*
16 *Iuramento minoris etiam hæres illius obligatur.*
17 *Contractus minoris nullus si sit ei vtilis non reprobatur.*
18 *Contractus ecclesiæ nullus, & illi vtilis sustinetur.*
19 *Statutum dans formam contrahendi vsque ad annos decem & octo postea habilitat eum pro maiore 25.*
20 *Argumentum à contrario sensu ex mente statuti sumitur.*
21 *Prohibita ad tempus admittuntur.*
22 *Argumentum à contrario sensu non procedit ad correctionem iuris communis.*
23 *Argumentum à contrario sensu procedit in statutis, quia dicitur textus statuti.*
24 *Vel etiam ne statutum reddatur superfluum.*
25 *Neque de validitate huius statuti dubitandum quod in multis Italiæ locis editum est.*

QVÆSTIO CXXVIII.

1 AN minoris contractus nullus, aliquo sustineatur, dicendum videtur quod non, quoniam contractus
à minore initus non subsistente legitima contrahendi causa, atque decreto Iudicis, & Curatoris
auctoritate, aliisque requisitis in alienatione rerum minorum omissis, à iure reprobatur, *l. non puto. §. non passim ff. de reb. eorum qui sub tut. l. ob æs C. de præd. miner. l. si Curatorem habens, vbi plene Alex. C. de in integ. restit. miner. Cern. cons. 36. in princ. vol. 2. & cons. 207. n. 2. vol. 3. Ruin. cons. 117. n. 22. vol. 3.* Pariterque improbatur
2 contractus omissa † forma à statuto præfixa, quæ in dubio censetur esse substantialis, *Felin. in c. cum dilecta n. 6. de rescript. Dec. cons. 221. n. 4. circa finem.* max. quando in statuto adest clausula annullatiua actus, *Felin. vbi supra ampliatione 10. Paris. cons. 19. nu. 187. vol. 2.*
3 Formaque † à statuto tradita ad vnguem seruari debet, alias contractus est ipso iure nullus, nempe forma dat esse, & perfectionem rei, *d. c. cum dilecta, vbi late Felin. de rescript. Tiraq. in l. si vnquam in verbo re-*
4 *uertatur n. 67. C. de reuoc. donat.* In † contrarium est veritas, quoniam nullitatis contractus vitium atque defectus, multipliciter tollitur atque purgatur, & primo si contractus à minore nulliter gestus in ætate maiore silentio quinquennii sit tacite ratificatus, contractus enim qui ab initio non tenuit conualescit tacita ratihabitione superueniente, *l. 1. C. si maior fact. ratum hab. libr. 2. & l. fin. Cod. si maior fact. lib. 1.* & vtrobique notant Bart. Bal. Angel. & Sal. Alex. *cons. 117. num. 2. volum. 5. Curt. Iun. cons. 50.*
5 *per totum, Paris. cons. 133. num. 29. volum. 1.* Quæ † tacita ratihabitio, vt ex nunc suum effectum, & vti nouus contractus operatur *Dec. l. quæ ab initio in fin. & l. semper qui non prohibet num. 16. ff. de reg. iur. Aret. cons. 128. numer. 3. Paris. dict. consilio 33. num. 31. volum. primo.*
6 Atque ratificatio causata à † silentio quinquennali, à lege ipso iure inducitur absque facto hominis, *Dec. consilio 33. numero 30. in fine Aret. dicto consilio 128. numero primo. Paris. consilio 33. numero 33. volum. primo.* eo quod qui patitur labi tempus intra quod ius sibi competit, suo iuri renunciare videtur, *Bald. in leg. prima. numero tertio. Cod. de in integ. rest. vbi plene Alex. Bart. in leg. bonorum, vbi & Alex. ff. rem rat. hab. Dyn. in c. ratihabitionem. colum. secunda. in fine. vbi additio de reg. iur. in sexto.* & multi quoque concordantes signantur in addit. ad Rom. *sing. 489.*
Et † quinquennium nedum venit minori post
7 perfectam ætatem sed etiam heredi minoris defuncti, *dict. leg. fin. Cod. si maior fact. libro quinto.* vbi hoc notant Bal. & Salic. Idem Bal. *consilio 184. numero tertio. volumine 2. Paris. consilio 16. numero 36. volum. 1.* & communiter secundum eum tenetur, sicut etiam quælibet præscriptio legalis, quæ cum defuncto inchoata fuit, currit hæredi etiam minori *leg. 1. Cod. si aduer. vsucapio. plene Balb. tract. præscript. 1. parte vltimæ partis num. 35.*
8 Quod vtique † quinquennium currit hæredi minoris à die scientiæ, quemadmodum etiam quadriennium minori læso indultum, ita quod tempus quinquennii atque quadriennii in sui initio est vtile, in processu, & cursu continuum, *Glos. in leg. fin. vbi Bal. & Salic. Cod. de temp. in integ. rest. pet.*

Paul.de Castr.in l.fin.C.de dolo Alex.cons.89.nu.10 vol.2.
Ruin.cons.139.n.6.vol.2.& his plenius Franc. Balbus
tract.prescript.in 4.parte 4.partis principalis q.29. n.10.
9 Idcirco † si quis per centum annos staret, & pro-
babiliter ignoraret nullitatem actus, sibi ipso iure
tẽpus non labitur, *Bal.in l.falsam n.3. C.si ex fals.instr.*
Alex.cons.4.n.19.in fin.vol.2.Aret.cons.15.circa finem.Pa-
ris.in addit. ad Bart.in d.l.fin. C. de temp.in integ.restit.
10 *peten.* Et † quatenus ignoranti tempus curreret,
restituendus foret ex clausula generali *si qua mihi*
iusta causa esse videbitur, ad tradita per Alex. d. cons. 89.
11 *vol.2.& per Boer.decis.112.vbi communis.parte 1.* Verũ †
ignorantia debetur esse probabilis,& iusta, nam si
contraria præsumptio scientiæ militaret,nõ vtiq;
præsumpta ignorantia iuuaret, *Aym.cons.8.n.9.vol.1.*
12 Scientia † vero arguitur ex coniunctione sangui-
nis,*l.Octau.ff.vnde cognat.*&ex cõtinua habitatione,
l.consensus.C.de repud.cũ multis aliis, quæ adducit Ruin.
cons.50.n.17.vol.1. ponens exemplũ in filio qui præ-
sumitur notitiam habuisse gestorũ à patre,& in v-
xore de gestis à marito, idem Ruin. *cons.168. nu.7.*
vol.1.Paris.cons.23.n.218.vol.1.Aym.cons.151. nu.24.vol.1.
Quin etiam sola vicinitas sufficeret, *Corn.cons.156.*
n.6.vol.3.Ruin.cons.173.nu.12.vol. 4. Itidemque scien-
tia præsumitur in eo ꝙ publice notum est cunctis,
siue maiori parti hominum loci, *Glos. in l. fin. de de-*
cret.ab ordin.facien.Glos.fin.in leg.si tutor.C.de peric.tu-
tor.Paris.cons.71.n.26.vol.2. confirmat quoque præ-
13 missa omnia Barbatia *cons.5.col.2.vol.4.* Secundo †
iuramentum minoris validat contractum nullum
ob decretum iudicis, auctoritatem Curatoris, &
alia requisita omissa secundum opinionem Mar-
tini glossatoris communiter approbatã, *in auth.sa-*
cramenta puberum.vbi Ias.Carn. Curt.& alii.C.si aduers.
vend.c.cum contingat, vbi canonistæ de iure iurãdo,
& ita practicat vniuersus mundus, inquit Sal. *dict.*
auth.sacramenta puberum,idque procedit, siue con-
tractus vnicum tantum patitur nullitatis defectũ,
siue plures, *Dec.cons.414.in fin. Marius Soc.Iun.cons.32.*
*n.18 vol.3.*vbi plene,siue sit nullus de iure commu-
ni,siue de iure speciali, siue contra, siue præter le-
gem iuramento contractus firmatur, *Soc.cons.77.n.*
*12.vol.1.*secundum communem vt ipse ait canoni-
starũ opinionem, *& cons.125.n.6.vol.1.* & licet pleri-
que antiquorum narrauerint, hodie tamen hæc
est communis opinio, vt refert idem Soc.Iun. *cons.*
147.n.10.vol.1.Paris.cons.96.n.101.vol.1. Ruin cons.200.n.
14 *8.vol.3.*Contractusq; † minoris iuratus etiã omissa
solemnitate iuris municipalis iuramento firma-
tur siue statutum prohibeat personam minoris, si-
ue rem, siue contractum, reprobata distinctione
Bart.*in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.* vt supra distinguẽ-
tis, cuius opinio communiter damnatur. *Alex.cons.*
27.nu.5.& seq.vol.primo.& cons.125.n.10.eo. vol. & ple-
nissime Ias.in d.auth.sacramenta puberum n.50.& seq.vbi
communis. Et præmissa procedunt, tametsi statutũ
iuramentum directo probaret, vel etiam per indi-
rectum, vt quia præsumitur iuramentum dolo vel
metu extortum, statutum namque laicorum de
iuramento tamquam de re speciali disponere non
valet, *in leg. omnes populi, & cæteri ibi sequuntur. ff. de*
iust.& iure, Alex.cons.59.nu.4.vol.primo. Ruin. cons.135.
in princ.vol.1.vbi communis, & plenius Ruin. cons.105 vol.
4.referens magis communem. Et si à sede apostolica
statutorum approbatio facta foret, attamen sta-
tutum de iuramento ponens non comprehendit
in generali confirmatione. *Alex.dict.cons.59. nu.8. &*
seq.vol.primo.Grat.cons.41.nu.14.vol.primo.Ruin. consil.
100.nu.8.vol.3.& melius dict. cons.103. vol. 4 & pulchre
Aret.cons.8.per totum, qui loquitur de confirmatio-
ne à summo Pontifice facta, cum clausula, dum-
modo non sint contra libertatem ecclesiasticam,
15 prout de ea meminit *Alex.d.cons.59.* Et de † adulto
curatorem habente siue interrogatus fuerit an
curatorẽ haberet, & falso responderit, se non ha-
bere siue de hoc interrogatus non fuerit, ꝙ con-
tractus illius iuratus sustineatur, *tenet Cyn. d. auth.*
sacramenta puberum.n.8.Io.de Imol.d.cap. cum cõtingat
*n.63.*Communiter Doctores ita tenere referens, &
reprobans Salicetum, qui in d.auth. contrarium
tenuit, & confirmat Aym.*cons.7.in fin.volum.1.Paris.*
16 *cons.16.nu.88.& seq. vol.2.* Quemadmodum † vero
minor iuramento obligatur, ita eius hæres. Nam
etsi iuramentum sit personale, quoad reatũ periu-
rii, quoad contractus obseruantiam est ad hęredes
transitorium, *Glos.in c.quamuis de pactis in 6.*quẽ post
alios probat ibi Francus *nu.13.* communem affir-
mans, maxime quando contrahens iurauit pro se,
& hæredibus, *Affl.decis.381. n.8. Paris.d.cons.16.nu.128.*
*vol.2.Marius Soc.Iun cons.60 nu.25.vol.3.*exemplificans
per quas clausulas pro hæredibus iuratum intelli-
17 gatur. Tertio minor † qui omissis solemnitatibus
iuris communis vel municipalis contrahendo nõ
læditur, sed commodum minori cõtractus affert,
seu verosimiliter afferre potest ex capite nullitatis
impugnari non potest, *vt est tex.& ibi not. Bald.&*
Sal.in l neque.C.de contrah. & commit. stipul. cum mul-
tis ibi additis ad Bart.& tenet Rom.cons.316 n.5.& cons.
*453.n.1.*nempe meliorem suam conditionem citra
solemnitates minor facere potest, deteriorem ve-
ro nequaquam, & firmat Parit.*d.cons.16.n 97. vol 2.*
vbi septem similibus id comprobat, & dixit Bald.
cons.45. vol.2. quod contractus nullus fauore mi-
noris, si alias est iustus, & celebratus bona fide su-
18 stinetur. Quemadmodũ etiam † contractus eccle-
siæ nullus, si ecclesiæ sit vtilis sustinetur, Abb. &
plenius Felin.*in c.cum causam n.3.de sent.& re iud. &*
plene Veronens.in l.eum qui à n.26. vsq; in finem. ff. de v-
sucap.pro empt. declarans hoc procedere in contra-
ctu, quem constat vtilem esse, secus in dubio, &
Tiraq. *de legib.connub.Glos.8 num.65.76.& 85.* omni-
19 bus pro vtraque relatis ita residet. Quarto † lex
municipalis huius ciuitatis certam formam adhi-
beri iubet in contractibus minorum vsque ad 18.
annum, proinde sequitur quod maior 18. anno
habetur pro maiore 25. eo quod ad tẽpus annorũ
18. ætas legitima limitata est, *Bald. in auth. si captiui*
num.4.C de episc.& cler.Paul. de Castr. in l. omnes nu.9.
C.de iis qui veniam ætat.impetr. & in leg. ea quæ nume.4.
20 *C.de tempor.in integ.restit.peten.* Et † si statutum mi-
norem obligat solemnitatibus, de quibus in eo
vsque ad annos decem & octo, ergo à contrario
sensu post annum 18. solemnitates ei relaxat, arg.
enim à contrario sensu secundum mentem legis

vel

vel ſtatuti eſſe dicitur, *gl. in l. qui teſtam §. mulier. ff. de*
21 *teſtam. Bal. in l. conuenticula. C. de epiſ. & cler.* Accedit†
quod prohibita ad tempus, poſt tempus cenſentur
eſſe conceſſa, & è contra, *l. imperator. ff. de poſtul. l. ſtatu liberum §. ſtichum. ff. de leg. 2.*

22 Nec obſtat, quod argumẽtum à contrario ſenſu in ſtatutorum interpretatione non ſumitur ad iuris communis correctionem *Bar. & alii in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. Iaſ. in l. 1. §. huius rei. n. 47. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. Alex. conſ. 17. n. 2. vol. 2. Pariſ. conſ. 85. n. 12. vol. 2.* Non etiam obſtare videtur *d. l. imperator*, quod prohibita ad tempus, poſt tempus dicũtur eſſe permiſſa, cum & id ipſum quoque à cõtrario ſenſu procedat, *ſecundum Bal. in l. obſeruare §. profi-*
23 *ciſci n. 5. ff. de off. proconſ. & leg.* Reſp. quod † argumẽ-
tum à contrario ſenſu neceſſariũ eſt, ex natura verborũ limitatorũ, idcirca locũ habet in ſtatutis, q̃a videtur eſſe tex. ſtatuti, alias limitatio tẽporis nihil operaretur, ꝙ eſſet abſurdũ, *Bal. d. §. proficiſci. Iaſ. in l.*
24 *ſi ita quis 2. notabili ff. de vulg. & pup.* Quodq; † argu-
mentũ à contrario ſenſu ſumi poſſit ad correctionẽ iuris communis, ne ſtatutũ ſit ſuperfluũ, plene confirmant Tiraq. *de retr. conſang. §. 16. gl. 1. in fine, Berous in c. quoniam Abb. n. 94. de off. & pot. iud. deleg. Ruin. conſ. 225. n. 2. vol. 1. Gozzad. conſ. 81. n. 7.* omnes ita tenere referens. Non obſtat ꝙ idem Bal. *in l. 1. C. de inutil. ſtip.* ſequutus Iacobum de Beluiſio, & probat Alex. *conſ. 17. n. 3. vol. 2.* tenuit, ꝙ ſtatutũ mandãs certas ſolemnitates interuenire in contractib. minorũ decem & octo annis, non facit idoneum maiorẽ 18. perinde ac ſi eſſet maior vigeſimo quinto, q̃ia ſtatutũ editum fuit ad infringendũ, & diminuendũ contractum, ideo contrariũ operari nõ debet, ꝓut etiã conſuluit Paul. de Caſt. *conſ. 106. n. 1. & 2. vol. 2.* Reſpondetur ꝙ Iacobi de Beluiſio vera eſt ſentẽtia, quãdo à decẽ & octo annis infra, ſtatutũ addit ſolẽnitates ſolemnitatib. iuris cõmunis, & ita facultatẽ contrahendi reſtringit atq; minuit, ſtatutũ vero Ariminenſe, ſub rub. de contractib. minorũ, minuit ſolemnitates iuris communis, etſi contractũ ampliat, & facultatẽ contrahendi vberiorẽ
25 facit, ceſſat igitur ratio Iac. de Beluiſio. Neq; de va-
liditate ſtatuti diſpẽſantis, ſuper ætate eſt hæſitandũ, q̃uis tex. *in l. omnes C. de his qui ven. ætat. impet.* decidat ſolũ principẽ hoc ſtatuere, q̃a reſpõſio habeẽ ex his, q̃ adducit Sal. *in d. l. omnes n. 2. Dec. in c. ex par. l. vlt. de app.* & in pleriſque Italiæ locis hoc ſtatutum viget, vt in ciuitate Florentiæ ꝓut refert Paul. de Caſt. *d. l. omnes. Dec. d. c. ex par.* & in ciuitate Mediolani. *Signor. de Homedeis conſ. 161.* & in ciuitate Piſtorii, *ſecundũ Sal. in d. l. omnes*, quibus concordat lex lombarda, q̃ diſponit, ꝙ legitima ſit ætas in anno 18. *Bal. in auth. ſi captiui n. 4. C. de epiſ. & cler. Alb. d. l. omnes, & l. fin. C. eod. allegans legem pen. de prohib. alie. minoris in Lõbardia.* quocirca iis medijs, vel altero eo. ũ p̃textu nullitatis contractus minoris impugnari nõ valet.

S V M M A R I A.

1 *Reſtitutio in integrum minori conceditur ex tribus hic relatis.*
2 *Minor qui contrahendo vtitur iure communi ſi læditur non reſtituitur.*
3 *Neque ob damnum fatale reſtitutio ipſi datur.*
4 *Principium non finem ſpectandum eſſe.*
5 *Reſtitutio denegatur ſi ad lucrum, & damnum contractus ſe poteſt habere.*
6 *Quadriennij lapſus poſt decem & octo annos minorem excludit.*
7 *Quadriennium currit heredi minoris, ab adita hereditate.*
8 *Dolus non præſumitur ex qualitate perſonæ cum minore contrahentis.*
9 *Et ex præſentia propinquorum ipſius minoris.*
10 *Et quando veroſimilis cauſa non concurrit.*
11 *Et quando palam, & publice agitur.*
12 *Iuramentum minoris reſtitutionẽ in integrum tollit, contra infra n. 17.*
13 *Maxime quando certioratus fuit.*
14 *Sed etſi certioratus non foret.*
15 *Dolus præſumptus & dolus verus non æquiparantur vt iuramentum elidatur.*
16 *Dolus verus probatur inditiis manifeſtis.*
17 *Minor læſus contractum reſcindit quamuis iuratum ſecundum communem.*
18 *Dolus ex propoſito, & dolus re ipſa æquiparantur.*
19 *In materia iuramenti vix veritas poteſt haberi.*

QVÆSTIO CXXVIII.

1 TRia requiruntur vt reſtitutionẽ in integrum minor obtinere poſſit, minor ætas, dolus aduerſarii ſiue minoris facilitas, atque minoris contrahentis læſio, *Bart. Iaſ. & cæteri in l. nam & poſtea §. ſi minor. ff. de iure iur. Ale. tr. præſumpt. p. 1. præſumpt. 42. Nicolaus Bellon. conſ. 17. n. 16.* nec libellus ſuſtinetur in quo patitur contractum reſcindi ex capite læſionis, niſi addatur dolo aduerſarii vel facilitate minoris ſecundum ſupra relatos.

2 Verum hoc † non procedere multipliciter declaratur, & primo quando minor contrahendo vtitur iure communi, & facit id quod diligens paterfamilias feciſſet, nam ſi læditur in integrum nõ reſtituitur, *l. fin. C. de in integ. reſt. & l. nihil conſenſui §. 1. ff. de reg. iur. Coru. conſ. 135. n. 6. vol. 2.*

3 Secundo † loco aduerſus damnum, quod occaſione fati accidit, reſtitutio non datur, *l. verum §. ſciendum. ff. de minor.* per quem text. Bald. ibi inquit, aduerſus caſum, & fortunam reſtitutionem non concedi, quia non defectus conſilii fuit cauſa damni, ſed caſus ipſe, idque procedit vt ibidem Alb. ait, quando præſens ſtatus veroſimiliter ad caſum futurum non tendit, & concordant Paul. de Caſtr. & Alex. *in d. l. fin. C. de reſt. in integrum Pariſ. in add. ad Bart. in l. nam & poſtea §. ſi minor. ff. de iureiurando*, & idem dixit Odofred. *in eadem l. fin.* ſi minor diceret, Deus percuſſit me, volo reſtitui, non eſt audiend⁹, & facit Alber. *in l. etſi ſine §. quæſitum n. 4. circa medium ff. de minor.*

4 Tertio † rei geſtæ principium non vero exitum inſpicere debemus ad iudicandum actum vtilem vel damnoſum, *l. Pomponius l. ſecunda, Digeſt. de negot. geſt.* & ita tenet ibi Bart. Bald. & reliqui, & præſertim Bald. exempla ponens, quibus concordat Calcan. *conſ. 96. per totum, & facit Iaſon in l. ſi is qui pro emptore. n. 355. ff. de vſucap.* quod principium

ſpectandum eſt,& non finis,quando finis non tra-
hit oeceſſariam conſequentiam à principio,& q a
eſt materia brocardica, an & quando principium
ſeu finis ſit ſpectandus recurreodum eſt ad Euer-
ardum *in centuria locorum legalium, loco à virtute finis.*

5 Quarto † quando aliquid ſe habet ad lucrum &
damnũ,ſi damnum cõtingat, oon propterea lædi
quis dicitur,etiam ſi minor ſit,qoia non ſuccur-
rit minori,quando ex accidenti læditur, ſed tunc
tantum quando ex ipſo cõtractu,Paul.Alex.&Iaſ.
poſt cæteros ſcribentes,*& in l.fideic.per illum tex.&*
*alia iura ibi relata.C.de tranſ.Curt.ſen.conſ.vlt.n.*3.& i-
dem Curt.*in d.l.de fideic.*dixit,oõ exeat tex.iſte me-
moriam tuam,quia ſingularis, ex quo ootatur ꝙ
ratione dubij euentus nõ poteſt læſio allegari,nec
in integrum concedi,&ſequuntur exemplũ,quod
Paul.ibi tradit de emente pro certo pretio ab ec-
cleſia annuos redditus pro tempore vitæ ipſi-
us,quod ex quo primo anno emptor mori potuiſ-
ſet,contractus non improbatur,ſi longo tempore
poſtmodũ emptor ſupervixerit.Concordat Aym.
*conſ.*142.*n.8.& 28.& melius conſ.114.n.13.& ſeq.vol.1.*
Nempe quaodo minor ex conuentione damoum
ſeotit,quæ ad lucrum,& damnum ſe poterat ha-
bere compenſatio ſit cum vtilitate, quam conſe-
qui poterat,ſi rei euentus aliter contigiſſet, *Corn.*
conſ.15.n.9.vol.4.Aym.conſ.151.n.7.vol.1.plene Tiraq.in l.
*ſi vnquam in gl donatione largitus.n.*128.*C.de reuoc.don.*
vbi multos com legentes, tum conſulentes citat.

6 Quioto † ſi decurſum eſt quadriennium poſt deci-
mum octauum aonum, quo ſtatutum Ariminenſe
pro maiore habet eum,qui decimum octauum ex-
pleuerit annum, tunc audiri minor neqoaquam
debet reſtitutionẽ in integrum poſtulans, quic-
q d dixerit gl.iuncto tex. *in l.ea q̃.in fine principij C.de*
temp.in integr.reſt.pet. quæ ait quod veniam ætatis
ex reſcripto principis impetrans, ſi contrahendo
læditur,in integrum reſtituitur,eriam lapſo qua-
driennio,vſque ad annum 25.vbi Cyo.dixit, ma-
ior factus oaturaliter & maior factus ciuiliter æq-
parantur,iocurſu temporis quantum ad initium,
ſed differunt quantum ad prolixiorẽ curſum hæc
vtique vera ſint,quando per reſcriptum principis
ſuper ætate ſit diſpenſatio , ſecus quando à lege
municipali breuiori tempore legitimæ ætatis ſit
moderatio,tunc enim non competit io integrum
reſtitutio poſt quadriẽnium lapſum vltra ætatem
à ſtatuto moderatam, quæ per omnia reputatur
legitima ætas,*Bal.in auth.ſi captiui.nu.4.C.de epiſc.&*
cler.Paul.de Caſt.in l.omnes n.9.C.de his qui ven.ætat.im-
pet. & in l.ea quæ,num. 4.*Cod. de temp.in integr.reſtit.*
peten.

7 Sexto † læſio allegari non poſſet à minoris hæ-
rede,quia maior,qui minori ſuccedit, quadrien-
nium habet ſtatim à die hereditatis aditæ,nec ha-
bet tempora minoris ætatis ſui prædeceſſoris, *d.l.*
ea quæ.§.cum vero maior, iuncta gl.fin. C. de temp. in in-
*teg.reſt.petit.*vbi Bal.Sal.& reliqui,qnoniam vt ibi-
dem Alb.dixit,& probat Affl.*deciſ.211.n.*3.Benefi-
cium reſtitutionis io integrum ad hæredem tran-
ſit,ſed minor ætas defuncti cum ſit ius mere per-
8 ſooale,non tranſit io ſucceſſorem.Septimo † do-
lus contrahentis cum minore allegari oequit ex
qualitate perſonæ ipſius cootrahentis, ſi ſit pro-
batæ opinionis & vitæ,quem veriſimile ſit à frau-
de & dolo alienum extitiſſe,nam in præſumendo
dolo multum operatur qualitas exercentis actum,
Rom.conſ.54.n.6.Aym.conſ.2 32.n.8.vol.2. Octauo
9 † doli ſuſpitio ceſſat ex præſentia propinquorum
& amicorum,*Dec.conſ.232.n.4.Aym.d.conſ.282.nu.9.*
vol.2.Pariſ.conſ.96.n.42.volum.1. Cootractus enim
in quo præſentia coniunctorum, minoris inter-
veoerit dicitur factus bona fide, *Bartol. in l.frater à*
fratre ff.de cond. ind.Iaſ.ibi in 2.lectura n.42. Curt. Iun.
conſ.27.n.9.Curt.ſen.pulch.conſ.43.n.13. vbi communis.

10 Nono † ceſſat quoque doli ſuſpitio quando
veriſimilis cauſa noo ſubeſt, & lucrandi animus
non ad eſt,*Aym.conſ.8.n.13.& 19.vol.1.*

11 Decimo † noo etiam dolus præſumitur in his,
quæ publice & palam fiunt, *Fel.in c.ſicut.in princ.de*
*reſcriptis.*vbi regulam ponit,& fallentias,*Pariſ.conſ.*
52.n.31.vol.4.

12 Vndecimo, † & vltimo videtur dicendum,
quod reſtitutio in integrum denegatur ob religi-
onem iurameoti à minore in contractu adhibiti,
quod minorem repræſeotat maiorem , & ad ob-
ſeruationem illius obligat,ob periculum ſalutis ę-
ternæ,quæ diſpendio rerum temporalium prępo-
nitur,*Alex.conſ.42.vol.1.Soc.conſ.115.n.6.vol.1.Dec.con.*
31.n.3.Curt.ſen.conſ.43.col.1. vbi plene, & alii quos
adducit Pariſ.*conſ.96.n.53.vol.1.Aym conſ.*114.*n.* 9.*&*
*conſ.*188.*n* 3.*vol.1.* qui loquitur de minore iurante
non contrauenire contractui ratione miooris æ-
tatis,vel alia quacumque ratione vel cauſa. Et eo
13 quidem magis,quaodo mioor in ſpecię certiora-
tus fuit de beneficio reſtitutionis in integrum, *Ti-*
raqu. infinitos propemodum allegans in d.l.ſi vnquam in
præfatione n.151.C.de reuoc.donat: plures referens qui
14 atteſtantur commuoem hanc eſſe opinionem.Sed
etſi certioratus non foret, idem dicendum eſſet,
quia ſimpliciter iuraodo cenſetur io genere cogi-
taſſe de omni beneficio ſibi competenti, nam ſuf-
ficit ſuper facto iuratum , quia iuramentum ex-
tenditur ad omne ius , quod deſcendit ex illo fa-
cto,*Imol.in l.ſciendum ff. de verb. obl.*diceos quod cõ-
munis obſeruantia hanc approbat opinionem,*A-*
lex.conſ.27.nu. 2.vol 1.& ſuſius comprobat conſ.127.n.6.
vol.1.Tiraq.d.l.ſi vnquam in præfatione num. 135.Iaſ.in d.
auth. ſacramenta puberum n. 54. vbi communis.plene A-
lex.in d.l.ſciendum & pleniſſime Iaſ.ibidem , ait,quod
hodiernis temporibus hæc eſt magis communis,
quamois olim communis eſſet in contrarium.
15 Neque † iuramenti vires eneruat præſumptus do-
lus,ſed dolus verus , qui ex propoſito appellatur
interuenire debet,quia à pari noo procedunt do-
lus re ipſa,& dolus ex propoſito ad effectũ reſcin-
deodi contractum iuratum,& verus dolus articu-
lari,& probari debet, vt iuramento contraueniri
poſſit,*Alex.conſ.42.& plerią; alii ibi in add. allegati,vol.*
1.Curt.ſen.conſ.43.n.39.Bertr.conſ.127.nu.3.vol.1.Pariſ.
*conſ.96.n.60.& ſeq.vol.1.*qui omnes magis commu-
nem hanc opinionem eſſe referunt.Veruſque do-
lus

lus probatur ex persuasionibus, quibus minor ad cõtrahendum fuit induct⁹, hæ enim persuasiones loco compulsionis habentur, Aym. qui plures cõcordantes allegat *cons.192.n.17. vol. 1.* & mendacia dolum ex proposito probant, *Curt.sen.cons.48. Rip. resp.4.n.10.in fin de don. Plot.in rep.l.si quando n.813.circa medium C.vnde vi.* dicens quod dolus verus probatur inditiis manifestis, dolus autem præsumpt⁹ dicitur quando extant leuia, & noo multum vrgentia inditia. Contrariam sententiam, quod mi-
17 nor læsus contractui contrauenire possit iuramento non obstante, quam plures alii teneot dicentes, quod iuramentum iniquitatis vinculum esse non debet, nec obligat vltra consensum iurãtis, qui deesse creditur data enormi læsione, tum etiam quia tres sunt iuramenti comites, veritas, iuditium, atque iustitia, & dolus arguitur ex læsione enormi, qui à pari procedit, cum dolo ex proposito atque enormis læsio videtur à iuramento excepta, etiam si iuratum esset, quacumque ratione vel causa his & aliis quoque rationibus motus, plene firmat hoc Decius *cons.180.nu.4. vol.1.* dicens quod liquido patet istam esse communem opinionem, à qua consulendo, & iudicando non est recedendum, & quam tenent plures qui numero & pondere superant alios, qui contrarium tenent, & late confirmat Ripa *d.resp.4.de don.* affirmans, & ipse hanc esse communem, & veram opinionem, & etiam benigniorem ad mitigandum rigorem *d. auth.sacramenta puberum*, quam Henricus septimus, vt Alb. ibi refert, abrogare statueret, quia ni-
18 mis & minoribus pernitiosa. Dolusque re † ipsa, & ex proposito à pari procedunt, & operantur rescissionem contractus iurati, ita quod absolutione à iuramento perita minori enormiter seu enormissime læso succurritur, *vt tenet Fel. in c. in præsentia n.8. in fine de probat. & plures alii in add. ad Alex. citati cons.42.n 6.vol.1. Curt. Inn.cons.141. fere per totum. Dec.cons.180. Paris.cons.20.col.pen.vol.1. & cons.75.n.19. vol.3. Maria.Soc.Iun.cons.129.n.40.vol.1. & cons.147.nu. 40.vol.3. Ruin.cons 170.vol.1. & cons.60.volum.3.* qui omnes affirmant hanc magis communem opinionem esse, quin etiam enormissima læsione interueniente in toto, vel saltem vltra dimidiam in magno excessu arguitur dolus ex proposito, vt sæpe consulendo firmat Aym. & præsertim *cons.197.n.3. & cons.282.n.8.vol.2.*

19 Quare † non immerito concludendum arbitror veritatem in hac materia iuramenti vix haberi posse, & dixit Soc. *in supra allegato cons.115. num.7. vol.1.* quod solemnes viri rem permaxime dubiam reddunt propter doctorum opiniones, & Dec. quoque *d.cons.180.n.3.* inquit, quod doctores vario modo loquuntur, & quæ sit verior opinio non facile perscrutari potest, *Ruin.cons.170.n. 5.in fine, vol. 1.* ait quod materia est periculosa, & ambigua, propter varias doctorum opiniones, tu quam velis sequere, prout conscientiæ tuæ stimulatus Deo adiuuante tibi dictauerit iuxta facti contingentiam recto iudicio ruminatam.

SVMMARIA.

1 *Verba generalia ad complacentia prolata non obligant, fallit vt infra n.5.*
2 *Verbum nolo iunctum verbo præsentis temporis disponit & obligat.*
3 *Donatio inter coniuges requirit traditionem.*
4 *Possessio rei sine vitio confirmat donationem inter coniuges.*
5 *Verba generalia animo deliberato prolata disponunt & obligant.*
6 *Animi deliberatio colligitur ex reiteratione verborum.*
7 *Ac etiam ex vniformitate, & perseuerantia sermonis.*
8 *Promissio ad obligandum sine causa non valet.*
9 *Donatio in dubio non præsumitur.*
10 *Donatio inter coniuges de facili præsumitur vel quando non est alius titulus.*
11 *Donatio fit tam verbo dono, quam alio æquipollenti.*
12 *Donatio vsusfructus inter coniuges substinetur.*
13 *Donatio de annua quantitate non requirit insinuationem.*
14 *Exceptio petitorii in continenti probanda admittitur in interdicto quorum bonorum.*
15 *Probatio incontinenti quando fieri posse dicatur secundum diuersas opiniones.*
16 *Probatio incontinenti facienda relinquitur arbitrio iudicis.*

QVÆSTIO CXXX.

DOpo la morte mia voglio che mio marito sig. della robba mia fin che viue; Non videntur hæc verba inducere donationem per text. *in c. cum venisset, & ibi Abb. Imol. & alii de inst. & est tex. in l.*
1 *fin. & quod ibi doctores ff. de hæred. inst.* vbi † habetur quod verba generalia quasi per modum liberalitatis, vulgo consuete prolata, non disponunt, neque obligant proferentem, sed magis ad complacentiã & causa iactantiæ prolata censentur, vt late scribit Ias. *in l. ita stipulatus la grande n.5 ff. de verb. obl. Fel. qui multa exempla adducit in c. cum iur. n.2. de hom. & in indiuiduo Corn. cons.129. per totum vol.3.* de qnodam qui dixerat *voglio che siano patroni, & sig. della roba mia.* Idemque in simili casu consulit idem Corn. *cons. 149. per duas columnas. vol.2.* Ad idemque facit Maria. Soc. Iun. *cons.197. per totum vol.2.* & in materia
2 tribit quoque Ruin. *cons.15. vol.2.* In † cootrarium quod præmissa verba dispositiua & obligatoria sint, donationemque inducant, facit quod in contractibus verbum *volo*, iunctum verbo *præsentis temporis*, vel verbo *infinitiui modi*, respicienti actum, in quo consensus duorum interuenire debet, disponit & obligat, antecedente cõsensu vtriusque partis, in actu, qui à sola voluntate partium dependet, nec aliquis actus facti interuenire debet, vt si dico volo rem istam tibi tanti vendere, & tu dicis, & ego eam tanti emere volo, tunc emptio quæ solo consensu contrahitur perfici dicitur, *l. in vendendis*

vbi

vbi gl. C. de contrah. empt. & vend. quam ibi ſequun-
tur Bal. Sal. Paul. & alii, Bar. in l. ſerui electione in princ.
ff. de leg. 1. & poſt eum reliqui ſcribentes, & præſer-
tim Ripa, regulam vnā cum fallentiis ponens, Bar.
in l. cunctos populos C. de ſum. trin. & fid. Cath. vbi Iaſ. n.
24. Dec. conſ. 16. n. 2. vol. 2. Soc. conſ. 86. n. 4. & 6. vol. 3. qui
ait doctrinam Bart. eſſe ab omnibus approbatam,
præcipue quando verbum, volo, tendit ad execu-
tionem diſpoſitionis, magiſque ad ſuſpenſionem,
Iaſ. d. l. ſerui electione n. 21. & 24. & ibidem Ripa n. 18. &
maxime quādo verbum volo iungitur infinitiuo,
ſignificanti eſſentiam, quia tunc diſponit ſtatim,
cum eſſentia ſit in voluntate diſponentis, abſque
alio facto extrinſeco, idem Iaſ. d. l. ſerui electione n. 22
3 Et † licet donatio inter coniuges requirat traditi-
onem, vt ea morte confirmari poſſit, l. Papinianus.
ff. de don. inter virum & vxorem, Pariſ. conſ. 128. n. 6. vol. 1.
4 ſi tamen † res donata penes donatarium reperta ſit
ſine vitio, huiuſmodi poſſeſſio validat donationē
inter coniuges, traditionem requirentem, Pariſ.
conſ. 127. n. 35. vol. 1. & plenius conſ. 123. n. 25. eod. volu. &
conſ. 90. n. 18. vol. 3. & in ſimili Bart. in l. legatum. l. 1. ff. de
leg. 2. Affl. deciſ. 275. n. 5.

Quodque ex verbis ab vxore ſæpius, vt ſupra
prolatis ſit inducta donatio inter viuos, ſentit
Corn. conſ. 223. vol. 1. & clarius firmat Pariſ. conſ. 89. n.
12. cum ſeq. vol. 3. & conſ. 127. n. 40. cum ſeq. volu. 1. Aym.
conſ. 139. per totum. vol. 1.

5 Non obſtat, qnod verba ſuperius relata, viden-
tur ad complacentiam emiſſa, hoc enim non pro-
cedit quando verba prnferens deliberato animo
illa protulerit, Fel. d. c. cum iuramentum de homic. Alex.
in l. ita ſtipulatus. la grande n. 8. ff. de verb. obl. & Pariſ. in
conſiliis præallegatis.

6 Et animi † deliberatio deprehenditur ex reite-
ratione ipſorum verborum ab vxore prolatorum
diuerſis locis, & temporibus, & corā diuerſis per-
ſonis, & præcipue nocte præcedente diem mortis,
nam ſermo duplicatus plenam deliberationem o-
ſtendit inquit Ant. de Butrio in c. & ſi Chriſtus in 2.
not. & ſequitur ibi Imol. n. 2. de iureiur. gloſſ. finalis in c. ſi
quis iratus 2. q. 13. quam ibi Ioannes à Turre crema-
ta probat, Fel. in c. ſi cautio n. 39. de fid. inſtr. Ant. Cor-
ſettus tract. de verbis geminatis nn. 7. & plenius num 20.
7 Comprobatur † ex vniformitate ſermonis ab ea
prolati, & perſeuerantia in eo vſque ad ſupremum
vitæ exitum, nam quoties de iis erat ſermo ſemper
eadem verba ſaltem in ſenſu emiſit, & ex vnifor-
mitate, & perſeuerantia deliberatio demonſtra-
tur, Soc. conſ. 86. n. 4. & n. 7. vol. 3. ſentit Maria. Soc. Iun.
d. conſ. 179. n. 49.

Præterea quod ſerio, & non ad complacenti-
am verba de quibus ſupra protulerit, ex eo depre-
henditur, quod ex cauſa ad ita diſponendū mota
fuit. Primo inquiens quod ſummopere doleret ſi
poſt eius mortem vir ipſius pateretur, qni ex nau-
fragio effect⁹ erat fere nō ſoluendo. Secūdo ratio-
nem adducebat, quia mater eius & ſoror non in-
digebant & diuites erant. Mulier igitur futuram
mariti paupertatem præuidens, diuitiaſque ma-
tris & ſororis animaduertens, donare viro ſuo vn-
8 lnit, idq; in ſimili comprobatur. Promiſſio ad ob-
ligandum ſine cauſa emiſſa non valet, quia præſu-
mitur indiſcreta, at ſi promiſſio fiat cauſa expreſſa
obligat tamquam deliberata, l. cum de indebito ff. de
proba. l. nuda ratio. ff. de don. c. ſi cautio. vbi plene Felin. de
fid. inſtr. Sal. poſt Bal. & cæteros in l. generaliter C. de non
num. pecun. Alex. conſ. 37. n. 7. vol. 3. & plenius conſ. 13. n. 2.
& 3. vol. 1. Cauſæ igitur expreſſio deliberatum mu-
lieris propnſitum arguit. Nec obſtāt conſilia præ-
allegata in contrarium adducta, diuerſa enim eſt
9 in illis quæſtio ab eo quod hic agitur. Non etiam
obſtat ſi dicatur, quod in dubio donatio non præ-
ſumitur, ſed potius error, vel etiam fatuitas, d. l. cū
de indebito ff. de prob. gl. & ſcribentes in l. qua dotis ff. ſol.
matr. cum multis relatis à Tiraq. in l. ſi vnquam gl. donati-
10 one largitus n. 206. C. de reu. don. Reſpondetur † quod
inter coniuges de facili donatio præſumitur, Alex.
d. l. qua dotis n. 18. Rurſus quando præſumptio alte-
rius tituli non ſubeſt, donatio præſumitur per eā
quæ copioſe admodum cumulat Tiraq. vbi ſup. nu.
207. Non inſuper obſtat ſi obiiciatur, quod mulier
vſa non fuit verbo, dono, nam donatio fieri poteſt
11 tam per verbum, dono, quam alio æquipollenti, vt
ſi dicatur concedo quod idem in dubio importat,
quod dono, Abb. in c. venerabilis n. 11. de except. Bart. in
l. vxori §. fi. ff. de leg. 3. vbi Alex. in add. concordantes ad-
ducit, & multo plures in l. ſi donatione n. 17. C. de coll. vel
ſi dicatur ſua ſunt, hæc enim verba ab vxore erga
maritum præſentem prolata donationem effici-
unt, Sal. in l. etiam per illum tex. n. 3. C. de don. cauſ. mort.
& verbum, dederit, ad donationem inter viuos per-
tinet, Tiraq. in d. l. ſi vnquam gl. ſuſceperit. n. 265. circa fi-
nem. & alia plura verba donationem inferentia,
quando coniecturæ conueniunt, vt ſi donatarius
ſit pauper vel coniunctus, atq; res donata ſit mo-
dica vel donatarii merita præceſſerint, enumerat
Fel. in d. c. ſi cautio num. 5. de fid. inſtr. & comprobatur ex
relatis à Pariſio, Aymone, & Alex. præallegatis. Non ob-
ſtat quoque ſi opponatur, quod donatio intec
coniuges prohibita ſit, l. 1. ff. de don. inter virum & v-
xorem.

12 Reſpondetur † quod conſtante matrimonio
donatio vſufructus inter cōiuges fieri poteſt, Barb.
conſ. 12 vol. 1. Curt. conſ. 6. & 7. feudalium Boer. conſ. 44.
Non obſtat præterea, quod donatio excedēs ſum-
mam quingentorum aureorum requirit inſinua-
13 tionem, l. ſi quis argentum. C. de don. Quoniam † do-
natio de annua quantitate ad vitam donatarii non
requirit inſinuationem, cum forte vnius anni ſpa-
tio finiat, ita per illum textum tenent Bald. Salic.
& Ang.

14 Poſtremo † defunctæ mulieris mater, & ſoror
obtinere nequeunt in interdicto quorum bono-
rum intentato ad bona, quorum vſusfructus eius
viro donatus præfertur, tametſi enim exceptio-
nes petitorium concernentes regulariter non ad-
mittantur in interdicto præfato, attamen quādo
probatio offertur in continenti exceptio recipi-
tur, nec debet actor in poſſeſſorio obtinere, cum
de non iure eius conſtare poſſit per probationes
incontinenti faciendas, Gl. in l. 2. C. de edic. diui Adr.
toll.

toll. quam ibi scribentes probant, & gloss. per illum tex. *in l. si is à quo ff. vt in possess. legat. seu fideicom & not. in l. naturaliter. §. nihil commune, vbi omnes. ff. de acq. possess. Rip. in l. 1. nu. 12. ff. quorum bonorum. Anch. cons. 145. Corn. cons. 232. col. fin. volu. 4. Dec. cons. 424. & est communis secundum Ripam in d. l. 1. d. §. nihil commune. n. 10.*

15 Et probatio † fieri dicitur in continenti, quando fit in actu se tenenti antequam diuertatur ad alia, alii quod infra triduum, verius est, quod relinquitur arbitrio iudicis ex quo, non est à lege correctũ, verba formalia Odofr. *in d. l. 2. C. de edict. diu. Adr. toll.* quem ad vnguem tacito authore retulit ibidem Bald. qui in hoc furti notari potest, & concordat Ant. de Canario *tr. de execut. instrum. q. 9.* vbi dicit, quod exceptio incontinenti probãda dicitur, quę momento probari potest, forsan per aliud publicum instrumentum, Bartol. vero *in l. 4. §. condemnatum ff. de re iud.* & alibi quoque, & sequitur Gozza.
16 alios adducens *con. 10. n. 24.* alterius † fuit opinionis, quod arbitrio iudicis commissum est quando ꝓbatio incontinenti fieri dicatur, considerata qualitate causæ & personarum, & aliis huiusmodi occurrentibus, sicut post Odofr. & Bal. probant Sal. & Alex. *d. l. 2. C. de edic. diu Adr. toll. Inn. in c. veniens el 2 de testib.* dixit, quod relinquitur arbitrio boni viri, vsque ad octo dies vel forte plures, vt pars testes requirat, sed non de vltra montes, quam Abb. ibi sequitur, & alii quoque quos refert ibidem Fel. *in 6. concl. n. 15. & in c. exceptionem n. 36. de except* dicens in *c. veniens* communem hanc opinionem esse, & in practica seruandam, Atque si infra breuem dilationem arbitrio iudicis moderandam probatio fieri possit, probatio prõpta dicitur, & in continenti facienda, nec enim cum sacco paratus excipiens venire debet, *secundum Alb. & Sal. in d. l. 2. C. de edict. diu. Adr. toll. & est tex. idem probans in c. literas. de rest. spol. vbi Ant. de Butr. Abb. & Anan. hoc not. & tenet Rom. cons. 244. pro euidentia. in fine.* Ex quibus pro marito respondendum censeo.

SVMMARIA.

1 *Arbitrii vel arbitramenti via cognoscitur ex modo procedendi.*

2 *Compromißi instantiam coram arbitris triennio durat.*

3 *Quæ post triennium reuocatur.*

4 *Instantia non datur coram arbitratoribus, & ideo eorũ authoritas perpetuo durat.*

5 *Compromissum necessarium post tempus renouatur voluntarium expirat.*

6 *Arbitrium vel arbitramentum ab initio voluntarium, posteaque necessarium.*

7 *Scientia compromißi non inducit consensum, nisi concurrant præsumptiones.*

8 *Arbitrator de congruo non debet ex actis laudare.*

9 *Arbitrator etiam diebus feriatis in honorem Dei procedit.*

QVÆSTIO CXXXI.

1 ARbitri atq; arbitratores arbitrii, vel arbitramẽti viam ad libitum eligere possunt, & vtrã viam elegerint ex modo procedendi depræhẽditur, *l. si societatem §. arbitrorum. ff. pro socio. c. quintauallis. & ibi tureiur. plene Blanc. tr. de compromis. quæst. 1. num. 29.*

2 Proinde † si iudicialiter procedendo arbitrii viam secuti sunt, compromissi instantia triennio durat ad instar iudiciorum, quorum triennii spatio via concluditur, *auth. si qui. C. de temp. appel. l. properandum. C. de iud. Boer. dec. 283. n. 4.* vbi ex mente Martini de fano deciditur à die litis contestatę ad triennium vsque compromissum protrahi, quando simpliciter sine die ac termino à partibus præfixo factum apparet.

3 Hæc † tamen eorum anthoritas lapso triennio finem habet, immo renouata ex eisdem vel nouis actis instantia finiri litibus imponere necesse habent, *Felyn. in c. venerabilis num. 22. de iud. Roman. in l. si quis arbitratu num. 19. & sequent. de verbor. oblig.* Ioannes Baptista Perusinus *tract. de arbitr. lib. 13. cap. 2. in principio. Blanc. d. tract. de compromissis, quæst. 7. num. 36. Boer. vbi supra proxime num. 7.* perpetuo igitur, id est, vsque ad triginta annos protrahitur potestas ipsorum, vt Ioannes Baptista Perusinus proxime relatus declarat.

4 At † si arbitramenti viam eligentes iuris ordine prætermisso processerunt, cum coram arbitratoribus non sit iuditium, ideo nec instantia, proptereaque illorũ potestas perpetuo manet, donec laudatum fuerit, licet Bartolus *in d. l. si quis arbitratu. quem plerique sequuntur*, tenuerit, arbitratorum potestatem anno terminari, verior tamen contra Bartolum opinio, quod perpetuo duret, postquam partes limites compromisso non præscripserunt, quibus est imputandum, cur id non fecerint, & si causam expedire differunt, adito iudice, poterunt partes obtinere, arbitratoribus terminum præfigi ad expediendum causam ipsam, *Imol. d. l. si quis arbitratu numer. 4. quem Alex. Iason & alii sequuntur, Aret. in §. pretium numer. 10. inst. de empt. & vendit. Boer. dicta decis. ducentesima octuagesima tertia, num. 8. Balb. tr. de præscript. vltima parte quartæ partis principalis q. 34.* & est communiter opinio recepta, sicuti referunt Ias. & Balb. Ioannes Baptista Perusinus.

5 Sin autem † compromisso terminis sit præscriptus, si quidem à iure municipali, mandante inter coniunctos causas compromitti, certoque termino finiri, tunc transacto statutario tempore denuo partes compromittere tenentur, donec causa expediatur, vtpote quod necessarium sit compromissum.

. At si voluntarium sit, vt quia nullo iure cogente ad id partes processerint, tunc lapso termino arbitratoribus à partibus assignato expirat potestas illorum, ita vt partes denuo compromittere non compellantur, *Alexand. in l. velut numero septimo. post Bald. ibi ff. de edendo. Dec. in c. tua nobis numer. 5. in fine. de appellat. Blanc. d. tract. de compromissis quæst. 7. num. 41. Maranta in suo speculo. 2. parte principali 2. actu. num. 4.*

6 Sed quid † si electorum alter onus sibi iniunctum

ctum ſubire renuat, dic quod etſi ab initio officium illorum ſit voluntarium ex poſt facto, tamen eſt neceſſarium, ita equidem vt cauſas in ſe compromiſſas ad debitum finem perducere teneantur, nec poſt ſuſceptum compromiſſum illud recuſare poſſunt, *l.3.§.tametſi vbi Bart.ff.de arbitris, Bal Sal.& Paul.in l fin.C.de contrah.empt.& vend.late Alex. in l.1.ff.de leg.2.& plenius proſequitur Ioan. Bapetſta Peruſinus d.tract.de arb.lib.5.cap.3. & communiter ſecundum Alex.& Peruſinum tenetur.*

7 An autem † compromiſſi ſcientiam habentes illud acceptaſſe cenſeantur, dic quod non præſumuntur compromiſſo acquicuiſſe, quia ſcientia, & taciturnitas etiam præſentium, non inducit conſenſum in ſubeundo onere, ſicuti eſt arbitrium, vel arbitramentum, niſi cum ſcientia, & taciturnitate, concurrat actus præſumptiuus acceptationis, vt ſi coram eiſde cauſa cognoſci paſſi ſunt, vel ſi literas à partibus compromiſſum ſignificantibus acceptaſſent, vel inſtrumentum per quod ſibi de compromiſſo innotuit, recepiſſent, vel ſi cum taciturnitate concurrat ſanguinis coniunctio, *Rom.in l.quæ dotis.n.17.ff.ſol.matr.vbi Alex. & Iaſ idem Alex.in add.ad Bart.d.l.3.§.tametſi ff.de arb. & plene Peruſinus in loco prox.citato, Lanfr.tract. de arb.in*
8 *princ.n.19.in fine.* Et qui † alienas controuerſias in ſe ſuſcipiunt, tamquam arbitratores amicabileſque compoſitores non tenentur acta conſici facere ad proceſſumque (vt mos eſt quorundam) confeſtim confugere. Imo poſſunt atque de congruo debẽt extraiudicialiter de meritis cãæ ſe informare, & veritatem diligenter perquirere, & ita laudũ ſuum inſcriptis vel etiam verbo tantũ, prout ibi æquum eſſe viſum fuerit proferre parteſque à ſumptibus, & laboribus quamprimum fieri poterit eximere, quemadmodum docet Inn.*in c.quintaualis n.3.de iureiur. & ſequuntur ibi Butr.n.4.Abb.nu.6.* vbi dixit ideo arbitrator extraiudicialiter procedit, quia eſt compoſitor, & mediator inter partes, Imol. n. 11.ibidem ait, quod ideo hoc euenit, quia arbitramentum dicitur quædam tranſactio, quæ extraiudicialis actus dicitur, quibus concordant Bart. *in l.ſi ſocietatem §.arbitrorum nu. 26 ff.pro ſocio, Iaſ.in l. eum te tranſegiſſe nu. 4. C.de tranſact. Abb.conſ.64.n.4. vol.1.* fatentur tamen omnes, quod non habet de neceſſitate extraiudicialiter procedere, ſed id facere poteſt ſi malit, prout velle congruentius debet.

9 Adque adeo † verum eſt extraiudicialiter procedendum eſſe, quod etiam diebus feriatis in honorem Dei procedi poteſt, & laudũ proferri, quoniam arbitramentum eſt quædam compoſitio, & ad partem reductio, *Imo.d.c.quintaualis n.37. & plenius Ant.de Butr.n.27.* limitat tamen ibi Abb.*num.22* quando ſperatur pax vel aliquis actus pius, alias ſecus, quod placet, quia arbitrator, & partes in huiuſmodi tractatu diſtrahuntur à diuinis, quibus in diebus feriatis in honorem Dei inſeruire tenentur, ex præcepto Dei, & eccleſiæ.

SVMMARIA.

1 *Sententia emptoris condemnatoria, requiritur, vt de euictione contra venditorem agat ad duplum.*
2 *Emptor pro re euicta agit ad pretium ſecundum tempus euictionis.*
3 *Venditor malæ fidei tenetur ad intereſſe etiam vltra duplum ſecus in eo qui eſt bonæ fidei.*
4 *Dupli ſtipulatio committitur in caſibus hic expreſſis.*
5 *Dupli ſtipulatio in totum vel pro parte debetur prout res fuit euicta.*
6 *Pœna non exigitur vltra ſtipulatoris intereſſe.*
7 *Pœna pro parte exigitur in obligationibus facti indiuidui.*
8 *Pœna in obligationibus facti indiuidui committitur in totum.*
9 *Pœna committitur in totum propter periurium.*
10 *Pœna adiecta facto ceſſat ſuſpitio vſurarum.*
11 *Pœna adiecta quantitati ratione periurii debetur in totum.*
12 *Promiſſio defenſionis, eſt promiſſio facti indiuidui.*
13 *Pœna apponitur ad puniendum contemptum promiſſoris promiſſa non ſeruantis.*
14 *Pœna dupli promiſſa debetur etiam vltra ſtipulatoris intereſſe.*
15 *Pœna conuentionalis ad quadruplum aſcendit.*
16 *Pœna, quod intereſſe non excedat, eſt de ſtylo conſilii Neapolitani, non de iure.*
17 *Dupli ſtipulatio committitur ad pretium commune temporis contractus.*
18 *Immo ad pretium conuentum relationem habet.*
20 *Officio iudicis intereſſe probari poteſt.*
21 *Exceptio melioramentorum quæ liquida ſunt impedit executionem ſententiæ.*

QVÆSTIO CXXXII.

1 QVoniam ſæpe accidit ab emptore rem emtam euinci hæc notanda cenſui ad inſtructionem emptoris contra venditorem iuditium mouere intendẽtem, & primo ſcias volo quod ſententia condemnatoria emptoris à tertio conuenti præcedere debet, vt venditoris obligatio ad intereſſe emptoris vel ad pænam dupli committatur, *gloſſ.in leg.at qui natura §.ſi cum me abſente, quam ibi Bald.ſequitur Digeſt.de negot.geſt.& poſt eum ibi Salicet.& Paul.de Caſtr.Alex. conſ.quarto. numero primo, volum.tertio, & conſilio 117.numer.tertio, volum. ſeptimo, Corn.conſ.50.numer.18.volum.ſecundo, & Alberic. quoque dicto §.ſi cum me abſente,* dixit communiter doctores tenere ſententiam requiri, alias inquit innumeræ fraudes poſſent excogitari. Nam facile foret ſummittere actorem, & in præiudicium venditoris rem euincenti reſtituere, quod abſurdum, & iniquum eſſet, imo etiã executio ſentẽtiæ cõdẽnatoriæ interuenire debet, vt pæna dupli cõmittatur, *Alb.Bal.Sal.& Paul.in l.ſi ſeruum in princip. ff de*

ff.de action.empt.Cepoll.caut.177.Alexan.d.conf.4.vol.3.
2. Emptor si bonam fidem erga euincentem a-
gnoscere velit, id vere facere potest, & non expe-
ctata sententia rem illi restituere. Neque enim co-
gitur veritati resistere, iniustamque causam de-
fendere, licet seipsum oneret. Nam in causa eui-
ctionis contra venditorem mouenda, tenebitur
emptor de bono iure euincentis docere, *Barto. d. l.
atqui natura.§.si cum me absente.quem ibi sequuntur Ang.
& Paul.de Cast. Iason l.si domus.§.de euictione. num.14.
ff.de leg.1.Imol.c.fin.circa fin.de empt.& vend.Afflict.de-
cis.49 num.3. Alexan. in l.stipulatio ista habere licere §.si
quis forte num.12.ff.de verb.oblig.vbi communiu. Alber.d.
l. emptorem. ff. de act. empt.* dicens, ita communiter
teneri & seruari, & quamuis *in d. §. si cum me absen-
te.de negot.gestis.* contrarium teneat, id procedat,
quando emptor in fraudem venditoris non expe-
ctata sententia rem restitueret non vero domino,
secus, quando bona fide rem absque sententia re-
laxauerit, seu per transactionem sibi retinere ma-
luerit, soluta euincenti æstimatione. In quib. ter-
minis loquitur *d. l.emptorem.* 3. Emptor iudiciali-
ter condemnatus agit actione ex empto ad inter-
esse, quod est pretium rei euictæ, habito respectu
ad tempus euictionis, quia tanti emptoris inter-
est rem euictam non esse, sicut econtra rei pretio
minori existente tempore euictionis, quam tem-
pore, quo res empta fuit, diminutio cedit damno
emptionis, & id duntaxat petendum est à vendi-
tore, quod res valet tempore euictionis. *l. Titius. la
1.cum duab.sequen.ff.de act.empt.& ibi hoc notat Bart.n.
4.Sal.in 2.not.& Paul.de Cast.n.2. Idemq; notat Sal.per
illum text. in l si cum venditor.§.fius.ff de euict.Ang.in l.
euicta.la 2 ff.eod.* Quarto, nec tantum interesse in-
3 trinsecum, † quod est rei valor, sed intrinsecum
quoque interesse à venditore, emptori debetur,
dummodo interesse non excedat duplum pretii
conuenti, si venditor bonæ fidei fuit. At si sciens
rem alienam vendiderit, interesse quantumcunq;
fuerit, vltra duplum à venditore debetur, *dict.l.Ti-
tius.nisi & l. id q. Iulianum vers.in omnibus.ff.de action.
empt.l.venditor.vbi Alberic.& Sal.ff.de euicto. Bart.in l.
vnic. n. 19 C.de senten.quæ pro eo quod inter.profer.Salic.
ibi num.19.& 20.Dec.qui idem ibi tenet in 3.not. & com-
muniter receptum dicit Sebast.Sapia nu.51. & 71. Petrus
quoque Rebuff.ibi nu.130.& num.143. communem testa-
4 tus est opinionem.* Quinto, † Dupli stipulatio com-
mittitur in vno ex casibus infra scriptis, & primo,
si res per sententiam restituta fuit, secundo, si em-
ptor condemnatus litis æstimationem soluit, ter-
tio, si emptor agit aduersus tertium possessorem,
pro rei emptæ recuperatione, & possessor absolu-
tus fuit, *l.euicta re.la 1.ff.de euict. vbi Alberic. l. si seruus
venditus.ff eod.Veronens.caut.177.Socin.cons 191.num.2.
5 vol.2.* Et quemadmodum in totum re euicta, in
totum stipulatio dupli cōmittitur, ita etiam parte
euicta pro parte agitur. Nam stipulationis verba
si res euicta fuerit, interpretatur, quatenus euicta
fuerit, *l. 1. de euict.* secundum intellectum Ioannis
glossatoris, quem ibi sequuntur Bart. Bal. Angel.
6 Salic. & Alberic. Sexto, videtur dicendum, † pœ-
nam dupli in casum contrauentionis exigi posse,
quatenus cum interesse concurrat, & non vsque,
*Roman.cons.510.Socin cons.253.n.12.vol.2.Ripa in §. Ca-
to.l.4.num.8.ff.de verb.oblig.* præmissa etiam confir-
mat Afflict. *decis 135.* vbi refert Consilium Neapo-
litanum ad pœnas nunquam condemnare quem-
quam solere, nisi quatenus pœna cum interesse
7 conuenit. Et in obligationibus † dandi atque fa-
cti diuidui nunquam de æquitate canonica pœna
committitur in totum, si in parte contrauentum
fuit, quamuis de iure ciuili secus sit, *c. suam. de pœn.
Aret. Alex & reliqui post Bart.in d.l.4.§.Cato.10.opposit.
de verb.oblig. & sequuntur ibi Alciat. Lancell. Galliaula,
Socin. iun. & alii.* affirmantes ita communiter Ca-
8 nonistas tenere. Septimo, si pœna adiecta † sit fa-
cta in indiuiduo, tūc si à promissore cōtrauentum
fuerit, non inspecto, quatenus stipulatoris inter-
sit, pœna committitur in totum, etiamsi nihil eius
intersit, *l.cum pœna.ff.de arbit.& not. Bart.in l.2.§ fin.
num 20.ff.de verb.oblig.* quem post alios ibi sequun-
tur Alexan. Ias & Lancellott. Gall. *Corn. cons.28. in
fin.vol.2.& cons.69.num 39.eod.vol.Gramm.decis.55 nu.
6.& seq.* & est communis opinio, sicut fere omnes
præcitati testantur. Et sicut pœna in solidum de-
9 betur, etiamsi † nihil stipulatoris intersit, quando
per contrauentionem stipulator offenditur, mul-
to magis, quando iuramentum adiicitur, tunc e-
nim ratione periurii offenditur diuina Maiestas,
& in pœnam contemptus diuinæ Maiestatis inte-
gra pœna exigi posse debet, non inspecto, quate-
nus stipulationis intersit, *Rom. in præall. cons.510. nu.
12.Anch.cons 48.n.1.vsque in fin.cons.Alex.cons 34.in fi.
vol.2.* Et quando pœna adiicitur facto, non autem
10 certæ † quantitati, cessat suspitio, quod in frau-
dem vsurarum pœna promittatur. *Alex. in l. stipu-
lationum.§.si forte.ff.de verb.oblig.& cons.32.num.4.&
cons 158.num 1.vol.1.Pari d.cons.34.num.31.volu.1.Ripa
11 respons.7.n.7.tit.de diuersis rescriptis.* Imo etsi † certæ
quantitati pœna adiecta foret, & nō facto, nihilo-
minus ratione iuramenti pœna promissa exigibi-
lis fieret, *c.debitores.de iureiurando.Alex cons.158.nu.2.
vol.2.Gram.decis.Pedem.58.n.6.* Quod autem vendi-
12 tor † promittendo emptorem defendere, & litem
in se recipere, & in ea vsque in finem permanere,
omnibus eius expensis dicatur factum indiuidu-
um promisisse, id ipsum comprobatur ex Bartol.
in d. §.Cato.in 2.quæst. quem cæteri ibi sequuntur, &
Alex. quoque comprobat *in §.si is qui duplum.in ea-
dem l.4.ff.de verb.oblig.* & communiter cum Bartol.
scribentes transeunt, secundum Ias. *ibi num.43.* vbi
aperte tenet, quod promissio defensionis est pro-
missio facti indiuidui, nec promissor pro parte de-
fendere potest, cū actus defensionis ex parte pro-
missoris diuisionem non recipiat, & idem quoq;
Ripa *in eod. §. Cato. num. 77.* tenet, & communem
conclusionem esse asserit, vbi regulam ponit &
fallentias.

13 Promissio pœnalis † dicitur & ad puniendum
contemptum, & cōtumaciam promissoris, quan-
do certa promittitur quantitas, etiam quod in
promissione non fuerit dictum nomine pœnæ, vt
tenuerunt Aret. Soc. & Ias. *in d. l. 4. §. Cato. in 1. not.
de verb.oblig.* & hoc communiter receptum esse te-

ferunt ibi Ruin. Galliaula, Hormanoctius, Dec.
14 Alcia.& Soc.iu. Rursus vbi † promissio fit expresso nomine pœnæ, veluti si dicatur sub pœna dupli, vt cõmuniter in instrumentis venditionũ dici solet, tunc in solidũ pœna exigi poterit, etiã vltra quã stipulatoris interfit, *Parif qui multa ad id adducit conf. 34.n.40.vol 1. & conf 19.n.57.vol.2.Io.de Anan. cõs. 31 n.3.Gram.dec.58.*eo q̃ catenus interesse ex partiũ conuentione taxatũ videtur, quatenus in promissione pœnali deductum fuit, ita vt stipulatori non
15 incumbat onus interesse probandi. Imo nedum id quod emptoris interest, pœna conuentionalis excedit, sed etiam ad quadruplum ascendere potest, siue pœna exprimatur per oomina simplicia, vt si dicatur sub pœna scutorum mille, siue per nomina multiplicatiua, videtur sub pœna dupli, tripli, vel quadrupli, vt firmarunt Ias. post alios *in §. omnei.n 10.institut.de action. Alex.conf.157.nu.7.vol 6. Franc.Balb.tract.de præscriptio.in 2.part.3.part. princip. quæst.13.n 6.* & satisime omnium locutus est Petr. Rebuff. *in repet.l.vnic. C.de sent. quæ pro eo quod interest.* vbi relatis duodecim opinionibus, tandem residet in sententia, de qua supra, quæ quidem communiter est recepta ex fide & relatione omniũ su-
16 pra citat. Noo obstat, quod † refert Affl. *d.decis.135.* quod S.Conciliũ nõ solet condemnare ad pœnas, vltra quam sit interesse promissoris, id enim procedit de stylo sacri regii consil. secus est de iure, vt ibi idẽ attestatur Affl. vel etiã inquit Gram. *d.decis. 58.n.7.* quod seruat S.Concilium procedere, quãdo non esset exacta certa quantitas in casu licito promissa, alias frustratorium legis consilium fieret de stipulando certã quantitatẽ nomine pœnæ. Non obstat, q̃ de æquitate canonica pro ea parte, qua contrauentũ fuit, pœna cõmittitur in promissione dandi, atq; facti diuidui. Hoc.n. vti verũ admittitur, at vbi de facto indiuiduo agitur, prout est defendere, litem suscipere, & in ea persistere, tunc contrarium cessat. Sed oritur dubium, an duplum promissum referri debeat ad pretium cõuentum, vel ad pretium commune, & si ad communem æstimationem duplum referẽdum est, an illa duplicari debeant secundũ tempus celebrati cõtractus,
17 vel euictionis sequutæ. Et videtur † dicendũ, quod actio ex stipulatu ad duplũ cõmittitur, habito respectu communis pretii ad tempus contractus, nõ autem ad tempus euictionis, vt est tex. & ibi gl. *in l. bonitatis ff.de euict.* per quem ita tenent ibi Bal. Angel. & Alber. & melius Sal. *in 1.opposit. & est text. & ibi not. in l.ex mille.§ cæterum.ff.eod.* Veritas est, quod habeatur ratio pretii conuenti, & ad illud duplum promissum refertur, & non ad pretium commune temporis contractus, vel euictionis, quoniam nisi expresse in instrumento venditionis dictum sit sub pœna dupli æstimationis rei venditæ, pœna dupli refertur ad pretium conuentum, & illud duplatur, *l. si fundo vendito. in principio. ff. de euiction.* & est ex mente Bartoli, *dicta leg. prima. in finalibus verbis* & Baldi, *in lectura noua, in fine ff. eodem. & aperte firmat gloss. in leg prima. in gloss. magna. circa finem. C.de sent. quæ pro eo quod interest. & ita tenent ibi Sal.num 17.Dec.num.71.* & Sebastianus Sapia, qui licet dixerit, quod communis est opioio æstimationem communem duplari, fatetur tamen, contrariam esse veriorem, quam ipse probat *sub nume.64.* Imo magis communis est, quod rei pretium conuentum, non autem commune duplari debet, vt attestatur Alcia. *d.l vnica.num 38.C.de sent. quæ pro eo*
19 *quod interest.* Non obstat † textus *in dict. l. bonitatis,* nam ille procedit rei parte pro diuiso euicta, quãdo enim pars est certa, ratione loci & quotæ, tunc in ea bonitas & qualitas diuisim considerari potest, *Alberic.d.l ex mille.num.3.ff.de euict.& Odofred. d. l.1.in princip.& l.bonitatis ff.eod.* dicens, quod si pars pro indiuiso euincitur, agitur pro quantitate partis euictæ, si vero pro diuiso agitur, pro bonitate euictæ partis. Calculum vero seu computationem, quando certa pars pro diuiso euicta sit, vide apud gloss. *d. l ex mille. in verb. pro bonitate. & ibi Alberic.num.3.Bartol.d.l.1.in fine.ff.eod.& Bald. ibid. in lectura noua.in fin.*

20 In iis vero casibus, † in quib. interesse seu commune pretiũ inspici debet, æstimatio a iudice fieri poterit, officio illius implorato, etiam si pars in probatione defecerit, *Bart.& Paul.per illum tex. in l. si quod ex Pamphila. ff. de leg. 2. cum multis ibi additis ad Bart. Alex.in l 4.§.hoc autem iudicium.num.22 de dam. infect.& in l.pretia rerum.nu.6.ff ad l.Falcid. Rom.consi. 281 in repræsenti. nu.4. Corn.conf.221.nu.23.vol. 2. Alex. cons.133.in fin.vol.1.Plot.in l.si quando.num.893 C vnde vi.* vbi etiam ponit, quod tunc pars citari debet, æstimatoresq; à iudice electi prius iurare debẽt. Facta igitur deductione melioramentorum ab em-
12 ptore in ipsa re factorum, in quibus exceptione summoueri potest euincẽs, quando melioramẽta sunt liquida. Cæterum si liquida non sunt, executio non impeditur, sed eam petens certum quid deponit, cum fideiussione de supplendo, *d. l. idque Iulianum.ff.de act.empt. Alex.cons.67.in fi.vol.2. Benuen. de Cesena dec.77.* De residuo emptor consequi poterit à venditore commune pretium vel conuentum, vel pœnam dupli secundum facti contingentiam.

SVMMARIA.

1 *Excipiens non confitetur intentionem aduersarii,*
2 *Instrumentum producens confitetur in eo contenta.*
3 *Neq; contrarium probat illud producens.*
4 *Confessio extraiudicialis absente parte non probat de iure ciuili.*
5 *Confessio coram arbitro dicitur esse extraiudicialis.*
6 *Confessio extraiudicialis de iure canonico confitenti præiudicat.*
7 *Probationes in processu nullo facta valet, si actio competit.*
8 *In alia instantia rite agitata valent, non alias.*
9 *Instantia perempta perenut acta litis ordinaria, non acta probatoria.*
10 *Instantia perempta renouatur per reproductionem actorum simpliciter non in genere factam.*
11 *Testes post publicatas attestationes in iudicio nullo possunt in alio iudicio nec agitato examinari.*
12 *Secundum quod ipsorum dictum suppleri debet ab eo, quod primo deposuerunt.*
13 *Probationes iudiciariæ arbitraria sunt.*

QVÆ-

QVÆSTIO CXXXIII.

1 EXceptionem obiiciens non dicitur confiteri
intentionem aduersarii, ue exceptio quæ op-
ponitur ad excludendum actorem, contrarium o-
peratur effectum, vel etiam ne per exceptionem,
litis contestatio inducatur, *c. except. de reg. iur. in 6. &
quod ibi Dyn. cum plurib. ibi adductis. & not.* Can. in c. cum
venerab. de except. Bart. in l. non vtiq;, ff. eod. & tāquam
communiter verum probant, Aret. in §. *seruus, inst.
de capit. diminut. scribentes in l. decem, ff. de verb. oblig. &
max. Franc. Aret. n. 1. & Alex. n. 25. Dec. d. c. cum venera-
bil. n. 19.* & quod de exceptione dicitur idem in re-
plicatione procedat secundum præcitatos, licet
hoc plures recipiat limitationes, *vt per Fel. d. c. cum*
2 *venerab.* Aliud vero est in cōfessione ex prouisione
instrumēti resultante, nēpe producēs instrumen-
tum cēsetur omnia in eo contenta confiteri, & illi
stare tenetur etiā in his quæ contra producentem
faciunt, *Bart. in l. post leg. ff. de his quib. vt indig. Bal. in l.
cum precum. per illum tex. C. de liberal. causa. Alex. in l. 1.
§. aditiones. ff. de eden. & plenius Ias. ibi n. 11. & sequen. la-
te Fel. d. c. cum venerab. n. 22. vbi & Dec. n. 22. multa ad id
adducunt, Paris. 125. n. 20. vol. 1. & communis est conclusio*
3 *secundum Fel. & Paris.* Neque contrarium à produ-
cente probari potest. *Innoc. in c. cum olim in final. ver-
bis de censibus. & exactio. rationemq; adducit Ant. de But.
in c. fi. n. 23. de confess.* quia confessio verbalis lapsu
linguæ profertur, productio vero instrumenti
fit cum maturitate, debet enim quis ante exquire-
re, & meditari instrumentum quam illud produ-
cat. Idcirco confessio huiusmodi reuocari non po-
test, imo confessio verbalis emanata absente parte
de iure ciuili non probat, neque confitenti præiu-
dicat, *l. fi. ff. de interrogat. actio. l. certum, §. si quis absen-
te. ff. de confess. Felin in c. si cautio, n. 22. de fid. instru. Lan-
fran. in c. quoniam contra n. 31. de probat. Bertrand. cons.
221. n. 1 & cons. 277. n. 5. vol. 3. Bellamera decis. 691.* vbi
regulam & fallentias ponit, & est communiter re-
ceptum, secundum Lanfran. & Bertrand. vbi su-
5 pra. Quemadmodum etiam confessio coram arbi-
tro emissa non valet, nisi vti extraiuditialis, ideo
in iuditio non probat, *Affl. decis. 178. n. 10. Alex. cons.
13 n. 5. cum duobus sequentibus, vol. 1.* licet contrarium
teneat Felin. post Abb. & Imol. *in c. præsentata de te-
stibus, & Lanfran. tract. de arbitr. parte 7 n. 76.* fatetur
tamen Lanfran. propter auctoritatem tantorum
virorum quos ibi enumerat, non esse à prima opi-
6 nione recedendum. Sed de æquitate canonica cō-
fessio extraiuditialis absente parte emissa plene
probat, & confitenti præiudicat per glos. quæ ad
hoc solet ab omnibus allegari, *in c. quoties in verbo
& per te. prima quæst. 7. Felin. in c. si cautio, n. 27. de fid.
inst. Alex. cons. 115. n 2. & seq. vol. 7. Dec. cons. 163. Bertr.
cons. 319. n. 2 vol. 1. Paris. cons. 120. n. 7. vol. 1.* & est com-
munis opinio secundum Felin. & Dec. vbi supra.
Probationes vero per testes si receptæ sunt in pro-
7 cessu nullo ob libelli ineptitudinem valent, si a-
ctio ex probatis competere possit, *clem. constitutio-
nem, vers. illius, de electio. vbi Auchar. in finalibus verbis,
& Imol. n. 43. sequentes Specul. tit. de offic. iudicis §. dese-
ruit. ver. quod si libellus ineptus per tex. in c. examinata de*
8 *iudicus.* In alia vero instantia rite agitata probatio-
nes nulliter factæ reproduci possunt, eodemq; ad-
mittuntur, & plenam fidem faciunt, *Abb. in c. cau-
sam quæ n. 8. in fi de test. Fel. in c. cum causam n. 19. eo. tit.*
Bertrand qui ita declarat, *c. 243. num. 9. vol 2. parte 1.*
9 *Maranta in suo speculo 5. parte princip. n. 55.* Quemad-
modum etiam propter peremptionem instantiæ
annullato processu pereunt acta litis ordinatoria,
acta vero probatoria non pereunt, *Bart. in l. cum
lite mortua, ff. iudicatum solui, Rum. c. 69. n. 5. vol. 1. Ma-*
10 *ranta in pract. d. 5. part princip. n. 55.* Cum etenim per-
empta est instantia, & annullata sunt acta litis or-
dinatoria, tunc instantia restaurari seu reuocari
debet de consensu partiū per repetitionem omni-
um actorum singulariter seu nominatim factam,
non antem in genere reproducendo omnia acta,
*Bart. in l. mutari ff. de procur. Bart. & Aug. in l. si ante, ff.
iudicat. sol. Alex. & Ias. in l. proper and. C. de iudit. Fel. &
Maria. Soc. in c. venerab de iudic. Maranta de ord. iudit. d.*
12 *5. parte n. 45.* imo iidem testes quamuis non rite re-
cepti, possunt post publicatas in primo iuditio
nullo attestationes iterato in alio iuditio inter eas-
dem personas, ad eundem effectum examinari, *Ro-
ta decis. 11. de probat. in nou. Guid pap. decis. 72. n. 1. Vanc.
de nullit. tit. quot. & intra quod tempus n. 4.* Dictumq;
13 eorum secundum quamuis diminutum, à primo
suppleri debet propter obliuionem ipsorum testi-
um, secundo loco examinatorum, quando inter
primum & secundum examen non modicum ef-
fluxerit tēpus, & de testibus dicitur, quod memo-
ria quandoq; non habetur vltra annum, *glos. in c. si
test. 4. q. 3. in glos. magna circa fi. per tex. in l. si arbit. ff. de
prob.* vbi Alberic. ait, memoria hominū labilis est
maxime circa diē, & consulē, idcirco bono iudici
14 cōuenire videtur secundum dictū primo iūgendo
perfectā probationē admittere, maxime cum pro-
bationū materia iudici sit arbitraria, *Paul. de Castr.
in l. admonend. n. 39. ff. de iureiur. Dec. cons. 463. n. 23. &
cons. 495. n. 8. Paris. cons. 107. n. 48. vol. 1.* sed in secundo
examine non posset testis habere relationē ad pri-
mas depositiones inualidas, *vt tradit Soc. cons. 40. col.
1. n. 3. Aym. cons. 115. n. 8. vol. 1.* Quæ tibi seruiant in
contingentia facti.

SVMMARIA.

1 *Seror, & frater vterini viriliter ab intestato succedūt.*
2 *Femina à successione exclusa intelligitur à successione dotantis.*
3 *Statuta feminas propter masculos excludentia dicūtur odiosa.*
4 *Soror vterina non excluditur à fratre vterino.*
5 *Ascendentiū appellatio in parentibus vtriusque sexus verificatur.*
6 *Dictio in aliquo verificatur in pluribus.*
7 *Statutum excludens feminas à bonis maternis non fauore agnationis.*
8 *Sed masculinitatis id facit.*
9 *Statutum prouidens agnationi, non intelligitur de agnatis faminis.*
10 *Femina à successione exclusa, & descendens ab ea excluditur.*
11 *Et masculi ex femina descendentes.*
12 *Filii non dicuntur de familia matris.*
13 *Statutum masculinitatis fauens, non comprehendit masculos ex faminis.*

14 *Linea alicuius non incipit à ſtipite ſed à filiis primi gradus.*
15 *Fœmina vno caſu ad ſucceſſionem vocata non idem in aliis.*
16 *Pro vterino fratre plures conſuluerunt.*
17 *Satutum vt ſuſtineatur plures adducuntur rationes.*

QVÆSTIO CXXXIV.

1 IN propoſita facti ſpecie videtur dicendũ quod ſorores & fratres vterini veroſimiliter ab inteſtato de iure communi ſuccedunt, *l. de emancipatis iuncta gloſ. C. de legit. hæred. cum aliis de quib. per Nicol. de Vbald. tract. de ſucceſ. ab inteſt. par. 1. n. 18.* Et quam- 2 uis lex municipalis feminas excludat à ſucceſſione aſcendentium, banc interptetationem recipit, vt femina repellatur à ſucceſſione dotantis, non alterius à quo nullam conſequuta eſt dotem, *Bal. in l. 1. C. de ſuis, & legit. & late Bolog. conſ. 38 per totum, & alii quos congerit Albert. Brun. de ſtatut. fem. exclud. artic. 8. quæſt. 16.* & alii quoque qui habentur in additione ad Alex. *conſ. 29. n. 6. vol. 1. Pariſ. conſ. 49. ſere per totum* 3 *vol. 7.* Et hoc ideo euenit, quia huiuſmodi ſtatuta odioſa ſunt, & reſtringenda tanquam odium irrationabile fouentia, quamobrem ad ſucceſſionem dotantis duntaxat reſtringuntur, *Dec. conſ. 13. n. 6. vbi commun. vol. 1 Maria. Soc. Iun. d. conſ. 1. n. 46. vol. 1.* vbi quatuor relatis opinionibus affirmat hanc magis communiter teneri, quidquid in contrarium dixerit Brun. *d. tract. art. 4. n. 5.*

4 Quodque ſoror vterina ab hæreditate materna propter fratrem vterinum non excludatur tenuerunt Soc. *in l. cum vir. ff. de cond. & demonſt. Alex in l. ex fact. n. 45. ff. de vulg. & pupil Soc. conſ. 84. à n. 2. vſq; ad num. 7. vol. 1. & conſ. 241. n. 9. vol. 2.* & à quamplurimis doctoribus conſultum fuiſſe refert, & ita iudicati vidiſſe, & ab eo quoque laudatum in facto fuiſſe, idemque tenet Maria Soc. Iun. *conſ. 23. n. 32. vol. 1.* & nonnulli alii quos adducit Albert. Brun. *d. tract. de ſtatut. fem. excludentibus artic. 12. quæſt. 10. in prin.* Contrarium verius eſſe exiſtimo ex diſpoſitione legis municipalis, qua cautum eſt, quod mulier dotata non ſuccedat aſcẽdentibus, nam aſcendentium appellatio in parentibus paternis atque maternis verificatur, *l. 4. §. parentes, ff. de in ius voc. & ita per illum tex. in in terminis tenet ibi Iaſ. n. 9. Paul. de Caſtro conſ. 91. n. 3. vol. 2. Laur. de Palatiis tract. de ſucceſ. 2. parte, n. 32. Campeg. tract. de dote parte 1. quæſt. 64.* Et quamuis aliud nonnulli tenuerint, quos refert Iaſon *d. §. parentes*, attamen ab eorum impugnatione opinionem hanc Iaſon ipſe ibi defendit, accedit quod cum diſpoſitio ſit generalis, in vtriſque parentibus, verificatur ſecundum eundem Paulum *conſ. 83. n. 3. vol. 2. Iaſ. conſ. 111. col. 7. verſ. 6. & vlt. vol. 4.* ſubdens quod auctoritas Caſtrenſis, qui fuit celebris doctor multum operari debet, idemque ſuadent alia eiuſdem ſtatuti verba, ibi, *dotata ab aliquo ex aſcendentibus.* Sufficit ergo ab vno aſcendentium filiam eſſe dotatam, *Corn. conſ. 123. n. 2. & conſ. 323. n. 7. vol. 3. Brun. vbi ſupra art. 8. quæſt. 16 n. 5.* confirmatur ex gloſ *in clem. 1. §. ad hoc.* quam ibi Card. ſequitur *de præbend* quæ dicit, quod ſi papa mandat prouidari de aliquo beneficio, illud relatiuum, aliquo non verificetur in vno, ſed ſupponit diuerſitatẽ, & eſt relatiuũ partitiuum. Et cõfirmãt alia eiuſdem ſtatuti verba, ibi, non ſuccedant alicui ex aſcendentibus, ſi ergo neminem aſcendentium excludit, omnes includit, videlicet paternos atque maternos, *l. Papinianus exuli. ff. de minor. & ita arguit Iaſ. d. conſ. 115. col. 7. verſ. 2. adeſt. vol. 4.* Secundo finalis ra- 7 tio ſtatuti de ſucceſſione in bonis maternæ lineæ diſponentis non fuit agnationi fouere, ſed maſculinitatem conſiderans ſexum virilem fœmineo præpoſuit, maſculos ſolos ad excluſionem feminarum admittens, *Paul. de Caſt. d. conſ. 91. vol. 2.* eiſdem quoque rationibus motus, licet tacito autore, idem tenuit Laurentius de palatiis, *d. tract. de ſuc. 2. parte n. 35. cum ſeq. Brun. d. tract. art. 3. n. 7. Iaſ. d. conſ. 115. col. 5. verſ. 3 prin. vol. 4. Pariſ. conſ. 49 n. 55. vol. 3.* Ter- 8 tio quamuis ſtatutum prouideret agnationi intelligendum eſſe de agnatis maſculis non de feminis, quæ in alienas familias tranſeundo parentum ſuorum agnationem conſeruare nequeunt, ſed magis in eis memoria paternæ familiæ extinguitur, *Bald. conſ. 281. n. 4. inter conſ. Angel. Pariſius conſil. 53. n. 32. vol. 3. plenius Aym. conſilio 180. n. 1.* & ita communi- 9 ter tenetur teſte Bal. & Aym. vbi ſupra. Quarto ſi ſoror vterina excluditur, multo magis deſcendentes ab ea, *l. ſi viua mat. C. de bon. mater.* cum omne ius potentius ſit in ſua cauſa, quam in cauſato, vt dixit Iacob. Butr. *in l. digna vox. C. de legib.* dum quærit, quare Imper. legis ſubiectum ſe eſſe profitetur, reſpondet quod cauſa eſt potentior ſuo cauſato, quia lex potentior eſt imperio, quod à lege cauſetur, & ita in penult. quæſt. tenuit Paul. *in l. marit. C. de procurat. & in l. gall. §. nunc de l. vbi Alex. & moderni repetentes, ff. de liber. & poſthu. Alex. conſilio 13. n. 7. vol. 6. ex* 10 *mente Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua, n. 173.* Quodque etiam maſculus ex femina excludatur, ſicuti & femina ipſa à qua originem habuit, tamquam ab infecta radice firmat Paulus de Caſtr. *d. conſilio 91. in principio, volum. 2. Ruin. conſilio 18. numero 4. & ſeq. vbi late vol. 3.* & vbetiore ſtylo proſequuntur Laur. de palatiis *d. tract. numero 26. & ſeq. Brun. d. tract. articulo 6. 3 membro. quæſt. 1. per totam. Georgius Natt. tract. de ſtatut. numero 21.* vbi & obiecta tollunt & ratio- 11 nem referunt. Aut ergo ſtatutum agnationi fauere intendit, & nepos ex filia, qui auiæ cognatus eſt, comprehendi non valet, quoniam filii non matris ſed patris familiam ſequuntur, *l. familiæ appellatio. ff. de verb. ſignifi. §. ſi. inſtit. de patr. poteſt.* Aut ſtatutum 12 maſculinitati fauet, & reſtringendum eſt ad maſculos ex maſculis, non ad maſculos ex fæminis deſcendentes, ne filius ſit melioris conditionis q̃ mater, quæ à ſucceſſione propter maſculos repellitur, *d. l. ſi viua matre. C. de bon. mat. Bart. in l. liberorũ. n. 16. ff. de verb. ſignific. plene Alex. in l. illam n. 7. C. de col. Ruin. conſilio 53. numero 3. & melius d. conſilio 18. numero 10. vol. tertio.*

Quinto dum ſtatutum maſculos vocat ſub nomine maſculorum lineam maſculinam amplectitur, Linea vero maſculina non incipit à ſtipite ſed à filiis primi gradus.

De linea vero feminina ſiue lineæ femininæ initium fuit ſoror vterina, & cæteri eius deſcendentes.

dentes, quamuis masculi, prout declarat Paulus de
Castr. *in cons. praallegat. 91. circa finem. volumin. 2. Alex.*
cons. 53. nu. 5. vol 6. Curt. senior cons. 40. num. 12. cum a-
liis de quibus in addition. ad Alexan. d. cons. 53. & per Paris.
cons. 74. vol 3. Sexto, etsi in alio statuti capite fœmi-
14 na masculo præfertur, videlicet filiã in bonis pa-
tris patruum excludit, non tamen ex eo ad hunc
casum argui potest, ita enim consuluit Franc. de
Albergottis, quem refert & sequitur Corn. *cons. 21.*
n. 10. vol. 1. quibus concordat Bal. in cons. praalleg. 281. nu. 5.
inter cons. Ang. vbi inquit, quod etsi fœmina aliquo
casu notetur, non debet inde consequentia sumi
ad alium casum, nisi necessario & inseparabiliter
sequatur ex eo, & tenet Ruin. *cons. 22. numer. 9. &*
cons. 25. num. 4. volum. 3. & plenius Maria. Socinus iunior
consil. 23. numer. 37. & sequent. volum. 1. Septimo, pro
15 hac parte † consuluit Paul. de Castr. *dict. consi. 91. per*
totum. vol. 2. Bened. de Accoltis, cuius consilio se sub-
scripsit Maria. Socin. senior, vt habetur inter con-
silia Bartoli, *Socin. consil. 1 per totum. volumine primo.*
vbi inter cætera hãc rationem adducit, quod fœ-
minæ congruæ dotatæ tanta substantia non egent
sicut masculi, cum illæ à maritis suis gubernentur,
& bonorum mariti fructibus aluntur, & in simili-
bus terminis Fulgos. *cons. 84. à num. 4. vsque in finem*
consilii, vbi pulchre admodum in hoc articulo lo-
quitur *Bald. cons. 50. circa finem. volum. 1. & melius cons.*
61. in fine. volumine quarto. Socinus cons. 252. numer. 17.
volum. 2. Tiraquell. de retract. consangum. §. 14. gloss. 2. n.
6. Brun. d. tract. art. 12. quast. 18 num. 6. & plenius art. 8.
quast 15. per tot.

16 Octauo & vltimo sic lege † municipali cautum
est, fœminas ad successionem ascendentium non
admitti, idcirco quia statuti decisionem habe-
mus, non est, quod rationẽ inuestigemus, *Ias. cons.*
188. prope fin. vol. 2. satis enim est ita statutum esse, di-
xit Innoc. *in c. irrefragabili. in fi. de offic. ordin.* Nam in
his, quæ non sunt de iustitia positiua, sufficit pro
ratione voluntas, *gl. in l. 1. §. initium. in verb. ratus. vbi*
communit. ff. de postul. In statutis enim præsumitur
inesse ratio & iustitia, & sufficit aliquod motiuum
statuentium voluntatem mouisse, vt Bald. dicere
solet, quem vna cum præmissis refert Tiraq. *tract.*
de retract. consangu. in præfatione. num. 75. & 76. Qua-
re concluditur ad fauorem filiorum defunctæ
matris exclusis nepotibus, ex sorore vterina, non
obstantibus supra in contrarium oppositis, ad quę
solutio patet ex prædictis.

SVMMARIA.

1 *Confessio in tormentis non præcedentibus inditiis est ipso iure nulla.*
2 *Idem si metu tormentorum emanauerit.*
3 *Contumax dicitur, qui rite citatus est, & non comparet.*
4 *Delegatus citans tenorem commissionis transmittere debet.*
5 *Inquisitio absq; diffamatione non formatur.*
6 *Falsitas est veritatis immutatio.*
7 *Falsitas in vno capitulo quando totum euertit instrumentum.*
8 *A verisimili remotum falsitatis imaginem habet.*

QVÆSTIO CXXXV.

1 REus si tortus sit & cõfessus, legitimis nõ præ-
cedentibus † inditiis, confessio est ipso iure
nulla, tametsi ratificata sit, *Mars. in l. 1. in prin n. 14. ff.*
de quæst. & in l. quæstionis habendæ nu. 10. ff. eod. vbi re-
fert, se ex hoc maximum consecutum honorem,
& quosdam à morte euasisse, confirmat Carrer. *in*
pract. in princip. num. 172. Gram. voto 6. num. 9. & com-
muniter tenetur, vt Marsil. ait *in d. l. 1.* Sed etsi me-
2 tu tormentorum † futurorum confessio emana-
uerit, confessio nulla redditur, legitimis nõ con-
currentibus inditiis, *Mars. in dict. l. 1. in prin. n 25. ff. de*
quæst. & Gram. vbi supra. & plenius Carrer. in loc. præcit.
3 *n. 173.* Neq; obest † obiecta contumacia, quoniam
is contumax dicitur, qui rite citatus non compa-
ruit, *not. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Afflict. de-*
cis 367. in fin. Gramm. cons 37. numer. 2. & sequ Vant. de
nullitate. tit. de null. ex defectu citationis. numero 22. Ci-
tationeque reddita nulla, omnia inde secuta nulla
redduntur, *Mars. cons. 20. num. 4. & cons. 6. numer. 53.*
4 *vol. 1.* Et inter alios citationis defectus ille † addu-
citur, quod à delegato citatus comparere non ar-
ctatur, si in citatione commissionis tenor non in-
seritur, cum pro delegata iurisdictione non præ-
sumatur. *Alex. Ias. & reliqui in l. ex quacunque causa. ff.*
si quis in ius voc. non ier. & plenius habetur in add. ad Feli.
in c. cum in iure peritus. vbi com. de off del. Paris. cons. 120.
n. 5. vol. 4 nisi tamen citatus sit in loco, vel parũ ab
eo distat secundum præallegatos. Sed neq; ad in-
5 quisitionem potuit † diffamatione nõ præceden-
te, quoniã fama præcedere debet, ad solemnizan-
dum & substantiandum iudicium, ideo eius omis-
sio processum vitiat, quia ordo causæ ad se ipsam
peruertitur, iudiciũ enim constat ex iudice, acto-
re & reo, proinde si diffamatio omittitur, deerit
iura persona, quæ in locum accusatoris succedit,
ita tenuit Bero. *in c qualiter & quando. n. 22. 23. & 35.*
de accus. & licet cogitandum dicat, ad idem tamen
facit Fulg. *cons. 106. nu. 4. Dec. cons. 189. nu. 9. & in simili*
6 *Maran. de ord. iud. in 6. par. princ. n. 23.* neq; etiam † op-
posita falsitas reum hunc conuincit, nam etsi fal-
sitas sit veritatis immutatio, *l. quid sit falsa. ff. de fals.*
Capol. cons. 21. n 23. Paris. cons 151. n. 21. vol. 4. nõ tamen
in hoc casu quod releuet obiectio, video, quia & si
exstaret falsitas in vno capitulo, ea non redarguit
totum instrumentum de falso. *Boer. dec. 253. n. 6.* vbi
id affirmat, nisi tamen falsitas sit in parte substan-
7 tiali instrumentũ † defectu & vitio notarii, *Fel. in c.*
fraternitas de here. Cor. cõs. 61. n. 23. vol 3. Rui. cons. 63. n.
18. vol. 1. & est communis opinio, sicuti referunt o-
mnes præcitati. Non insuper aduersatur doctrina
8 Bal. *in l. 1. C. de seru. fugit.* vbi inquit, quod est † à ve-
risimili remotũ, falsitatis imaginẽ habet, sequun-
tur Alex. *cons. 27 n. 4. vol. 2. Bertran d. cons. 1. n. 9. vol. 2.*
non enim in facti contingentia conuenit, igitur
non obstat.

SVMMARIA.

1 *Iudex contra reum procedens quando peccare dicatur.*
2 *Reus de crimine occulto denunciatus quomodo se habere debeat.*

hæc verba: *In omnibus autem aliis suis bonis, &c.* eo
quod bona dicũtur deducta ære alieno, *l. subsigna-
tum. §. bona. ff. de verb. signif. Alex. in d. l. si cum dotem. §.
si pater. n. 6. ff. solut. matr Ias. in dict. authentic. præterea.
num. 26. C. vnde vir & vxor. Corn. cons. 127. num. 5. vol. 3.
vbi communis.*

Non obstat, quod vxor sui viri hæreditatem a-
6 diens † confundit actiones sibi contra illum com-
petentes, *l. Vranius. ff. de fideiussor. l. debitor. C. de pactis.*
Quoniam hæres institutus, & fideicommisso one-
ratus, eueniente casu fideicommissi, in restitutio-
nẽ deducit id, quod sibi à testatore debetur, & re-
siduum fideicommissario restituit, quia fit confu-
sio quoad actionem, nõ quoad retentionem, quin
hæres in restitutione retineat sibi à testatore de-
bitum, *Roman. cons. 276. numer. 2. Paulus de Castr. con-
silio 144. numero 5.* Et bona quoque mobilia hæ-
7 reditaria † in restitutionem fideicommissi veni-
unt, atque si vxor hæres instituta male versata sit
in eisdem bonis, illisque abusa sit, fideicommissa-
rio rationem reddere tenetur, *l. mulier. §. sed enim.
ff. ad Trebell. vbi Imol. & Alex. l. cum tale. §. filius. iuncta
gloss. ff. de cond. & demonstr. Alberic. Bart. & reliqui,* &
inter alios Paul. de Castr. ibidem dicit, se in facto
consuluisse, in quo substitutus instabat inuenta-
rium fieri de bonis mobilibus, & eorum sibi co-
piam tradi, ne dissiparentur, & si dissipata forent,
peterentur, hæres negabat se teneri inuentarium
cõficere, cum ad illius commodum hoc fuerit in-
ductum, ideo in eius odium retorqueri nõ debet,
contrarium dicit Paul. se consuluisse, quia si tene-
tur rationem reddere, ergo inuentarium confice-
re, ne bona surripiat, vel occultet hæres, & puto
cons. quod dicit in materia editum fuisse, esse *cons.
366. in fi. vol. 1.* vbi hæres à testatore releuatus erat à
confectione inuentarii. Hoc non obstante substi-
tutus instabat suis expensis bona describi, ne per-
derentur, vel dissiparentur, consuluit substitu-
tum audiendum, quia hoc sibi prodest, & nulli
nocet, igitur si bona mobilia, vel se mouentia
sine culpa hæredis perierint, & consumpta sint, fi-
deicommissarii damno cedunt, sin autem extant,
in restitutionem veniunt, & si abusu consumpta
sint, ad emendationem damni fideicommissario
tenetur hæres per supra adducta, & confirmat So-
cin. *cons. 249 num. 25. vol. 2. Dec. cons. 81. n. 4. Paris. cons.
25. n. 22. & seq. vol. 2.*

SVMMARIA.

1 *Tabellionis signum est de substantialibus instrumenti.*
2 *Notarius in corpore instrumenti, nõ in margine men-
tionem facere debet de interlineatura, vel addi-
tione.*
3 *Ad primum rogitum non recurritur, quando illud vi-
tiatum est.*
4 *Interlineatura, quæ ex facie instrumenti apparet esse
manu notarii sustinetur.*
5 *Comparatio literarum plene probat, cum de scriptu-
ra publica est quæstio.*
6 *Consuetudo scripturam inualidam validam reddit.*
7 *Consuetudo notariorum probatur inspectione plu-
rium instrumentorum.*
8 *Absurdum vt vitemus, à regulis iuris communis rece-
dimus.*
9 *Scandalum vt vitetur conceditur, quod alias non con-
cederetur.*
10 *Scripturæ publicæ fides comprobatur ex præcedenti-
bus & sequentibus.*
11 *Protocollum absque signo notarii quomodo compro-
batur.*
12 *Notarii subscriptio generalis sufficit, neque specialis
mentio requiritur de additione vel interlineatura
instrumenti.*
13 *Rasura cum repositione in loco abraso non vitiat in-
strumentum, quando constat de manu notarii.*
14 *Protocollo magis creditur, quam instrumẽto publico.*

QVÆSTIO CXXXVIII.

VIdetur huius protocolli diminuta fides, quia
1 deest † tabellionis signum, quod est de sub-
stantialibus instrumenti, *§. & instrumenta. auth. de
fid. instr. Fel. in c. 1. eod. tit. vbi communis. & eand. opin. vti
commu. sequitur Boer. decis. 36. n. 8. & dec. 37. n. 10. Paris.
cons. 27. n. 6. vol 2.* Secundo protocollum suspectum
2 redditur, quia † interlinearia verba in eo inserta
inspiciuntur, quæ non probant, nisi notarius in
fine protocolli de interlineatione attestetur, ita vt
non sufficiat in margine de additione interlinea-
tura vel cancellatione mentionem fieri, sed in cor-
pore einsdem notarius hoc attestari debet ante
subscriptionem, & signi appositionem, *l. 1. vbi Bart.
& Imol. ff. de his quæ in testam. delent. l. si vnus. vbi Bal. &
Paul. C. de testam. Abb. Imol. Felin. & alii in c. ex literis. de
fid. instr. & pulchre Ripa respons. 1. sub titu. de fid. instrum.
Bertran. cons. 2. nu. 48. & seq. vol. 2.*

3 Tertio, ad primum † rogitum confugiendum
non est ex diffidentia publici instrumẽti, quando
protocollum suspectum est, atq; vitiatum, *Alexan.
cons. 175. n. 2. vol. 7. Soc. cons. 277. vol. 2. Bertran d. cons. 2. n.
57. vol. 2.* & ex iis videtur respondendum, quod in-
strumento in libro extensorum notarii defuncti,
descripto, sit adhibenda fides, protocollo sic vitia-
to existente. Contrariam sequor sententiam, pri-
4 mo, quia ex facie einsdem manifeste † deprehẽdi-
tur, verba interlinearia, quæ rem dubitabilẽ red-
dunt, manu eiudẽ notarii conscripta esse, quare
omnis suspitio cessare debet, cũ gratia correctio-
nis id notarius fecerit, prout fecisse sibi licuit corã
partib & testibus, antequã ad alios actus extrane-
os diuerterint, quemadmodũ etiam iura in dubio
factum esse præsumunt, quod in continenti po-
tius, quã ex interuallo id actum à notario fuerit,
*Fel. d. c. ex literis. 5 limit. de fid. instr. Alex. in l. fi. C. de edic.
D. Adr. tol. & cons. 70. n. 4. vol. 1. Soc. d. cons. 94. col. 2. vol. 1.*
Nõ enim potest ex interuallo notarius aliquid de
concernentibus rei substantiam addere vel detra-
here absq; licentia & auctoritate iudicis, *l. impera-
tor vbi Bar. ff. de stat. hom. l. si librarius. ff. de reg. iur.* Se-
5 cundo, protocolli fidem † comprobat comparatio
literarũ eiusdem met interlineaturæ, cum aliis no-
tarii defuncti instrumẽtis, quæ cõparatio literarũ
plenam fidem facit, quando de publica scriptu-
ra dubitari contingat, vel saltem iudicis arbitrio
committitur. *Salic. in l. comparationes numer. 23. C. de*

fid.instr. vbi Alberic. *n.3.* dicit quod in inditiis com-
muniter obseruari vidit, quod comparationi ste-
tur. Idemque tenet Bal. *in l. bona fides, n. 6. C. de reb.*
cred. & latius Alex. consilio 184. vol. 7. & in d. l. fin. C. de e-
dic. diu. Adr. tollen. n. 18. Paris. d. consilio 27. n. 49. volum. 2.
Et quatenus dicitur comparationem literarum
non pleoam fidem facere, procedit in scriptura
priuata, *Bart. & alii in auth. at si contractus, C. de fid. in-*
str. Gram. decis. 34. n. 16.

6 Tertio adeo potens est styli seu consuetudinis
auctoritas, vt scripturam alias inualidam, validam
reddere possit, *c. cum dilectus, vbi Abb. Imo. Fel. & alii de*
fid. instr. Sal. d. l. comparationes, & late Boer. decis. 37. n. 10.
vers. vnde consuetudo, Paris. d. cons. 27. numero 39. vol. 2.
hic vero nedum generalis sed etiam spiritualis hu
ius notarii stylus constat, nempe, si protocolli fi-
des firmá monet. Et de stilo vel consuetudine ser-
uanda maxime præscripta vim habente dero-
gandi solemnibus, & substantialibus, alias de iure
requisitis præter supra relatos, tenet Alex. *consilio*
65. n. 10. volumine 1. Dec. cons. 11. fere per totum Aym. cons.
201. n. 19. Affl. decis. 79. & fusius hn omnib. Petrus Rauen-
nas tract. de consuetud. n. 107. cum mult. sequentibus. Sin-
gularisque notarii defuncti consuetudo proba-
tur ex inspectione aliorum ipsius protocollorum,
Boer. in supra citata dec. 37. n. 10. Alex. cons. 14. n. 34. vol. 6.
7 Et vtique notoria consuetudo redditur ex inspe-
ctione plurimorum instrumentorum eiusdem
vel reliquorum notariorum, *Bald. in l. 1. n. 5. in fine*
C. ad Velleia. Soc. cons. 44. n. 7. volumine 1. Dec. cons. 11. n.
9. Curt. Iun. cons. 106. n. 5. Aym. cons. 134. n. 9. Paris. consilio
13. num. 33. vol. 1. & magis communiter scribentes
tenent secundum eundem Parisium,

8 Quarto si authentica non forent origioalia no-
tariorum tam viuorum quam mortuorum, cum
additionibus, interlineaturis, & correctionibus, &
ex eis suspecta redderentur, maximum oriretur
scandalum, quod tota hæc ciuitas litibus subuer-
teretur, propter enumerata protocolla cum addi-
tionibus, interlineaturis, ac correctionibus existé-
tiã, vnde saltem ad euitandum absurdum valida
censeri debent, & pro hoc facit quod in sui ratione
decidit consilium Neap. *decis. 190.* & per Grammat.
questione prima per totam & in casu simili Alberic.
in l. contractus n. 3. C. de fid. instr. dum quærit, an cre-
datur instrumento, cuius imbreuiatura non appa-
ret vel prædita est, & tenet quod sic, subiungens,
quod alias totus mundus esset in inuolucro, senti-
ens quod ratione vitandi absurdi à regulis iuris
communis recedere possumus, facit etiam quod
propter publicam vtilitatem id sæpenumero tole-
ratur, quod alias de iure non admitteretur, & id-
circo instrumenta illius qui se pro notario diu
gessit, cum notarius non esset ratione publicæ vti-
litatis conseruandæ probant *l. Barbarius cum ibi not.*
per Bartolum & alios, ff. de offic. prætor. Fel. post alios in c.
ad probandum de re iud. quodque ratione vitandi
scandali concedatur id, quod alias omnino prohi-
bitum foret, firmat Alex. *cons. primo, numero 5. vol. 2.*
9 & fusissime Felinus vbi plura specialia enumerat,
in c. nihil cum scandalo de præsumpt. & in indiuiduo de
consuetudine etiam irrationabili tolleranda si
scandalum immineat, tenet ex mente Io. Andreæ
& Io. Monachi *in capit. 2. de praben. in 6. Rocchus de*
Curte dicto tract. de consuetudine, numero ducentesimo
quadragesimo.

10 Quinto & vltimo eiusdem originalis scripturæ
fides & auctoritas comprobatur ex his quæ scri-
bentes tradunt *in l. finali, C. de edic. diui Adr. collen. &*
in capit. ex his de fid. instrum. vt quando ex præceden-
tibus, vel sequentibus iustificari potest additio, vel
interlineatura, tunc illa haud dubie plene probat,
absque aliqua attestatione de ea per notarium in-
11 strumento facta. Non obstat quod de defectu si-
gni notarii obiiciebatur, quoniã cum protocol-
lum inter cætera eiusdem notarii instrumenta,
omnibus solemnibus munita, atque ordinatam
seriem, & situationem habentia extare reperitur,
fides protocolli roboratur, & fomentum recipit
ex aliis solemnibus instrumentis, inter quæ colli-
gatum vel in filtra, vt aiunt, collocatum reperitur,
Alex. & Ias. post Bar. Bal. & Ang. *in l. si quis ex argen-*
tariis, §. si initium, ff. de eden. Bal. consilio 158. libro primo,
Castrens. consilio 307. numero 2. vol. 1. & consilio 195. col.
2. in fine, vol. 1. Bertrand. consilio 311. n. 5. vol. 1.

12 Non obstat quod de spirituali mentione nota-
rii in corpore instrumenti facienda dicebatur, de
eo quod cassum, rasum, vel interlineatum est,
quia respondetur verius esse quod eundem sorti-
tur effectum generalis, perinde ac specialis subno-
tatio notarii, cum ad omnia in instrumento con-
tenta referatur generalis subscriptio contra Bar. *in*
l. diuus, §. idem senatus in fine. ff. ad leg. Corneliam de fals.
qui dixit vtile esse, & forte necessarium, quod spi-
ritualis subscriptio fiat, nam pro constanti non
ponit Bart. necessario requiri specialem mentio-
nem fieri, sed sub dubio forte, prout respondent
13 sæpe periti. Et quatenus id pro constanti poneret,
io contrarium facit, quod tenuit Bal. *in rub. n. 29. C.*
de fid. instr. Anch. consilio 242. n. 2. seq. Alex. consilio 14. n.
15. vol. 6. & cons. 147. n. 6. vol. 2. qui secundum magis
communem dicit subscriptionem generalem suf-
ficere, idemque firmat Dec. qui communiorem
refert, *in c. quoniam contra n. 48. de probat. idemq́ testa-*
tur cons. 447. in finalibus verbis. Sin autem aliam sen-
tentiam sequi velimus, quod specialis & indiuidua
mentio de interlinearibus verbis fieri in corpore
debeat, vt absit suspitio illa, procedat quando di-
uersa manu, additio in margine, vel interlineatio
descripta foret, vel de hoc dubitaretur, vel si tem-
poris diuersitas appareret ex diuersitate literarũ,
alioquin si in dubium non reuocatur additionem
vel interlineationem manu eiusdem notarii esse,
cuius est principalis rogitus, tunc præsumuntur
additionalia, vel interlinearia verba de voluntate
partium scripta, de quo eius notarium rogatum,
vna cum externis in protocollo contentis extitisse
absque eoque spiritalis mentio de his in subnota-
tione notarii facta foret, vt præmissa probantur ex
Bald. *in l. Labeo, §. 1. vers. extra quaro, ff. de pactis, & in*
rubric. numero 29. C. de fid. instr. Paulus de Castro consilio
131. numero 2. volumine secundo, Alexander consilio 57. n.
5. volumine 2. & consilio 64 numero 14. & seq. & n. 25. &
28. vol. 6. Soc. cons. 94. num. 5. vol. primo, & plenius Corn.

cons.

conſ.118.col.1.in fin.vol.4 Aym.conſ.88.colum.1. & 2. & præcipue ſub n.4. & ait Alb.d.conſ.14.nu.25.vol.6. paria eſſe tabellionem in fine aliquid atteſtari, vel id ex inſpectioue apparere.

Confirmatur natura in loco etiam ſubſtantia-
14 li,& repoſitione † in loco abraſo exiſtente,non eſt diminuta fides inſtrumẽti, quoties repoſitionem manu eiuſdem notarii factam eſſe non dubitatur, *gl.in c.venerabilis.de relig.domib.Bart.Alex. & Iaſ.d.l.fin. C.de edict.D.Adrian.tollend.Imol.d.cap.ex litern.n.5. de fid.inſtr.Alex.d.conſ.14.nu.14.vol.6. cum aliis ſupra proxime citatis.* ex quibus concludendum ſequitur, protocollum hoc publica fide & auctoritate munitum eſſe,proindeq; notarium in libro extenſorum erraſſe, omittendo ea, quæ in protocollo deſcripta reperiũtur, propterea q; protocollo ſtandũ eſſe, p ea quæ ſcribit *Bart.in l.Sempronius. ff.de leg.2. ſequitur Boer. deciſion. 252. nnmer. 8.* quod ſi producuntur protocollum, & inſtrumentum publicum ab inuicem diſcrepãtia,ſtarem potius,inquit,protocollo, quia iſta eſt originalis ſcriptura, & Felin. quoque *in cap.paſtoralis.num. 8. de iudic.* dixit,quod magis ſtatur principali, quam exemplis, & potius ſonti,quam riuulis inde originem habentibus.

S V M M A R I A.

1 *Æſtimatio rei dotalis, vel vt ea faciat emptionem, vel vt appareat melioratio & deterioratio.*
2 *Æſtimatio in dubio facit emptionem.*
3 *Niſi coniecturata mens contrahentium aliud ſuadeat.*
4 *Vel niſi æſtimatio ſit iniuſta.*
5 *Etiam vltra dimidiam iuſti pretii.*
6 *Æſtimationis multiplex effectus rei dotalis remiſſiue ponitur.*
7 *Dos in bonis ſtabilibus inæſtimatis conſiſtens ſoluto matrimonio redit ipſo iure ad mulierem abſq; traditione.*
8 *Fructus bonorum dotalium ſoluto matrim. diuiduntur pro rata temporis ipſius matrimonii.*
9 *Mariti heredes in inſtitutione fundi dotalis quomodo ſemen fructuum deducere non poſſint.*
10 *Alimenta vxori ab hæredib. viri præſtita retinent hæredes de fructibus dotalibus.*
11 *Hæredes viri dotem innumerato ſolutam, matrimonio ſoluto reſtituunt, & ab onere alimentorum vxoris liberantur, vel eam retinẽt alimentis infra annum vxori ſubdminiſtratis.*
12 *Bona mobilia inæſtimata reſtituuntur, prout extant tempore ſoluti matrimonii.*
13 *Veſtes feſtiuæ & ornamenta aurea non dicuntur à marito vxori donata.*
14 *Xenia à conſanguineis mariti vxori tradita, marito acquiruntur, ſecus in traditis à conſanguineis mulieris.*

QVÆSTIO CXXXIX.

1 BOnorum dotalium æſtimatio fieri † ſolet aliquãdo,vt ea faciat emptionem, & dominium irreuocabiliter in maritum transferat,& augmentum vel diminutio æſtimationis ſint omnino mariti,ita quidem vt nihil aliud in caſu ſoluti matrimonii ab inuito marito exigi poſſit, quã æſtimatio ipſa tempore conſignationis dotis facta. Aliquando vero æſtimatio fit, vt ſciatur valor bonorum marito conſignatorum,vt appareat melioratio eorum, induſtria mariti, vel deterioratio eius culpa contingens, ex qua dominium in maritum non tranſit, nec vllũ ſubit ille periculũ, ſed omne commodũ & incommodũ,augmentũ & diminutio ſunt ipſius vxoris, *vt eſt text. prædictam diſtinctionem probans in l.plerunque. ff.de iure dot. & latius habetur apud ſcribentes in l.ſi æſtimata.& l.æſtimata res.ff.ſolut.matri.& in l.ſi inter virum.C.de iure dot. & per Bar. in l.ſi vt certo. §.nunc videndum. ff. commod. & not. Doctores in l.ſi paſcenda. Cod.de pactis. Afflict. deciſion. 270. per totam. & pulchre Papienſ. in forma libelli ad dotem. gloſſ.auth caſtrum.nu.2.Pariſ conſ.81.num. 41. volum.2. & conſ.64.num.17.vol.4.* & communiter ſecundum eum ita tenetur.

2 Et quatenus dicitur,q̃ æſtimatio in † cõtractibus,quorum natura eſt dominiũ transferri (ſicuti eſt dotis contractus) in dubio facit emptionem, *d.l.ſi æſtimatis.ff.ſolut.matr. l.ex conuentione. C.de pact. gloſſ.in dict.l.inter virum.C.de iure dot.* quam communiter conſulentes ſequuntur, *vt Socin:: conſilio 56. numer.6.volumine 1. & conſ.69.numer.15. volum.4. Alexand.conſ.71.num.2.volum.5.Dec.conſ.682.nu.11. Corn. conſ.15.per tot.vol.2.* Limitatur nõ procedere, quo-
3 tieſcunq; expreſſa † vel coniecturata mens cõtrahentiũ concurrit in contractũ, tunc.n.recedimus à præſumptione ſupra relata, q̃ æſtimatur, in dubio faciat emptionẽ, & contraria præſumptione coniecturatæ mentis tollitur, atq; emptionẽ non facit, *Aret.conſ.84.diligenter ponderatis nu.1.Dec.d.l. ex conuentione.C.de pact.Pariſ.conſ.82.n.16.vol.3.* Atq; etiam limitatur non ꝓcedere, quando æſtimatio eſt
4 iniuſta,& † minor quã ſit valor & bonitas bonorũ conſignatorũ. Tunc.n.æſtimatio emptionẽ ex veriſimili mente contrahentiũ non facit,cum bono & æquo non conueniat maritũ cũ iactura vxoris locupletari, *Iaſ.Dec.& Curt.poſt reliquos in d.l.ex conuentione.C.de pact.Aret.d.conſ.84.nu.3. & Pariſ.d.conſ.*
5 *81.n.11.vol.3.* Et ſi deceptio ſit ſine dolo † mariti,& intra dimidiam iuſti pretii, & vterq; ſit ætate maior, nihilominus in integrum reſtitutionis beneficio mulier gaudet, vt maritus vel iuſtum pretium ſuppleat, vel res reddatur, data marito electione. Ita decidit conſilium Neapolitanum, *vt per Afflictum deciſion. 280. Domina Clarella, ſequendo Azonem in ſumma. Codic. de iure dotium. numero 21. ità*
6 *tenentem.* Atque de multiplici effectu † æſtimationis bonorum dotalium vide Soc.*conſ.56.per tot. vol.1.*& omnino Hyppol.Riminal.*inſt.quib. alienare licet,vel non.in prin.ſub n.35.cum multis ſequentibus.* vbi regulam ponit cum ampliationibus & limitatio-
7 nibus. Ad bona immobilia,† quæ inæſtimata conſignata fuerunt, vel æſtimata ea æſtimatione, quæ non facit emptionem, ſtatim diſſoluto matrimonio mulier habet vtilem rei vendicationem ex dominio, quod ipſo iure abſque traditione transfertur, & redit ad mulierem. *not.in leg.2.ff.ſolut.matrimon.& in l.in rebus.vbi Bart.Bald.Sal. Ang. & alii. C.de iure dotium. late Bald.nouell.tractat.de dote.parte 1.il 6.*

Fru-

Fructuſque rerum dotalium inæſtimatarum
mariti hæredes pro rata temporis vltimi anni, quo
8 matrimooium † ſolutum eſt ſibi retinere debeot,
& reſiduum mulieri reſtituere, *l. vnic. §. exactio. & ibi*
Bald. Sal. Ang. & reliqui. C. de rei vxor. act. Cuius tem-
poris diſtributio, & computatio initium habet, à
die qua maritus onera matrimonii ſuſtinere iocce-
pit, *l. de diuiſione, & quod ibi gl. 1. & poſt eam Bart. Paul.*
& Iaſ. ff. ſolut. matrimon. quæ gloſſ. communiter ap-
probatur ſecundum Socin *in l. diuortio. nu. 2. ff. ſolut.*
matrim. & ſequitur Iaſ. in l. vnica. §. cum quæ ex ſtipulat.
n. 36. C. de rei vxor. act. Neque mariti hæredes dedu-
6 ctionem † aliquam feminis, aut portionis cultu-
ræ & curæ facere poſſunt, ſecundum terminos *l.*
fructus, & quod ibi gloſſ. *in verb lecta. & poſt eam Al-*
ber. Paul. Soc. & Alex ff. ſolut. matr. Iaſ. in l. diuortio. nu. 5.
Imol. ibi nu. 1. ff. eod. & in §. interdum. dict. l. diuortio. Sio
10 autem vidua in domo † hæredum mariti remanſit,
in receſſu illius poſſunt hæredes vſque ad coocur-
rentem quantitatem alimentorum ab vxore per-
ceptorum, fructnum retentionem, vti & reſidu-
um mulieri reſtitui debet, *Bald. in d. l. diuortio. col. 2.*
verſ. ſed quarto, quod ſi vidua. ff. ſolut. matri. Imol. ibi n. 6.
& ſentit ibi etiam Aret. num. 4. vt videtur de mente Ioan.
Campegn. tract. de dote. quaſt. 16. in prin. 2. part. Cæte-
11 rum ſi dos † in pecunia numerata conſiſtat, mariti
hæredes infra annum luctus teoentur vxori ali-
menta præbere, ſi dotem ſibi retioere malint, ſed
ſi mariti hæredes mallent ſolut. matrimon. dotem
reſtituere, ſeque ab onere alimentorum liberare,
id iure facere poſſ[...], *Gloſſ. 2. in l. diuortio. in princ. ff.*
ſolut. matr. quam ibi ſequuntur Paul. Alexander,
Socin. Iaſ. & Gulielmus Pontanus, & habetur *in §.*
fuerat. inſti. de actio. Campeg. tract. de dote. 2. part. quaſt.
17. Alex. conſ. 27. in prin. volu. 4. & eſt communis opi-
nio, vt Paul. Alexan. & Gulielmus Pontanus præ-
citati referunt, reliqua ad materiam alimenti vi-
duæ pertineotia vide infra recollecta 11. per to-
tam.

12 Bona vero † mobilia ioæſtimata in dotem aſſi-
gnata reſtituenda ſunt in eo, quo hodie reperiun-
tur ſtatu, & attritio & deterioratio cedit damno
mulieris, *l. plerunque. in princip. ibi, quoties igitur. ff. de*
iure dot. Bart. l. ſi conſtante. in princ. n. 101 & in §. quoties.
ff. ſolut. matrimo. l. 1. §. 1. ff. de dot. praleg. l. pen. §. 1. num. 6.
ſolut. matr.

13 Quo vero ad aooulos † aureos, margaritas, gem-
maſque, & alia ornamenta aurea, & ſericeas veſtes
atque precioſas à marito ſibi traditas, reſtituendæ
veniunt mariti hæredibus, quoniam traditæ ſibi
fuerunt ad vſum eius feſtiuum, vt ad mariti deco-
rem ornatior iocederet. Quapropter vxori dona-
ta cenſeri non debent, *Bart. & alii in l. pen. §. ſeruus v-*
xoru. ff. ſol. mat. Alex. conſ. 42. n. 4. vol. 5. cum multis con-
cordantib. ibi in additione ſignatis Bertran. conſ. 264. n. 3.
vol. 3. & conſ. 37. n. 4. volu. 6. vbi magis communis, &
communiter Doctores ſequuntur opinionem
Bart. *in d. §. ſeruus ait, ibi additio, & Io. Campeg. tractat.*
de dote. 2. part. q. 55.

14 Quin etiam † vxori tempore nuptiarum à con-
ſanguineis mariti, quæ xenia nuncupantur, mu-
lieri donata non dicuntur, ſed magis contempla-
tione mariti tradita, ita vt mariti fiant, & co mor-
tuo ad mariti hæredes tranſeunt, ſed à conſaogui-
neis mulieris ei tradita ipſius propria fiunt, neque
marito acquiruntur, *Bart. in l. ſed ſi plures. §. in arro-*
gato. ff. de vulg. & pupill. & plene comprobant ibi A-
lex. *nu. 3.* & Iaſ. qui dicit, tutius eſſe teoere opinio-
nem Bartoli, & quod durum foret in practica ab
ea diſcedere, & idem quod ſupra firmarunt poſt a-
lios ab eis citatos, *Iaſ. in l. vt liberis. num. 17. C. de collat.*
Dec. n. 23. & eſt communis opinio, vt ibi Iaſ. & ple-
nius comprobatur *recollect. 14. numer. 6.* ad quam te
remitto.

SVMMARIA.

1 *Iuſtum pretium difficile eſt inuenire.*
2 *Naturale eſt homines diſſentire.*
3 *Pretia rerum æſtimantur, ſecundum quod in vſus veniunt humanos.*
4 *Pretii tres ſunt gradus, rigidi, pii & medii.*
5 *Prudentia humana non poteſt punctum iuſti pretii attingere.*
6 *Iuriſconſulti ponunt iuſtum pretium intra extrema dimidiæ iuſti pretii.*
7 *Rationabiles coniectura ponuntur.*
8 *Modus vendendi facit circumſtantiam conſiderabilem.*
9 *Copia vel raritas rerum venalium minuit & auget pretium.*
10 *Res tanti valet, quanti vendi poteſt, declaratur vt hic habetur.*
11 *Liber æſtimi probat valorem rei.*
12 *Subhaſtatio ſimiliter probat iuſtum pretium.*
13 *Valor probatur per teſtes deponentes rem tanti valere, quanti valuit ante & poſt.*
14 *Valor probatur per æſtimatores à iudice vel à partibus electos.*

QVÆSTIO CXL.

CVm de æſtimatione honorum dotalium, a-
liarumque rerum agitur, neceſſarium eſſe
duxi, extimatores, atque teſtes de valore depo-
oentes admoocre, quas regulas ſeruare habeaot,
vt iuſtam rerum extimationem pertingere vale-
ant, ſuamque conſcientiam non lædant; difficile
1 quippe eſt † verum rerum valorem agnoſcere, vt
inquiunt Gabriel Biel *in 4. diſt. 15. q. 10. & Card. in c.*
cum cauſa. de teſtib. vbi & Felious difficillimum hoc
appellat. Nam rerum valor coofiſtit in iudicio
humano, in quo facile decipiuntur homioes, quo-
oiam oaturale eſt homines diſſentire, *l. item ſi vnus.*
2 *§. fina. ff. de arbitr.* idcirco regulæ, quas recta † ratio
dictat, pooendæ ſunt: verum in primis præmitto
id, quod tradit Scotus *in 4. dicta diſtinct. 15. q. 2. art. 2.*
ſequuntur Gab. Biel q. 10. regu. 1. Sotus de iuſtit. & iur. lib.
6. q. 2. art. 3. quod pretia rerum æſtimantur non ſe-
3 cundum earum naturam, † ſed ſecundum quod in
vſus veniunt humanos, hinc eſt, quod res anima-
tæ, tametſi oobiliores ſint ineſſe naturę, quam quę
inanimatæ ſunt, nihilominus melior eſt panis,
quam mus, & propterea iuſtum rei pretium ſu-
meodum eſt ex rationalib. circumſtantiis, de qui-
bus infra, atque vt verus rerum valor apprehen-
datur.

datur, distinguit idem Scotus dicens, aut rerum valor legitimus est, aut naturalis, legitimus est, qui lege principis taxatur, quẽ citra restitutionis obligationem transgredi non licet, nisi modica sit transgressio. Naturalis est, qui in existimatione prudentum consistit, cuius tres sunt gradus, primus est, qui appellatur pretium rigidum, quod excedit in aliquo medium, alius est, qui nominatur pretium pium, quod in aliquo deficit à medio. Alius est, qui dicitur pretium moderatum, seu medium, & hoc sic variè decernitur, quia prudentia humana non potest medium iusti pretii punctim attingere. Quamobrem inquiunt S. Thom. a 2. *quæstion. 77. articul. primo ad* 1. & Scotus prælegatus, & alii probant, quod iustum pretium non consistit in indiuisibili, hoc est, in puncto, sed habet latitudinem, secundum quam intra extrema, quicquid fit iuste fit, & non attingendo medium indiuisibile.

Similemq; distinctionem Iurisconsulti introduxerunt, dum contractuum soliditatem ponunt, intra extrema dimidiæ iusti pretii, ita vt concedant, quod res, quæ valet decem vendi possit pro 11. & vltra vsque ad 15. & contractus firmitatem habet, econtra si res quæ valet decem, emitur pro quinque, non potest venditor contractum impugnare, vt si pretium excedit 15. vel deficit subtus 5. tunc læsio est vltra dimidium iusti pretii, & sic excedit extrema à iure ciuili posita, propterea contractus reprobatur *ex l. 2. C. de rescin. vendit.* vbi glossa & Doctores, vt supra ponunt exemplum, & S. Antoninus *part. 2. titul. 1 cap. 15. vers. tertio considerandum, atque Scotus supra relatus quæst. 3. artic. 1. ad idemque facit textus in l. in lege Falcidia. la 4. ff. ad legem Falcidiam,* ibi, *nec quicquam formali pretio æstimandum est*, ad cuius intelligentiam præmitto, quod formale à forma deriuatur, quæ sane forma dicitur perfectio rei, Sanctus Bonauentura *in 4. distinctione 1 dubio secundo. & Baldus in l. penultima num. ... C. de conditionibus insertis*, inquit, forma est status perfectus rei, sensus ergo verborum Vlpiani est, quod formale pretium non est ad perfectionem punctualem, seu indiuisibilẽ referendum, & ad id quod iurisconsultus ibi præmittit secundum veritatẽ æstimationẽ esse faciendã, dic quod pretiũ verũ dicitur pretiũ iustum, quemadmodũ probatur *ex l si res. iuncta gl. ib. ff. de in rem verso. & l. si fideiussor. §. fin. ff. de lega. 1.* vbi verum pretium exponitur, hoc est, iustum pretium igitur formale à iurisconsulto prohibetur: quia summa perfectio, & indiuisibilis difficile inuenitur, & pretium verum seu iustum admittitur, quia latitudinem intra extrema, hoc est, intra dimidium iusti habet.

Ad rationabiles ergo circumstantias deueniendo, quibus rerũ valorem agnoscere possumus medio indiuisibili, nõ attento ob difficultatem illud assequendi Dic, quod primo loco attenditur intrinseca rei bonitas ex reditu ipsius, *l. si quis. Cod de rescind. vend.* vbi iurisconsultus ait, rei qualitas, & redditũum quantitas inspicitur, propterea Bar. *in l. pretia rerum ff. ad l. falcid.* instruit probare volentem valorem rei, quod faciat positiones, quod ex fundo tot fructus communiter percipiuntur, & fundus tanti redditus tanti valoris est, aduocatusque alterius partis faciat positiones de qualitatib. latentibus, vt quod res sterilis est, vel emphyteutica, vel de aliis huiusmodi, per quas minus res emeretur, ad idem facit Ab. *in c. cum causa. de test. & ibi Fel.*

Secundo, loci, temporisq; opportunitas in consideratione habeatur, vt vtrunq; probatur *in dict. l. pretia rerum § fi. ff ad l. falci.* vbi dicitur, varietatem, loca, temporaq; afferant, nec enim totidẽ Romæ, vti in Hispania oleum æstimabitur, nec tanti continuis sterilitatibus, quanti secundis fructibus.

Tertio, modus vendẽdi aliã efficit circũstantiã considerabilẽ, nã cum venditor requirit, vel rogat emptorẽ, tunc vltroneę merces vilescũt in pretio, ita quod minus iusto pretio licite illas cõparat emptor secundum præallegatos, & maxime Gabr. & Sotũ.

Quarto, cõsideratur vtilitas, vel damnũ alterius ex contrahentib. vt si venditor per magnã instantiam inducitur ad vendendũ, cui nõ expedit vendere, emptori vero multũ expedit rem illã emere, tunc iuste pretiũ cõmune venditor transcendere potest, quemadmodum post S Tho. & Sot. præcitatos tenet Gab. vbi sup & Nauar. *in manuali c. 23. n. 78.* vel si emptor ignorans fundũ alteri obligatum emit illũ, minus propterea valere æstimabitur, vt est optimus tex. *in l. mortis causa capimus. §. fi. ff. de donat. caus. mort.* hinc Bar. *in l. 1. §. si heres. ff ad Treb.* monet emptorẽ, vt probet venditorẽ debitis implicatum, ob idq; non reperisset emptorẽ tantæ quantitatis, & sequitur ibi Alex. post alios, & plenius *in d. l. pretia rerum. & Fel. in d. c. cum causa. de test.*

Quinta est circumstantia, copia, vel raritas rerum, quoniam omne rarũ carum, *c. legimus. vers. sed dices. 3. dist.* idcirco plus iusto venundari potest, atq; copia rerum venaliũ minuit pretium, quia copia parit inopiam, vt superius citati affirmant.

Sexto, cum multi sint vendentes, & pauci emere volentes, vel valentes, vt sterilitatis tẽpore euenit, quo nulli sunt emptores ob pecuniæ indigentiam, tunc sane communis minuitur valor, vt habetur *in d. l. pretia rer. §. fi.* & experientia docet.

Septimo, pretiũ attẽditur, quod currit in foro publico inter homines rerũ vendendarũ qualitatem agnoscentes, non particulari affectione attenta, sed vniuersali, vt est text. *in dict. l. pretia rerum.* vbi Bartol. Alexand. & reliqui. Neque in contrarium facit, quod dicitur, res tanti valet, quanti vendi potest, *leg. prima. §. si heres. ff. ad Trebell* vnusquisque in re sua est moderator & arbiter, *leg. in re mandata. C. mand.* hoc enim restringitur esse verum, nisi legem caritatis, aut legẽ naturæ, vel legẽ positiuam venditor transgrediatur, idcirco quando iuste, & rationabiliter dominus rei suę pretiũ imponit, tũc licite vendit, vt declarat S Ant. *part. 2. tit. 1. c. 16 sequitur Gabr. in loco sup. citato, not. 4. in fin.* & tunc iusto & rationabiliter vendit, cum secundum pretium commune id facit, secundum Dd. *in d. l. pretia rer.*

Octauo, prædiorum vicinorũ alienationes inspiciuntur, vt voluit gl. *in l. 2. C. de rescind. vend. & sequuntur Alex. & alii ab eo relati in l. falcid. hoc esse. ff eo.* quod verũ esse admittitur, quãdo plura venditionum instru-

instrumenta exhibentur, quæ de proximo ante contractum de cuius pretio quæritur facta fuerũt, & tunc probant probatione concludente, vel ad minus probatione coniecturali arbitrio iudicis, vt ibi habetur.

Nono ad librum æstimi recursus potest haberi, probat enim rei valorem, secundum aliquos, vel secundum alios facit inditium, seu præsumptionem, quod declaratur esse verum, quando contractus, de cuius æstimatione agitur initus est, postquam liber æstimi compilatus est, quoniam si multo tempore ante factus sit, non probaret ob temporum varietatem, *Bald. in repetitione d. l. 2. C. de rescind. vendit. refert Alex. & alios adducit in d. l. pretia rerum, n. 7. ff. ad legem falcidiam.*

Decimo iustum pretium sumi potest ex subhastatione, quæ de re debitoris fit mandato iudicis, vel de voluntate domini, qui rem alienare necesse habet ad subueniendum suis indigentibus, quando inquam plures factæ sunt nec magis pretium sit inuentum, quam quod oblatum est, nisi tamen venditor læsus esse reperiatur vltra dimidium iusti pretii, quia tunc in subhastatione fraudem interuenisse præsumitur, *auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosan. eccl.* vbi notat, & plene prosequitur Alex. *d. l. pretia rerum, n. 8. & 9.*

Vndecimo verus rei valor probari potest totus deponentes rem tanti valere, quia tanti valuit per plures dies ante & post, vbi de valore rei mobilis agitur, at si de immobili agatur, testes, vt concludãt deponere debent, quod per plures annos ante, & post huiusmodi res communiter tanti valuerunt, sic docet *Bart. in d. l. pretia rerum,* & probant Alex. & alii, Abbas *in c. cum causam de test. & ibi Felinus numero primo.*

Duodecimo & vltimo rerum valor probatur per æstimatores à iudice, vel à partibus electos, qui medio eorum iuramento debent re mature pensata suum iudici vel partibus ipsis aperire iuditium, *Bart. Bald. & post eos alii in d. l. 2. C. de rescind. vendit. & in d. l. pretia rerum.* Notandumque est rectum æstimatorum iuditium versari debere in omnibus circumstantiis præmissis, & vnamquamque illarum animo voluere, atque perpendere, vt sentit Gabriel præallegatus, *reg. 3. Abb. in d. c. cum causam de test. & sequitur ibi Fel. n. 1. circa prin.* atq; etiam ad omnia, de quibus supra accurate, & plene scribit Medina, *Thom. 2. tit de rebus restit. quæst. 31. per totum*, quod satis rationabile est, quoniam quæ singula prodesse nequeunt cumulata maiori cum perfectione prodesse possunt, *l. si plures, §. fin. iuncta glossa ibi de pactis*, proinde non omittant æstimatores exactã in circumstantiis examinandis diligentiam adhibere, ne proximo suo damnum imprudenter afferant seipsosque onere restitutionis ob negligentiam suam aggrauent.

SVMMARIA.

1. *Sterilitas ob quam remissio pensionis fieri debeat arb. iudicis relinquitur.*
2. *Vel quando vulgi opinio ita suadet.*
3. *Vel quando conductor non percepisset dimidium eius quod solutum est percipere.*
4. *Vel quando reperitur læsus vltra dimidiam pensionis permissæ.*
5. *Si sterilitas erit primo conductionis anno, tunc remissio fit, neque suspenditur in futurum.*

QVÆSTIO CXLI.

LOcator ob sterilitatem in fructibus rei locatæ contingentem debet cõductori remissionem pensionis sibi promissæ facere, si sterilitas conductori intolerabile damnum afferat, quando vero sterilitas esse debeat, propter quam quoad mercedis remissionem locator conductori facere teneatur,
1 dissentiunt Doctores, vna habet opinio arbitrio iudicis relinquendum esse, quando sterilitas dicatur, per adducta à Bellono Casaleose, *cons. 21 in fine post Barba. in c. propter sterilitatem.*

2 Alia succedit sententia quod attendatur opinio vulgi, secundum quam iudicari debet, quando sterilitas extare dicatur, *Alex. cons. 28. n. 12. vol. 1. & cons. 3. n. 6. eo. vol. & cons. 107 n. 18. vol. 7. sequutus Salic. in l. licet C. loc. dicentem ita communiter teneri & seq. Cyn. cons. 178. n. 26. vol 2.*

3 Tertia accidit opinio, quod tunc remissio fieri debeat, quando conductor non percepisset dimidiam partem eius quod solitum est percipi, quam approbant præcitati cum multis aliis relatis in additione ad Alex. *d. cons. 3. vol. 1.* quam etiam probat Petrus de Vbaldis, *tract. de duobus fratrib. parte principali 11. n. 117. Capicius Decis. 88.* & communem veramque opinionem dicit Hieronym. Gigas, *tract. de pension. eccl. quæst. 62. n. 16. & sequentibus*, vbi alias opiniones reprobat.

4 Quarta subintrat opinio, quod tunc sterilitas dicatur vel intollerabile damnum, quando conductor deductis expensis ex fructibus perceptis, reperitur læsus vltra dimidium pensionis promissæ *Ant. cons. 52. n. 1. in fi. Maria. Soc. Iun. cons. 68 n. 9. vol. 2. Ruin. cons. 81. n. 1. vol. 1.* & est communior secundum Aret. præallegatum, & magis quoque communem dicit Pari. *cons. 39 n. 23. vol. 1.* & hæ duæ posteriores sententiæ concordare videntur, atque in idem tendere, merito sequendæ vti communiores, & si quando discordarent, tunc iudicis seu boni viri arbitrium præponderare existimo, vt pote quod à lege intollerabile damnum declaratum non reperitur, *arg. l. de pretio, ff. de publican. & l. vnica, §. fin rem. C. de caduc. tollend.* Quid enim si conductor supra dimidiam eius quod solitum est per[cip]i, fructus recollegit, quorum valor ad dimidiam pensionis non ascenderet remissionem admittere, secundum vltimam opinionem quamuis penultima eam non admittat, & quid si minus dimidia fructuum recol[legerit], quorum valor dimidiam pensionis excedit remissionem non concederem secundum vltimam sententiam. Quare iudex calculum fructuum, & extimationem eorum perpendens vnam vel alteram seq[uatu]r sententiam, quando inuicem discordant, si autem conueniunt, vt quia infra dimidiam diminutio fit, tamen in quan-

in quantitate fructuum, quam in pretio eorum, proculdubio facienda est conductori remissio, atque si quantitas fructuum, & valor eorum dimidiam excedit, conductori deneganda est remissio, nisi excessus esset in modico, quia de modicis non est habenda ratio, atque parum, & nihil non differunt, *leg. scio Digest. de restitut. in integr.* & plenius comprobatur supra *recollecta 55. numero 8.* sed quid si primo conductionis anno, sterilitas erit, numquid eo anno remissio mercedis fieri debeat, an expectari debet finis locationis, & euentus sequentium annorum, si forte superueniat vbertas, itaque facta compensatione sterilitatis cum vbertate sequenti, non erit remissioni locus, dic quod remissio fieri debet anno illo, quo sterilitas superuenit, neque differtur in annos venturos. Nam si sequentibus annis vberes fructus erunt, adeo quod facta computatione cum vbertate sequenti, non est remissioni iam factæ locus, non obstante remissione antea facta, integram pensionem locator exigere potest, etiam eius anni quo remissio facta fuit. Præmissa probantur *ex l. si vno in princ. ff. locati & l. licet C. eo. iunctis ibi notatis, & confirmat in d. l. si vno Odofred. & tenet Antonius de Butrio in c. propter sterilitatem. colum. penult. vers. quaero an debeat, de locat. & expresse quoque volunt Bald. & Sal. in d. l. licet, Rom. cons. 432.* Hinc sequitur, quod si ad triennium facta est locatio, si quidem vltimo anno sterilitas superuenerit computatio fieri debet cũ annis præcedentibus, & sic constabit, an sit remissio facienda, an non.

At si primo anno sterilitas erit, eius anni remissio fit, si secundo conductionis anno sterilitas erit, pro eo anno fit remissio, nisi vbertas primi anni remissionem tunc petitam excludat, atque si postmodum tertio anno superuenit vbertas, remissio facta anno primo vel secundo retractatur, & integram exiget pensionem locator primi vel secundi quoque anni, vt præmissa comprobantur ex iis, quæ supra per discursum adducta fuere. Et si quispiam in hoc articulo plura scire cupiat, videat Bart. Bald. Alber. Sal. & Paul. *in l. si vno §. item cum quidam ff. loc. & in l. si quis domum, & in l. conducto § ius maior. ff. eod. Roman. cons. 432. Bertrand. cons. quinquagesimo quinto, volum. 2. Bertach. tract. de Gabellis par. 2. quæst. 25. Paris. in additione ad Bart. in l. licet C locat. Aldobrand. in addit. ad summam Orlandini de locat. omnino Bossium tit. de remissione mercedis conductoris.* Vbi plenissime ad ipsum in contingentia facti recurrito.

Nota tamen ad remissionem pensionis excludendam id, quod habetur *in cap. maiores 16. q. 7.* vbi dicitur maiores nostri ideo copiis abundabant, quia decimas Deo dabant, *& in cap. to. ead. causa. q. 1.* habetur si decimam dederis abũdantiam fructuũ recipies, per quæ iuxta Bened. Canophilus *methodo fori & poli reg. 28.* inquit, qui decimas Deo non tribuit, remissionem ob sterilitatem non meretur, quia sua culpa sterilitas euenit, quod saltem per participationem aliorum, honorem sic Deo subtrahentium, verum esse opinor, & allegat Dd. *in c. propter sterilitatem de locato.*

S V M M A R I A.

1 *Emptor rei furtiuæ consulte emit cum protestatione quod nomine domini emit.*
2 *Contrarium quinque rationibus hic firmatur.*
3 *Prima opinio limitatur procedere in duobus casibus.*
4 *Prima opinio approbatur rationibus de quibus hic.*
5 *Contrariis responsio datur.*
6 *Plures enumerantur qui primam tenent sententiam.*
7 *Quæ procedit in emptore probatæ vitæ alias secus.*

QVÆSTIO CXLII.

1 EMptor rei furtiuæ consulte emit cum protestatione quod nomine domini emit, vt illam ipsi conseruet & quod ei rem restituere paratus est pretio sibi restituto, vt voluit Host. *de pænitentiis, & remiss. §. quid de prædam inuentib. vers. quid si quis emit & §. quid de furtibus vers. nisi forte,* cuius auctoritate freti ita tenuerunt Cepol. *cautel. 10. incipiente si quis emit rem furtiuam, Ias. in l. si pretium in finalibus verbis C. de proc. Aufr. in add. ad Capel. Tolos. decis. 151. Affl. in §. raptorib. n. 18. de pace iuramen. firman. in vsibus feudorum.* vbi hoc verum esse declarat, quando modico pretio res furtiua empta fuerit, quoniam vtiliter negotiũ domini gessisse dicitur emptor, & dicit ita in magna Curia vicariæ obtentum fuisse.

2 Contrariam †opinionem quod hæc protestatio non releuet emptorem, quin res furtiua penes emptorem existens vendicari possit à domino, etiam pretio emptori non refuso, plerique tenent infra allegandi, pluribus moti rationibus, quarum prima est, quod homines ad delinquendum, & furta committendum inuitantur, emptores rerum subtractarum de facili inueniendo, eosque ad emendum habilitando, remedio protestationis huiusmodi, *arg. l. cõuenire ff. de pact. dot. l. in fundo ff. de rei vẽd. cum simib.* Secunda ratio est, quod id quod nostrũ est sine facto nostro à nobis non debet auferri, neque libera rei suæ vendicatio ex protestatione emptoris potest impediri, *l. id quod nostrum ff. de reg. iur. cum concordantibus.* Tertia adducitur ratio, quod ex præmissa protestatione arguitur emptoris dolus, cum ex hoc coniectura capi possit, quod rem furtiuã habet, vel eam furtiuam esse suspicatur, *gl. in l. si quis sub conditione ff de cond. inst.* Quartam adduco rationem, quod protestatio voluntatis declaratoria nihil operatur in iis quæ non pendent à voluntate protestantis, sed à voluntate alterius, vel à dispositione iuris. *Bart. Ias. & alii in l. non solum §. morte ff. de nou. oper. nunt. & habetur in c. cum M. Ferrariensis. de const.* Quintam adduco, quod quando per protestationem me exonero, & alius cadit in captionem, tunc protestatio alteri non nocet, nisi sibi sit notificata, & si est incertus, protestatio publice proponi debet, *Bar. & alii in d. §. morte, canonistæ d. c. cum M. Ferrariensis.*

Neque hæc opinio auctoritate caret, eam enim firmat Marius Salamonius Albertiscus, *in rep. l. omnes populi num. 9. ff. de iust. & iure Alciat. tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 29.* qui dixit quod alia opi-

nio non habet legem, nec bonam rationem, *Egidius Bossius Mediolanens. tract. de furt. n. 50.*

3 Placet tamen † prima opinio, quod emptor cum protestatione secure emat, quæ si non legem habet, tamen rationem, & plurium ac grauiorum virorum auctoritatem, & primo ea fauet bono publico, eo quod mercatoribus securitatem præstat in mercibus, & aliis quæ cadunt in commercium, alias nimis commertia ipsa restringerentur, & periculosum esset mercatoribus, & bonæ fidei emptoribus, in nundinis, in publicis foris, vel alibi cum forensibus & sibi ignotis contrahere, ea vero quæ publice omnibus prosunt, iis quæ quibusdam vtilia sunt præponi debent, *authentic. res quæ. Codic. communia de legat.* Secundo facit quod officium suum nemini debet esse damnosum, *l. si seruus §. quod vero. ff. de furt.*

4 Emptor autem qui rem furto subtractã suspicatur, & emit eo animo, vt rem domino conseruet, erga dominum officiosus esse dicitur, maxime si minori pretio quam sit rei valor acquisiuerit, prout communiter contingere in huiusmodi casibus solet, ad quod argumentum præstat Bart. *in l. falsus § qui alienum. ff. de furt. quem sequitur Fel. in c. cum dilectis. de accus.* quod retaliena inuentor id quod in ea impēdit refarciri sibi à domino debet, & in his terminis Afflict. supra relatus loquitur, qui licet subdat aliud esse, quando res empta fuit quantum valet, ego tamen omni casu idem esse reor, per ea quæ infra adducentur. Tertio hæc opinio dominis in conseruatione rerum suarum fauere dicitur, quia forte vel ratione affectionis vel alicuius singularis interesse domino expedit rem habere restituto eius pretio, quod interesse singulare vel affectionis multipliciter cōsiderari potest, *vt not. in l. fin. C. de sent. qua pro eo quod interest pro fer.* Quarto tametsi nullius interesse ratio considerari possit, nihil emptor domino nocuit, cum res furto sibi subtracta iã esset, quoad ipsum perdita, neque eius amplius rehabendæ spes saltem probabilis subesset.

5 Non obstant quæ in contrarium adducuntur, & primo ex protestatione emptoris ad delinquendum homines inuitantur. Respondetur quod actus iste non tendit principaliter ad delictum, seu delicti occasionem dandum, quoniam emptor magis intendit rem domino conseruare, si id sibi expediat, alioquin sibi retinere si ipsi non expediat. Idcirco potius attenditur id quod principaliter agitur, *l. non omnis ff. si cert. pet.* & delictum non præsumitur, *l. merito ff. pro socio.*

Secundo non obstat regula, id quod nostrum est sine facto nostro non debet à nobis auferri, quia emptor nihil domino aufert, sed oblatum ipsi conseruat. Tertio non obstat quod ex ipsa protestatione dolus arguitur emptoris, quia imo emptoris bona fides arguitur, dum rem de manu furis eripit, & domino ipsam seruat.

Quarto non obstat quod protestatio non releuat in his, quæ non pendent à voluntate protestantis, sed alterius, aut à dispositione iuris, quia imo hoc pendet à voluntate emptoris, an sibi & proprio nomine, an domino, seu nomine domini rē acquirere intendat. Non insuper hoc dependet à dispositione iuris, quoniam licet per *l. 2. C. de furtis,* cautum sit, quod emptor rei furtiuæ sciens vel ignorans, eam domino restituit pretio emptori non restituto, hoc procedit, quando emptor suo nomine acquirit vt sibi retineat emitque absque protestatione, sed hic quæritur, quando rem Domino acquirit, & protestatur quod vt domino eam seruet emit, non igitur ex eo textu ad casum hunc potest inferri. Non obstat id quod quinto loco opponitur, quoniam ex protestatione præmissa dominus in aliquam captionem non incidit, cum protestatio nihil domino nocuit, postquã res pro derelicta erat iam à domino habita, sed tantum prodesse potuit ratione forte alicuius particularis domini interesse, & ex his prior opinio quæ emptori fauet prævalere debet.

6 Et quamuis contra emptorem teneant Marius Salamonius Alciat. & Bossius præcitati, priorem tamen sententiam tenet Hostiensis, Pisan. Cæpoll. Ias. Aufrer. & Afflict. prællegati, qui numero, & pondere sententiam alteram tenentes superant, & præterea in magna curia vicariæ ita iudicatum fuisse testatur Afflict. eandem quoque tenent Ang. *in verbo restitutio. 2. n. 5. Siluester eodem verbo 3. n. 7. versi. quartum sanctus. Antoninus parte 2. tit. 1. capitulo duodecimo, §. 16.*

7 Et † hac opinione retenta declaratur proculdubio procedere in rebus emptis de præda seu de bello iniusto, in quib' terminis loquitur Hostiens. Secundo procedere sine dubio declaratur, quãdo protestatio ab emptore publice facta fuisset per proclamata, vt ponit Egidius Bossius, vbi supra, allegans Fel. *in c. cum Dilecti numero septimo, de accus.* vbi inquit quod inuentor rei alienæ vt euitet suspitionem furti, debet præconizari facere inuentionem, & si quid inuentor expendit, recuperat à domino pro quibus facit, licet Bossius non allegat, quod dictum fuit de protestatione præconizanda, quod ea personis incertis nocet, ex Bart. & aliis *in d. §. merito.*

Tertio sine dubitatione procedat, quando res vili emitur pretio, vt Affl. præcitatus confirmat, cæterum extra hos quoque casus regulariter hoc verum esse arbitror per ea quæ supra, quia cōmercia liberiora & securiora redduntur, quia emptor rem suam domino conseruat, quia domini interesse potest ob rei affectionem, & quia emptor nihil domino nocuit, cui si non expedit rem habere, restituto pretio ipsam emptori dimittat. In hoc tamen plurimum qualitatem personæ emptoris attendēdam esse censeo, nã prædicta locum haberēt in viro bonæ opinionis & famæ, secus autē dicendum est, si emptor esset malæ opinionis & solitus in huiusmodi delinquere, *arg. eorum quæ tradit Bald. in d. l. 2. C. de furt.* vbi ait, quod solitus à furibus emere suspectus habetur, & torqueri potest, sequitur Angel. *de malef. in verbo etiam testem numero 28.* At in mercatore legali, vel alio probatæ

vitæ allud respondendum est, nõ posse ipsum nec
criminaliter molestari, nec ciuiliter agendo, ad rei
restitutionem compelli, nisi prætio sibi restituto, à
domino rem suam vendicante, cui probandi on⁹
incumbit emptorem malæ opinionis esse, vt resti-
tutionem dominus obtinere possit absque prætii
restitutione.

S V M M A R I A.

1 *Emptor ignorans rem alienam esse, furtum non commit-
tit, neque peccatum pariter.*
2 *Emptor dubius ex leuibus indiciis, an res furtiua sit ex-
cusatur.*
3 *Facta diligentia in perquirendo, an res furtina sit,
emptor excusatur.*
4 *Si emptor dubius existens emit, vt domino rem seruet,
excusatur.*
5 *Multo magis, si promisit protestationem, de qua in re-
collecta.*
6 *Dubitans, errans, ignorans, & nesciens, in quo diffe-
rant.*

QVÆSTIO CXLIII.

SCholastici vero sacræ Theologiæ magistri rem
hãc perstringentes triplici distinctione ipsam
dilucidant, dicentes: Aut emptor rem furatam, vel
raptam emit, sciens rem esse talem, aut ignorauit
furtum, vel rapinam, aut dubius fuit, an res sit, vel
non sit furtiua. Et primo casu respondent, quod
emens scienter rem furatam, non eo animo, vt sibi
lucretur, & retineat, sed vt ipsam domino restitu-
at, recepto tamen pretio, quando alias dominus
rem suam recuperare nullo modo posset, vel non
ita de facili, furtum non committit, *vt est text. in l.
falsus. §. qui alienum. ff. de furtis* ibi, *tulit non vt lucretur,
sed redditurus ei, cuius fuerit*, & paulo infra, *si hoc ani-
mo, vt saluum faceret domino, furti non tenetur*, & facit
gloss. *in c. cum dilecti. §. finali. in verbo dilapidatione de
accusat.* & expresse probatur *in c. rapinam 14. quæst.
5.* & est ratio, quia vtiliter negotium domini gerit,
atque in foro animæ creditur emptori de sua con-
scientia, in foro tamen contentioso nõ crederetur
ei nisi publice hoc protestetur, & quod protesta-
tio releuet, probat tex. *d. §. qui alienum*, ibi, *solent ple-
rique*, Si vero emit, vt sibi retineret, lucrumque ex
ipsa re faceret, subiacet dispositioni *l. 2. C. de furtis.*
1 Aut † emptor in bona fide fuit ignorans rem fur-
tiuam esse, tunc excusatur à peccato iniustæ de-
tentionis, & à debito restitutionis, commodita-
tesque, vel fructus ex ipsa re perceptos suos facit,
at vbi superuenit scientia, quod res erat aliena, ex
tunc cum iactura pretii obligatur ad restitutionẽ,
vna cum omni commoditate, atque fructu à tem-
pore malæ fidei percepto, neque ignorantia iuuat
eum, quia cautius negotiari debuit, vt est decisum
in dict. l. 2. Cod. de furtis.
2 At si † emptor dubius sit, an res furtiua sit, vel
ne, in pluribus casibus excusatur, vt furti notari
non possit. Et primo quidem si furti dubium or-
tum habet ex leuibus indiciis, vel remotis, aut in-
differentibus, huiusmodi dubium spernendum
est & excusatur emptor, vt probat *c. finale de vsuris,
iuncta glossa in verbo dubitatur.* Sin autem dubium est
vrgens, atque probabile, quia concurrunt signa
non leuia, vt si communiter à viris prudentibus
indicatur, & creditur rem furtiuam esse, vel si quis
emit à milite missale, vel calicem, vel à viro pan-
noso aurum, vel sericum, tunc non excusatur em-
ptor, tam in foro animæ, quam in foro iudiciali,
dominusque superueniens compellit emptorem
3 ad rei restitutionem non reddito sibi pretio. Se-
cundo excusatur emptor, si dubius existens, prius-
quam emeret præmisit diligentiam in inuesti-
gando, an res furtiua sit, & veritatem reperire non
potuit, aliud vero si diligentiam non adhibuit,
quia tunc affectator ignorantiæ, non est expers
scientiæ, inquit text. *in c. cum inhibitio. §. quia vero. de
clandest. desponsatione.*
4 Tertio † excusatur emptor, si dubitans rem ali-
enam esse, eo animo emit, vt domino rem suam
conseruet, vtique tunc in bona fide versatur, & v-
tiliter gerit negotium Domini, quẽ verosimiliter
credit non fore inuitum, maxime quando paruo
pretio de manu furis recipit rem, quippe tunc nõ
peccat, neque furti reus est, si reperto domino pa-
ratus est rem suam ipsi restituere, recepto pretio,
quod expendit. Et si dominus non inuenitur, de-
ducto eo, quod expendit, dandum est pauperibus
pro anima illius, cuius res est, porro cum simplici-
ter sic rem furtiuam acquirit, in foro fori onerat
seipsum, in probando, qua intentione, quoue a-
nimo emerit, hoc est, an sibi vel domino acquisi-
uerit, at in foro pœnitentiali, statur suæ asserti-
5 oni, vt supra, & infra quoque dicetur. Quarto †
tutius excusatur emptor, si promisit protestatio-
nem, seu animi declarationem, quod emit eo ani-
mo, & intentione, vt suum domino conseruet,
quæ quidem protestatio cum scienter ementem
excuset, vt præmissum est, multo magis proderit
ei, qui dubius fuit, sibique per protestationem
consuluit. Probantur hæc ex iis, quæ scribũt Alex.
de Ales *p. 4. quæst. 89. membro 3. & Gabriel Biel in 4. di-
stinct. 15. quæst. 3. dubio 5. S. Antoninus lib. 1. titu. §. 16. Me-
dina tomo 2. quæst. 10. & ante eos Hostiens. de pœnitent. &
remission. §. quid de rapina, cum sequenti, & §. quid de fu-
ribus*, & summistæ sequuntur vt præmissum est in
verbo restitutio, licet ipsi aliquantulum confuse
6 loquantur. Et ad † præmissorum declarationẽ ad-
do, quod dubius est, qui applicat animum ad plu-
ra, & nescit quid eligat, errat qui credit vnum, &
est aliud, ignorat, qui nihil scit, sed scire tenetur.
Nescit qui scire non tenetur *gl. in l. de statu. ff. de test.*
Quocirca ad principalem quæstionẽ redeundo,
vera sit conclusio, quod emptor rei furtiuæ, cum
protestatione præmissa securus emit in foro iudi-
ciali, at vero in foro animæ, absque protestatione,
standum est emptoris conscientiæ, quo animo e-
mat, an inquam sibi, vel domino, & si sibi emere
intendit, peccat, siue sciens, siue dubitans fuerit,
cum obligatione restituendi rem, atque pretium
non recuperandi, si vero domino emit, pretium
non admittit, sed si dominus non comparet, illud

ſibi retinet, reſiduo pauperibus diſtributo, & ſi poſt diſtributionem appareat dominus, liberatus eſt emptor, qui diſtribuit præmiſſis debitis proclamationibus & diligenti inquiſitione, vt ait Syluester *in verbo reſtitutio 3. §. 7. verſ. 5. poſt alios, de quibus ibi.*

S V M M A R I A.

1 *Additione hæreditatis confunduntur pro rata portionis hæreditariæ actiones hæredis contra defunctum competentes.*

2 *Quamuis portio hæreditatis minor ſit quam hæredis creditum.*

3 *Hæres defuncti factum impugnare non poteſt.*

4 *Compenſatio præſumitur quando neceſſarium eſt teſtatoris debitum.*

5 *Et quando iuſsit hæredem nihil vltra petere poſſe, vel quando expreſsit vt obuiaret diſcordiis.*

6 *Et tunc compenſatio fit, nedum pro rata, ſed cum toto hæredis credito.*

7 *Teſtatoris voluntatem explorare difficile eſt.*

8 *Inſtitutio non trahitur ad bona hæredis.*

9 *Hæres inſtitutus in quota bonorum præcipuum habet ius creditum.*

10 *Teſtator præſumitur de iure ſibi competenti diſponere.*

11 *Teſtator ſi iuſsit bona ſua dari pauperibus, bona pupilli non veniunt.*

12 *Pater ſi iuſsit bona ſua æqualiter diuidi, bona filiorum materna non comprahenduntur.*

13 *Hæres non tenetur approbare factum defuncti, quando tendit ad ipſum fraudandum.*

14 *Limitationes ad regulam præmiſſam remiſsiue ponuntur.*

15 *Renuntiatio ad ignorata non trahitur.*

16 *Renuntiatio fideicommiſsi non tenet, niſi cognitis verbis teſtamenti.*

17 *Renuntiatio fideicommiſsi in forma præmiſſa per errorem facta non nocet.*

18 *Hæreditatis aditio quando vim ſolutionis non confuſionis habeat.*

19 *Hæreditatis aditione confunduntur actiones perſonales non reales.*

20 *Sed & aliis remediis fideicommiſſum conſequitur ſicommiſſarius.*

21 *Ante reſtitutionem fideicommiſſario non competit actio.*

22 *A primo fideicommiſſario in ſecundum tranſit actio abſque reſtitutione.*

23 *Neque ſecundus Trebellianicam deducit.*

24 *Ne fideicommiſſum annihiletur.*

25 *Hæres voluntarius compellitur ad reſtitutionem fideicommiſsi.*

26 *Fideicommiſſario datur actio abſque reſtitutione de æquitate canonica.*

27 *Debitum neceſſarium dicitur quod à lege abſque facto hominis oritur.*

28 *Hæres inſtitutus in quota, non plus grauari poteſt quàm ſit honoratus.*

QVÆSTIO CXLIIII.

1 SEmpronius à fratre pro dimidia heres inſtitutus hereditatem fraternam adiuit abſque beneficio legis & inuentarii, ideoque iura ad fideicõmiſſum paternum Sempronio contra fratrem cõpetentia per obitum fratris ſine filiis maſculis defuncti ſublata videntur & confuſa, pro rata portionis hæreditatis fraternæ, quoniam aditione hæreditatis, confunduntur actiones hæredi contra defunctum competentes, *l. Vranius ff. de fideiuſſ. l. debitori C. de pact. & eſt tex. in l. Lucius in princ. ff. de leg. 1. Alex. conſ. 165. volum. 3.* non enim actiones actiuæ & paſſiuæ in eodem ſubiecto concurrere poſſunt, ne quis ſit ſibi ipſi obligatus, *Bald. Alex. & reliqui d. l. debitori. C. de pactis.*

2 Et † id quidem verum eſt, quamuis dimidia hæreditatis fraternæ minor ſit quam fideicommiſſum paternum Sempronio debitum, non enim quantitas, ſed quotitas attenditur, glo. & poſt eam Cyn. Bald. Ang. Sal. & Paul. *in l. cum à matre C de rei*

3 *vend.* Secundo hæres † pro ea parte qua defuncti perſonam repræſentat factum eius impugnare nequit, *d. l. cum à matre C. de rei vend. l. ſi ab eo C. de negoc. geſt. Bertrand. conſ. 8. vol. 1. & conſ. 341. n. 2. volum. 2.* tum quia quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, *l. vendicantem. ff. de euict.* tum quia ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum non poteſt improbare, *l. ex qua perſona, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur.*

4 Tertio † debitor qui creditorem hæredem inſtituit, ſi ex cauſa neceſſaria debitor exiſtat, præſumitur id feciſſe in compenſationem eius, quo hæredi tenebatur, *l. ſi cum dotem §. ſi pater, ff. ſolut. mat. l. ſi compenſandi C. de hæred. inſtit. Dilect. de arte teſtan. tit. de leg. cautel. 5.* & in indiuiduo Io. de Anania

5 *conſ. 3. per totum, & probat ibi Bolog. in additione.* Quarto compenſatio inducitur, quando ex tacita, & cõiecturata mente teſtatoris id colligitur, & coniecturæ adducuntur, veluti ſi teſtator iuſſerit hæredem eſſe tacitum, & contentum diſpoſitis ab eo, & nihil vltra petere poſſe, vel etiam ſi dixerit id facere, vt obuiaret diſcordiis, quæ inter cohæredes oriri poſſent, *Alex. & alii d. l. ſi cum dotem. §. ſi pater, ff. ſolut. matr. Cuma. conſ. 234. n. 2. Corn. conſ. 115. vol. 4. Aym. conſ. 131. in fine, & conſ. 149. Dilect. d. caut. 5. in fine.*

6 Tunc † enim ſi creditor hæres inſtitutus hæreditatem ſui debitoris ſimpliciter adit, vel legatarius legatum agnoſcit, compenſatio inducitur non ſolum pro rata debiti, & crediti, ſed etiam cum vniuerſo hæredis credito, *d. l. Lucius. in fine principii, vbi caſus. ff. de leg. 1. & poſt alios Alexand. d. §. ſi pater, & d. l. ſi compenſandi, & conſ. centeſimo trigeſimo ſecundo, numero ſecundo. Paul. de Caſtro conſ. centeſimo nonageſimo tertio, in fine volum. 2. Rum. conſ. 166. num. 18. volu. 3. Bertr. conſ. vlt. n. 7. vol. 3. parte 1. Dilect. vbi 5. n. 3* tantienim creditum ſuum hæres æſtimaſſe cẽſetur, *l. Imperator §. ſi centum. ff. de leg. 2. cum ſimilib. de quibus per gloſſam ibi, in verbo offerat.*

Quinto contra fideicommiſſarium hæredem à fratre inſtitutum, conſuluerunt Io. de Anania *d. conſilio tertio & plenius Nicolaus Bellonus Caſalen.* qui de Anania non meminit *conſ. 19. per totum volum. 3.* vbi hanc eandem opinionem validis tuetur rationibus & auctoritatibus, ex quibus ad fauorem filiæ

teſtatoris

testatoris contra patruom eius coheredē respon-
7 dendum videretur. Contrariam † sententiam probabiliorem arbitror, tametsi de re difficili periculosaque agatur, vbi exploranda testatoris voluntas est, vt exorditur Curt. antiquior, *cons. 40.* Hinc Bald. dixit *in l. precibus nu. 23. C. de impub. & alis subst.* quia testatoris animum non videmus, ideo difficultas nobis oritur, & veluti longe distantes speculamur. Proinde sequor Baldi consilium *in dict. l. precibus,* dum inquit, tuo capite non formes tibi opinionem, sed ex textu aut glossa, quibus inhæreas sicut ducens nauem Timooi, ant Bononienses carroccio. Et pro Sempronio qui fideicommissum paternum detrahere intendit, faciunt incepta.

8 Primo bona fideicommisso subiecta apud fratrem Sempronii coheredē paternum, fuerunt loco æris alieni fideicommissaria debiti, *l. irritum vbi casus. C. ad l. falcidiam Dec. cons. 425. n. 12.* neque fideicōmissarius hæres institut' fideicōmissi bona capit ex testam. fraterno, sed ex testam. paterno, *l. vnum ex familia §. 1. ff. ad Trebell.* ibi quid enim est quod de suo videtur reliquisse, qui quod reliquit omnino reddere debuit, generalis enim institutio non trahitur ad bona hæredis, sed à bonis testatoris, hæredis bona separari debent, *Bal. cons. 236. n. 2. volu. 2. Paul. de Cast. cons. 441. n. 1. & plenius prosequitur Aym.*
9 *cons. 144. col. 1. & 2.* Secundo † hæres institutus in quota bonorum salua habet iura in bonis defuncti sibi competentia, imo etiam ad reuocandum bona hæredis à defuncto alienata admittitur, neque contra factum defuncti venire debet, cum bona ære alieno deducto dicantur, *l. subsignatum §. bona ff. de verb. significa:* Ita quod præcipuum habet creditum, quod à defuncto sibi debetur, *Bald. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. matr. Ias. in auth. preterea nu. 26. C. vnde vir, & vxor, Marsil. singulari 16. incip. tu scis. Capra cons. 143. n. 10.* vbi communiter dictum Bald. teneri refert Corn. *cons. 127. n. 5. vol. 3. Dec. cons. 425. vbi*
10 *communis n. 15.* Tertio † testator præsumitur de iure sibi competenti disponere voluisse maxime quando dispositioni adiicitur prooomen meum, vel suum, vt post Bart. & alios tenent Soc. Ias. & Rip. per illum textum *in l. serui electione §. cum fundus ff. de leg. 1. Aret. in §. non solum n. 5. inst. de leg. Corn. cons. 169. n. 6. vol. 3. Aym. d. cons. 144. n. 8. vol. 1.* Hic vero testator in omnibus suis bonis sibi hæredes instituit eius filiam, & fratrem, igitur de suis tantum bonis testatus
11 est, non vero de bonis fraternis. Ad hæc † quarto loco facit, quod si pater iusserit quandocunque sine liberis filius eius impubes decesserit, bona sua vendi & pauperibus dari, in substitutione non contiocretur pupillaris, si fideicommissaria tantum, quia substitutio ad bona testatoris refertur, neque de bonis pupillaribus disponere voluisse censetur, *Sal. in l. precibus nu. 26. secutus Bald. ibi C. de impuber. & alis subst. Ripa in l. Centurio n. 105. & n. 120. & 135. ff. de vulg. & pupill.*

12 Quinto † vbicumque pater mandat inter filios omnia bona æqualiter diuidi debere, alter eorum si prædium maternum habeat, illud oon tenetur commuoicare, quooiā verba illa *omnia bona* restringuntur ad bona testatoris, *Bar. in l. si pater §. dulcissimis ff. de leg. 2. iunctis iis qua adducit Fab. de Giocbis*
13 *in rep. auth. nouissima C. de inoff. test.* Sexto † quandocumqne defuocti factum tendit ad fraudandnm hæredem in iure sibi debito, hæres illi contrauenire potest, *l. 2. C. si quid in fraud. patroni,* vbi per illum textum ita tenet Bart. Bald. Alber. Sal. & Paul. & ita quoque consuluerunt Bald. *con 215. n. 1. volum. 2. Curt. sen. cons. 1. in fine,* & plerique alii quos adducit Tiraq. *de retr. consang. §. 1. gl. 9. n. 57.* Quodque factum defuncti hæres approbare non teneatur, si in iure sibi à defuncto debito fraudari eum contingat, tenuit præterea Bald. *in l. si pater. C. de inoff. donat. & habetur inter cons. Paul. de Castr. cons. 197. volu.*
14 *2. Idem Paul. cons. 448. in fin. eo. vol.* Alias † insuper limitationes ad regulam, quod hæres facto defuncti contrauenire nequit, ponit Gram. *decis. 93. fere per totum, Alex. cons. 10. vol. 5. Corn. cons. 301. vol. 1. & Aym. cons. 200. n. 5. & seq. vol. 1.*

Cum igitur testator sententiam haberet fideicommissi per eum Sempronio suo fratri debiti, cuius ignorans frater erat, eiusque ignorantiam ootam testator habebat. Hinc testatoris fraus, & animus decipiendi fratrem deprehenditur, qui de fideicommisso in testamēto suo specificam mentionem facere recusauit, sed sub inuolucro verborum de eo sensisse videtur in deceptionem futuri hæredis ignorantiam fideicommissi habentis.

15 Septimo expressa renuntiatio ad ignorata oon trahitur, *l. tres fratres. vbi not. ff. de pact. Soc. cons. 103. n. 2. Dec. cons. 180. n. 7. Paris. cons. 12. n. 78. vol. 2. Ruin. cons. 16. n. 1. vol. 4.* Multo ergo minus hoc operari potest tacita renuntiatio, quæ oritur ex aditione hæredita-
16 tis inconsulto facta. Sed si † expresse fideicommisso paterno Semprooius renuntiasset renuntiatio ooo teneret, nisi inspectis & eogoitis verbis testamenti vel corporis oculo, vel saltem oculo intellectus, vt quia de contentis in testamento informatus, ea rimatus esset. *Soc. cons. 214. nu. 2. volu. 2. Paris. d. cons. 12. n. 28. vol. 2. Ruin. cons. 156. in princ. vol. 3. Soc. Iun. cons. 98. n. 5. vol. 2.*

17 Quin etiam si in rennotiatione de fid. facta expressum foret inspectis & cognitis verbis testamēti, idque per errorem, eum vere contentorum in testamēto specificam nō habuerit sententiā, vtiq; renuntianti succurrendum esset, *Alex. cons. 188. n. 8. vol. 2.* refert, & alios adducit Maria. Soc. Iun. *d. cons. 98. n. 18. vol. 2.* Quanto magis id verum erit in præsumpta renuntiatione, ex præmissis ergo ad fauorem fideiussoris respondendum arbitror. Nec ob-
18 stat † quod hæreditatis aditione confunduntur actiones cootra defunctum hæredi competentes, hæredi enim damnosum foret confusionem induci, tunc successio uim solutionis, non autē coofusionis habet, & hæredis creditum imaginaria solutione tollitur, quoniam tanto minus in hæreditate esse fingitur, quantum hæredis creditum absorbet, *Bartol. Imol. & alii in l. stichum. §. aditio. ff. de solut. Ang. cons. 64. in fine. Corn. cons. 190. n. 7. in fine vol. 2. & plenius Marian. Socin. Iun. cons. 170. vol. 1. & secunda volum. 2.*

19 Secundo † respondetur quamuis hæreditatis a-

ditione confundantur actiones perſonales, ſaluæ
tamen manent reales, & hypothecariæ in bonis
defuncti hæredi competentes, hæ enim non con-
funduntur, nec hæreditatis aditione tolluntur, *per
tex. in l. debitor, vbi poſt alios Alex. ff. ad Treb. Dec. in l. de-
bitori. C. de pact. Neguſan. tract. de pign. 2. membro. ſexta
partis n. 6. Rom. conſ. 276. in princ. Gozzad. conſ. 94. num.
47. Pariſ. conſ. 66. n. 41. volu.* 2. & in terminis quod fi-
deicommiſſarius ab hærede grauato hæres inſti-
tutus in bonis defuncti hypotheraria actione fi-
deicommiſſum conſequi, & retinere poſſit, firmat
Alex. *in l. ita tamen. §. ſi ex Trebelliano, n. 3. ff. ad Trebell.
& conſuluit Soci. conſ. 44. circa fin. vol. 3. Aret. conſ. 147.
n. 5. Bertr. conſ. 126. in fin. vol. 6.*

20 Sed † & rei vendicatione, & publiciana, & poſ-
ſeſſionis condictione id recuperare poſſet, Idem
Soc. *conſ. 33. circa finem. volum. 1. & facit tex. in §. noſtra
autem, inſt. de leg. & in l. 1. C. communia de legat. & auth.
contra rogatus. C. ad Treb. & in ſimili caſu tradit Paul. de
Caſtr. conſ. 193. in 2. dubio vol. 2.*

21 Non † obſtat, quod ante reſtitutionem re ſeu
verbo factam, nulla realis, ſeu hypothecaria com-
petat actio fideicommiſſario, *l. reſtituta, & l. facta in
princ. ad Trebell.*

22 Reſpondeo † quoad partem fideicommiſſi pe-
nes teſtatorem exiſtentis ex portionibus fratrum
prædefunctorum, illæ ſunt integraliter reſtituen-
dæ, neque in eis eſt reſtitutione opus, quia à primo
fideicommiſſario tranſeunt abſque ceſſione in ſe-
cundum fideicommiſſarium vtiles actiones, *l. pen.
§. fin. vbi Bar. Bal. Sal. & cæteri C. ad Treb. Bertr. conſ. 237.
n. 3. vol. 3.*

23 Neque † ſecundus vel vlterior fideicommiſſo
grauatus, Trebellianicam detrahit, *l. 1. §. inde Nera-
tius. ff. ad. Treb.* vbi Bart. Alex. Iaſ. & cæteri Bald. *in l.
cum virum n. 18. C. de fideicom. Iaſ. conſ. 114. volu. 4. Corn.
conſ. 335. in fin. vol. 1. & conſ. 96. n. 8. vol. 2. Soc. nepos conſ.*
24 *129. n. 43. vol. 1.* Cuius † deciſionis & ſi plures addu-
cantur rationes, vt refert Iaſ. *d. §. inde Neratius*, ea
tamen præcipue placet, quam aſſignat Berengari-
us Ferrandus *in rep. l. in quartam nu. 233. ff. ad l. falcid.*
videtur ne fideicommiſſum ad nibilum rediga-
tur. Nam ſi à primo hærede grauato Trebelliani-
ca deducta fuerit, & ab aliis ſucceſſiue fideicom-
miſſariis deducenda foret, diminutum fideicom-
miſſum redderetur & inutile fieret.

25 Secundo † hæres qui ſponte adiuit, compelli à
fideicommiſſario poteſt actione ex teſtamento vel
ſaltem officio iudicis ad reſtitutionem ex Trebel-
liano ſibi faciendam, *Alb. & Bald. in l. 1. ff. de fideicom.*
26 *hæred. pet. Bertrand. conſ. 304 n. 7. vol. 1.* Tertio † de æ-
quitate Canonica ad euitandos circuitus non ex-
pectata reſtitutione, fideicommiſſario competit
actio, *Dec. in c. in præſentia in 2. not. ſequutus Bal. ibi, de
prob. Pariſ. conſ. 12. n. 115. vol. 2. Boer. deciſ. 156 n. 7.* Secũ-
do non obſtat, quod hæres defuncti factum ap-
probare teneatur, quia in caſu præſenti hæres fa-
cto defuncti non contrauenit, qui de fideicom-
27 miſſo hæredi debito non diſpoſuit. Tertio † non
obſtat quod compenſatio fiat cum debito neceſſa-
rio, per ea quæ ſupra, quoniam illud neceſſarium
debitum dicitur, quod ex diſpoſitione legis abſq;
facto hominis procedit, veluti in eo quod lege cau-
tum eſt patrem filio in legitima teneri, liberum pa-
trono maritum diuitem, vxori inopi, & in aliis e-
iuſmodi caſibus, *Bal. d. l. ſi cum dotem. §. ſi pater n. 1. ff.
ſol. matr.* & ita quoque ſentit Aug. Bero. *q. fam. 92. n.
1. & expreſſe ponit Capra conſ. 29. n. 5 & conſ. 43. nn. 5. &
eſt de mente Pariſ. conſ. 69. n. 26. vol. 2. Aym. d. conſ. 131. vlt.
dub. Rui. con. 92. n. 5. vbi cõmuniter hoc teneri refert vol. 5.
Corn. conſ. 127. n. 1. vol. 3.* vbi pariter communem te-
ſtatur, at hic debitum huius fideicommiſſi ex facto
hæredis proceſſit, qui hæreditati paternæ onere fi-
deicommiſſi grauatæ ſe immiſcendo, quaſi con-
traxit cum fideicommiſſario, proinde voluntariũ
huius fideicommiſſi debitum, non vero neceſſari-
um dici poteſt, & compẽſatio allegata ceſſat. Rur-
28 ſus † dato ſine præiudicio veritatis compenſationi
locum eſſe, pro concurrenti rata tantum cõpen-
ſatio fieret, & non vltra, quia inſtitutus in quota
parte non poteſt in plus grauari quam honoratus
fieret, *l. imperator §. cum quidam ff. de leg. 2. vbi Alb. Bar.
& Paul. de Caſt. Bertr. conſ. 57. in fine vol. 3. Rui. d. conſ. 92.
n. 9. vol. 5.* ea ratione quia honoratus probabilem
habere potuit ignorantiam valoris, & æſtimatio-
nis quotæ partis hæreditatis ſibi relictæ ſecundum
prædictos. Quarto de vltimo principaliter non
obſtat conſilium Ioan. de Anania tertium, quoni-
am aut male conſuluit, rationibus, & iuribus, de qui-
bus ſupra, cui adhærere noluit Aym. præallegato
conſ. 131. aut beat, & thema illius, diuerſum eſt à caſu
noſtro, quemadmodum etiam conſilium Belloni
Caſal. diuerſum eſt à themate præſcripto, ſicuti &
conſilium Mari. Soc. Iun. 107. *vol. 3.* Quocirca præ-
miſſis non obſtantibus cõcluſio ſupra ad fauorem
fideicommiſſario facta firma manet.

SVMMARIA.

1 *Heredibus ad res hæreditarias adipiſcendas ſeptem ſunt ordinata remedia.*

2 *Condictio l. ſi. C. de edi. diu. Adr. datur heredi ex teſtamento tantum ſuccedenti.*

3 *Et nedum primo heredi ſcripto, ſed etiam vlteriori.*

4 *Atque etiam heredi ab inteſtato ſuccedenti, heredi ſcripto.*

5 *Edictum diui Adriani admittitur contra titulo poſſidentem.*

6 *Interdictum quorum bonorum non competit contra tit. poſſidentem, ſed contra eum qui pro poſſeſſore vel pro herede poſſidet.*

7 *Pro herede poſſidet qui dicit ſe haredem, & non eſt, pro poſſeſſore vero qui tit. non habet.*

8 *Contra titul. poſſidentem regulariter non admittitur petitio hereditatis, ſed contra pro herede vel pro poſſeſſore poſſidentem.*

9 *Titulus quæſitus poſt mortem defuncti excludit petitionem hæreditatis.*

10 *Et datur ad bona, poſſeſſa à teſtatore mortis tempore.*

11 *Interdictum quorum bonorum competit etiam ad bona tempore mortis non poſſeſſa.*

12 *Petitio hereditatis datur ad bona tempore mortis non poſſeſſa.*

13 Et

13 *Et tam ad res corporales, quam incorporales.*
14 *Libelli formam in edicto diui Adriani remißiue ponitur.*
15 *Libellus in interdicto quorum bonorum.*
16 *Libelli forma in petitione hæreditatis.*
17 *Dominium probandi modus remißiue.*
18 *Directum ecclesiæ dominium qualiter probetur remißiue.*

QVÆSTIO CXLIV.

1 QVoniam in iudiciis sæpe in dubium reuocatur, & quæritur quæ actiones hæredi competant ad res hæreditarias consequendas, pauca hæc annotare volui, tametsi summatim ad instruendum aduocatum, vt actum eligat remedium, diuersa quippe remedia hæredibus prodita sunt ad consequendas res hęreditarias, alia possessoriũ, alia petitoriũ iudicium concernentia, tria enumerat Glos. *in l. finali, in verbo legitimo modo. C. de edicto diu. Adr. tollen.* videl. condictionẽ ex *d. l. final.* interdictũ quorũ bonorum, & petitionẽ hæreditatis; duo alia addit Papien. in forma libelli, quo petitur hæreditas ex testam. q̃ sunt actio familiæ herciscundæ, & fideicõmissaria hæreditatis petitio, & ẽt alia duo referunt Corn. *consi. 1. n. 26. vol. 3. Soc. cons. 33. n. 19. vol. 1.* videl. rei vendicationẽ, & publicianã. De tribus primo enumeratis, vtpote vtilioribus. & quæ magis in iudiciis versari solent erit sermo, tametsi in cõpendium, quoniã omnia ipsorum materiam concernentia non recensebo, sed ea dũtaxat, q̃ in dies frequentius occurrũt, & in caetis agendis fo-
2 rus iuditiarius animaduertere debet Quoad † primũ dic, q̧ venditio *ex l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollen.* datur hæredi ex testam. tantum succedenti, nec venientes ab intestato hoc beneficio gaudent, nã vt inquit Bald. *in eadẽ l. finali n. 38.* Agant iure ordinario, cũ extra ordinem nõ proceditur, vbi certus ordo pręfigitur, & facit q̧ regulariter remediũ extraordinarium cum ordinario non concurrit, *l. in causæ in 1. la 2. ff. de minori. & not. in l. in prouincialis. §. 1 ff. de noui op. nunc.* & q̧ hęres taotũ testamentarius hoc beneficio vtatũ, firmant *in d. l. fin.* Paul. de Castr. *nu. 14.* Alex. *n. 22.* Ias. *n. 23.* Ripa *in rubr. ff. quorum bonorũ,* & est communis opinio, vt Alex. Ias. & Ripa affir-
3 mant. Nedum autẽ primo hæredi scripto hoc beneficium datur, sed etiã secundo, & vlteriori, quia hæres hæredis testatoris est hæres, & hoc eodem beneficio gaudet, vt not. Bart. *in eadem l. fin. num. 11. Bald. n. 38. Sebastianus S. n. 55. Hubertinus Zuccardus n. 236.* vbi inquit quod cum hac conditione scribentes transeunt, cum illam dubitabilem ipse reddat, & cogitandũ relinquat, imo etiam hæredi qui
4 ab intestato succedit hæredi scripto, competit remedium *d. leg. fin.* tamquam transmissum ad eum extra personam hæredis scripti *Bald. in l. veluti col. 1. versiculo sed an mihi. ff. de petit. hæred.* & sequitur Sapia *in d. l. fin.* & Zuccard. quoque *n. 245.* & licet ipsi non allegent, idem videtur esse de mente Bart. ibidem *sub d. n. 11.* vbi inquit, quod hæredes debent ostendere primũ institutum adiuisse, eo casu quo sit necessaria aditio ad transmissionem, & ita trãsmissionem Bart. considerat, & expressim tenuit Bald. vbi supra, & alii supra citati sequuntur. Pro-
3 uisioque diui Adriani competit contra quemlibet possessorem etiam tit. possidentem, *glo. in verbo legitimo d. l. fin.* cum distinctionibus tamen quas ibi tradunt Bart. *num. 20. Salic. n. 19. Ang. nu. 6. Paul. nu. 12. Alex. Ias. & alii,* & in hoc quod aduersus possessorem titulatum edicto diui Adriani experiri potest hæres, plenior est prouisio Diui Adriani, quã
6 interdictum quorum bonorum. Quod † quidem edictũ diui Adriani datur ad bona à testatore tẽpore mortis eius possessa, vel etiam si nõ possederit, sed detentionem tantũ habuerit, idẽ remediũ competit, & idcirco nõ sufficeret probare defunctum in vita sua possedisse, vel tenuisse, nisi tempore mortis possederit, vel saltẽ detinuerit, vt est tex. *d. l. fin. ibi mortis tempore, vbi Glos. in verbo fuerunt, & in verbo legitimo, vbi Bart. n. 3. & col. 7. in princ. Dec. not. 7. Zuccard n. 143.* & licet probãdo in vita defunctum possedisse, continuatio possessoris vsq; ad tempus mortis præsumatur, ista præsumpta possessio non releuat in hoc casu, quin vera possessio de tempore mortis sit probanda, vt firmat Aret. *in l. Pomponius §. accessiones circa fin. ff. de acq. poss. seq. Paris. in additione ad Bart in d. §. fin. nu. 3.* & ita commu-
7 niter teneri dicit Aretin. vbi supra. Libelli formã † in conditione *ex l. fin. C. de edic.* ponit ibi Salic. *nu. 4.* Aretin. *dict. §. quadrupli num. 46.* sequuntur Sapia, *in d. §. fin. num. 43.* vbi eam defendit ab impugnatione Alberici, & Aret. probat etiam Zuccard. ibidem *num. 310.* & Petrus Iac. *in sua pract. super leg. fin. Cod.*
8 *de edicto.* Interdictum † *quorum bonorum* competit heredi, tam ex testamcoto, quam ab intestato succedenti, & in hoc plenius prouidet quam *lex fin. Cod. de edic. diu. Adr. toll. Sal. in leg. penultima in fine. Cod. quorum bonorum. Aret. in §. quadrupuli num. 24. & 43. instit. de action.* & si quis interdicto quorum bonorum experiatur in successione ex testamento tutius agit, quoniã in edicto diui Adr. si testamẽtum sit vitiatum & in prima sui figura suspectum, non potest aliunde extrinsecus adiuuari, & comprobari ad effectum obtinẽdi immissionẽ in possessionem, quia beneficium illud fundatur in notorio resultante ex inspectione testiũ, ideo non est opus inquisitione facti, sed in interdicto quorum bonorum testam. in parte vitiatum, ac suspectum extrinsecus comprobare potest hæres per testes, vel alio legitimo modo, *d. l. fin. nu. 9. Bart. nu. 15. Ang.*
9 *d. §. quadrupli num. 40. inst. de action.* Quod sane † interdictum quorum bonorum admittitur contra possidentem pro herede tantum, vel pro possessore, contra vero tit. possidentem non datur interdictum huiusmodi, *Glos. in rubr. Cod. quorum bonorum vbi Bald. & Sal. Bart. in l. 1. in fine. Cod. eo tit. Aret. in dict. §. quadrupli numer. 35. Ripa in l. 1. 2. notabili. ff. eo.*
10 Is † autem pro hærede possidet qui opinione est hæres, *vt est tex. iuncta Glos. in leg. pro hærede ff. de petit. hered.* vbi Glos. illud adducit, vicinumque pecus grãdius vber habet, id est habere putatur, & illud Euangelium, ego, & pater tuus dolentes quærebamus te, & quoad opinionem pater erat, Bald. vero *in dict. leg. pro hærede* dicit, quod ille possidet pro hærede, qui dixit se esse hæredem & nõ est,

ſiue credat ſe eſſe, ſiue ſciat ſe non eſſe, nam qui
bona vel mala fide aſſerit ſe hæredem, cum non
ſit, pro hęrede poſſidere dicitur, pro poſſeſſore ve-
ro poſſidet, qui titulum non habet ſiue iniuſtum
habet, qui pro non titulo babetur, *§. ſequens diuiſio,*
inſt. de interd. & declarat Aret. in d. §. actionum num. 67.
11 *Iaſ. num. 21.* Atque † interdictum quorum bono-
rum datur etiam ad bona tẽpore mortis non poſ-
ſeſſa à teſtatore, nam ſufficit rem in bonis teſtato-
ris fuiſſe tempore mortis, quia ad eam actionem
habebat, vel exceptionem, *Bart. in leg. 1. nnme. 12. C.*
quorum bonorum. vbi Salic. num. 10. Idem Salic. d. leg. fin.
nnmer. 18. in fine, Sebaſtianus Sapia num. 109. Aret. dict. §.
quadrupli nu. 39. libelli formam in interdicto quo-
rum bonorum ponit † Aret. *in d. §. quadrupli nn. 42.*
in quo petitur, & concluditur reum condemnari
ad rerum reſtitutionem, *Bart. in leg 1. in fine. ff. quo-*
rum bonorum, & quæ probanda incumbunt agenti,
interdicto quorum bonorum ponit Affl. *deciſ. 14.*
num. 3. vbi etiam habes quod exceptio dominii ni-
ſi in promptu conſtet, non admittitur ſecundum
magis communem. Non autem eſt de neceſſitate
narrandum, & articulandum in hoc interdicto,
quod res fuerit à defuncto poſſeſſa, ſed ſatis eſt,
quod fuerit in bonis, & hæreditate, prout hoc
ſentiunt Bart. *in leg. 1. in fine. ff. quorum bonorum* vbi
dicit ſummatim doceri debere bona fuiſſe in hæ-
reditate, Petrus Iac. *in ſua pract. in rubr. de actione in*
factnm, & iuterdicto quorum bonorum formã-
do libellum narrat bona fuiſſe defuncti dum mo-
reretur, Aret. *in §. quadrupli num. 42. inſt. de actio.* nar-
rat rem in bonis defuncti fuiſſe tempore mortis
eius, in eo igitur quod dixerit rem in bonis fuiſſe,
comprehendunt res quas defunctus non poſſide-
bat ſecundum Bart. ita expreſſe tenentem *in leg. 1.*
num. 12. Cod. quorum bonorum, & alios ſupra relatos,
& licet contrarium ſentiat Affl. *deciſ. 14. num. 3.* &
expreſſe Papienſ. in libello quo petitur hered. ex
teſtamento in princ. non tamen à præmiſſis rece-
das ob eorum auctoritatem, & quando res dica-
tur in bonis, vide Neguſ. *de pignor. vlt. parte num. 23.*
13 neque petitio hæreditatis datur contra tit. poſſi-
dentem regulariter, ſed tantum contra eum qui
pro hærede vel pro poſſeſſore poſſidet, *leg. regu-*
lariter, & l. pro hærede. ff. de petit. hered. vbi Alber. Bart.
Bal. Ang. & Paul. fallit tamen in quibuſdam caſibus
ſpiritualibus, vt tradit Gloſ. *in dict. l. regulariter, &*
poſt eam Alber. & in tract. fallent. Soc. in reg. petitio, &
quod contra poſſidentem iuſto, & vero tit. petitio
hæreditatis non admittatur, comprobat Aret. *in*
§. quadrupli num. 35. inſt. de actio. & actionum nnmer. 66.
inſt. eo. vbi & Iaſ. num. 217. Affl. deciſ. 228. Zuccard. d. leg.
fin. num. 463. vbi plene, qui ſingulos caſus poſſeſſo-
14 ris titulatam poſſeſſionem habentis explicat, &
Alex. *conſil. 182. numer. 9. volum. 7.* titulusque verus †
tantum excludit hoc inditium, non autem putati-
uus, *Iaſ. dict. l. fin. vbi communit,* & adeo verum eſt
quod contra tit. poſſidentem non datur, quod et-
iamſi tit. quæſitus eſſet poſt mortem defuncti, ni-
hilominus talis titulus excludit petitionem hære-
ditatis, *Alex conſilio 186. num. 2. & conſ. 73. numer. 5. &*
ſeq. volum. 5. vbi per totum conſ. in materia peti-
tionis, hæreditatis ſcribit, & communem refert,
& facit Benintend. de Celena *deciſ. 35.* & verum eſt,
quando cum tit. poſtea quæſito poſſeſſio de nouo
acquiritur, ſecus autem ſi prius pro poſſeſſore
poſſederit, quam titulum acquiſiuerit, & ita frau-
des poſſidentium ſine tit. res hereditarias tollun-
tur, qui amicos ſibi vendere, aut donare faciunt,
Sal. in l. 2. num. 5. Cod. de petit. hered. & in leg. fin §. nul-
li in angnſtiis num. 25. C. de edic. diu. Adr. toll. ſeq. Ruin. conſ.
60. num. 2 volum. 5. Ratio vero quare contra tit. poſ-
ſidentem huiuſmodi iud. non proponitur eſt,
quia hæres fundet ſe in tit. ſuo, & poſſeſſione de-
functi, poſſeſſor conuentus titulum, & poſſeſſio-
nem habens æquale ius habet, ideo melior eſt in
pari cauſa conditio poſſidentis, *Bald. in l. hæreditatis.*
C. de petit. hered. Bart. & Bald. d. l. pro herede. ff. eo. Alex.
d. conſ. 186. num. 3. vol. 5. Daturque petitio hæredita-
tis ad bona hæreditaria ſiue tempore mortis, ſiue
antea poſſeſſa fuerint vel etiam detenta, *Bart. d. l. 1.*
num. 11. C. quorum bonorum. Salic. ibidem nn. 10. Papien.
in forma libelli pro hærede ab inteſtato delata in princip.
nnm. 8. Nam in his, quæ à defuncto in eius vita
poſſeſſa ſunt, continuatio poſſeſſionis præſume-
tur, & quod in bonis, & hæreditate ipſius reman-
ſerint, nec dominium probare neceſſe eſt, ſed ſuf-
ficit quod res à defuncto pro ſua poſſeſſa fuerit,
quoniam hæreditatis petitio fundatur in tit. hæ-
redis, & poſſeſſione defuncti, *Aret. conſ. 113. colum. in*
fine ſequitur Pariſ. in add. ad Bart d. leg. fin. Cod de edi-
cto num. 3. & hoc quod ſatis ſit rem in bonis fuiſſe,
licet tempore mortis non poſſideretur, conue-
niunt petitio hæreditatis, & interdictum quorum
bonorum, vt tradunt Bart. & Salic. *dict. leg. prima.*
Cod. quorum bonorum, vbi enumerant caſus omnes,
in quibus differant petitio hæreditatis ab interdi-
15 cto quorum bonorum, & datur hæc † actio tam
ad res corporales quam incorporales, quorum
dominium defunctus habuit, & quorum etiam
tantum poſſeſſionem & detentionem tempore
vitæ, & mortis ipſius retinuit, *Aret. vbi ſupra nnme.*
68. in fine Iaſ. num. 232. & eſt inditium petitorium li-
cet perſonalium naturam habeat, eo quod 30. an-
nis præſcribitur, ita quod ob perſonales præſta-
tiones, quæ in ea veniunt mixtam naturam habe-
re dicitur, *Aret. in §. ſed iſte nu 8. inſt. de action. Marant.*
in Specul. 4. parte 3. diſtinctione num. 62. vbi communis.
16 Libelli † formam in petitione hæreditatis ponit,
& eam declarat Aret. *dict. §. actionum. col fin. inſt. de a-*
ctio. vbi & Iaſ. num. 237. & in ea peto me declarari
heredem, & per officium iudicis fit reſtitutio,
Affl. deciſ. 383. Boer. deciſ. 42. num. 15. Atque petitio hæ-
reditatis, & rei vẽdicatio ſimul cumulari poſſunt,
Sal. in l. 2. in fin. Cod. de petit. hered. vbi communis. Alex.
17 *conſ. 89. nu. 2. volum. 2.* Dominium probandi † mul-
tiplex modus ponitur à Ripa *in l. rem quæ nobis. ff. de*
18 *acq. poſſ.* De directo † vero eccleſiæ dominio, vi-
deatur Iaſ. *in leg. 2. num. 178. Cod. de iure emphy. Felin. in*
cap. ad audientiam num. 16. de præſcript. Rom. conſil. 127.
Alex. conſil. 10. & 12. volum. 4. & conſ. 8. volum. 7. Boer. de-
ciſ. 105. Pariſ. conſ. 104 num. 81. volum. 1. & conſ. 27. num.
25. volum. 1. Aym. conſil. 158. volum. 1. & de antiq. tempor.
parte prima. §. quod in libro. Ruin. conſ. 26. volum. 1. Ber-
trand.

traud.conſ.138.vol.6.& conſ.85.nu.6.vol.7. ſed & eemedium poſſeſſorium reiotegrandæ datur eccleſiæ aduerſus tertium ſpoliantem ipſam, vt ſua quaſi poſſeſſione reintegretur ad penſionis perceptionem, *Rom.conſ.311.3.dubio,* & ex his aduocatus de eemedio ſibi competenti deliberare poterit Iudexque ſententiæ formam aſſumere.

SVMMARIA.

1 *Vſufructum aduentitiorum filius percipiens de voluntate patris conferre fratribus non tenetur.*

2 *Fructus dotales filiusfamilias percipiens de conſenſu patris præcipuos habet.*

3 *Obligatio inter patrem, & filium tenet in aduētitiis.*

4 *Lucrum cum pecunia paterna à filio quaſitum pro dimidia quæritur filio pro alia patri.*

5 *Imo iudici id arbitratium eſt, quia certa doctrina dari non poteſt.*

6 *Donata nurui à ſoccero poſt eius obitum filius fratribus ſuis conferre tenetur.*

7 *Filiusfamilias quando ſuis laboribus, vel ex ſubſtantia paterna ſuperlucrari præſumatur.*

8 *Petens bona communicari, probet locum eſſe collationi.*

QVÆSTIO CXLVI.

1 PAter vſumfructum in bonis filii aduentitiis ſibi debitum, permittendo filium percipere, & ad libitum de eo diſponere donare illi cenſetur, nec poſt obitum eius fratribus communicari debet, *leg.cum oportet §.fin autem.Cod.de bonis quæ liberis & tenent ibi Bart.Bal.Ang.Sal. & reliqui, Anch. conſilio 106 numero primo. Alex conſilio 128. numero 3. volum.5. & conſilio 138. numero 5. eod.vol. Corn.conſ.152. num.7. vol.3.Pariſ.conſ.130.nu 9. & ſequentibus vol.1. vbi communiter, & ad idem plura congerit Boer.deciſ.196. per totã.* Tacita enim donatio reſultans ex conſenſu, patientiaque paterna, confeſtim ſuum operatur effectum, & irreuocabiliter valet, ad quod multa ſcribit Boer. *dict.deciſ.196. quibus accedit Corn. conſilio 79.in fine vol.2.* vbi quod hæc communis eſt ſen-
2 tentia. Hinc ſequitur † quod fructus dotales à filiofamilias perceptos, ex bonis eius vxoris, patientia & promiſſione patris accedente, præcipuos habet nec conferri debent in diuiſione bonorum paternorum, licet oocra matrimonii, filii eiuſque familiæ pater ſuſtinuerit, quoniam non animo repetendi ſed doiandi id patrem feciſſe iura præſumunt, *Bal in auth.ex teſt.num.11.Cod.de colla. ſequitur Alex.in additione ad Bart.in l.contra nurus §. quoties. ff.rerum amot. Paul.de caſtro dict leg.cum oportet §. fin autem, Bal. Nouell.tract.de dote parte 6.priuil 56.* vbi communiter ita teneri, & ſe ita cooſuluiſſe refert, & tenet etiam *Corn.d.conſ.152.vol.3. & Pariſ.d.conſil. 130.volum.1.*

3 Non inſuper filius repellitur à repetitione pecuniarum creditori paterno ſolutarum, de pecuniis eis dotalibus, eo quod inter patrem, & filium naturalis, & ciuilis obligatio in aduentitiis conſiſtere poteſt, *auth.vnde ſi parens, & quod ibi Bart. & alii.Cod.de inoffic.teſt.am. Alex. in leg. ſi donatione numero primo.Cod.de colla.Corn.ſup.conſilio 79. numer.17. vol.2.* & communiter ita tenetur ſecundum eum. Idcirco fratres atq; cohæredes pro eorum portionibus
4 ad reſtitutionem tenentur. Quoad lucrũ ex quæſtu, & negotiationibus filii, cum pecunia paterna quæſitũ, reſpondetur quod filiusfamilias qui cum paterna pecunia negociatur dimidiam ſibi ſuperlucratur, & præcipuam habet, altera dimidia patri tanquam quid profectitium reſeruata, pars vero perſonam filii contingens tamquam quid aduentitium non confertur, nec in diuiſionem venit, *Bart.in l.1.§.nec caſtrenſe numer.5.ff.de collat. bon. & in leg.illud.Cod.de collat.* vbi Alex. & Dec. plures alios adducunt, pulchre Roma. *conſilio 469. Aym.conſilio 125.in fine, & conſilio 165.in princ. Corn. conſilio 79. volum. ſecundo. & conſilio 130. eod. volum. vbi communis.*
5 Atque Soc. *conſilio 192.in princ.volum.2.* & Aym. vbi ſupra aſſerunt certam doctrinam dari non poſſe, quantum induſtriæ & laboribus filiisfamilias tribuatur, ſed quod Iudex id arbitrari habet, tametſi attento communi vſu dimidia debeat arbitrari induſtriæ filii tribuenda, & concordant quæ habentur ſupra Recollecta 110. *numero 22.* affirmatque ipſe Soci. communiter teneri, quod quæſita pecunia patris, patris ſunt excepto eo, quod laboribus, & induſtriæ filii tribuitur, idemque tenet *conſ.92.nu.15.vol.1.*

6 Nurus † veſtes precioſæ atque feſtiuæ, ornamentaque muliebria aurea, à ſocero ipſi tradita conferenda ſunt, & in diuiſiooem vna cum cæteris mobilibus hæreditariis veniunt in collatu, in quo in præſentiarum reperiuntur extare, quoniam veluti maritus vxori, & ſponſus ſponſæ, ita & ſocer nurui non cenſetur huiuſmodi donare, ſed ad vſum feſtiuum coocedere, & in ſpecie quod à ſocero tradita nurui, ab eius marito fratrib. communicari debeant, tenet Bart. *in d.l.prima.§.nec caſtrenſe num.9.ff.de collat.bono.Paul. de Caſtr. conſilio 81. num.10.volum.primo.& conſ 65.num.2.vol.3. Alex.conſ. 31.num.10.* & communis eſt, vt fere omnes ſupra re-
7 lati affirmant. Quæritur inſuper de bonis mobilibus ipſius filii, & aliis ſuperlucratis, an præſumantur quæſita ex ſubſtantia paterna, & vti profectitia conferenda ſint. An laboribus, & induſtriæ filii ſint aſcribenda, & vti aduentitia non conferenda. Reſp. ad coniecturas recurrendum eſſe, & varie reſpondendum, prout qualitas perſonarum exigit, nam ſi diligens ſit filius, vel aliquod artificium exercet, vel aliquid proprium habet, tunc ſane induſtriæ filii tribuendum erit, quod ſuperlucratus eſt, ſin autem filius ſit (vt aiunt) ſuper modium ſedens, in aliquo ſeooo exercens, vel quicquam proprium non habens, tunc ex bonis paternis quæſita præſumam quæ ſuperlucratus eſt, *Gloſ.in leg.cum oportet in princ. in verbo ex eius ſubſtantia. Cod. de bonis quæ liber quem ſequitur Bart. ibi, Bal.Ang.Salic. & alii, idemque tenent Alex. conſilio 31. numero 7.volum.4.Soci.dict.conſil.92.num.14. vol 1.& dict.conſ.192.in princip.vol.2.* communiter Doct. ita tenere affirmans, vnde Bald. *in auth. ex teſtamento n.9.C.de collat.* inquit conſiderãdũ eſt quid, quale & quan-

& quantum patet habeat, & quis, & qualis, & quãtus sit filius, & iis, qui petit bona communicari debere, peobare debet contributioni locum esse, Bal. & Sal. *dict. leg. cum oportet. Bald. d. auth. ex testamento*, nisi sit præsumptio pro communicatione petente Sal. vbi supra Socin. *dict. consilio 29. num. 14. volum. 1.*

S V M M A R I A.

1 *Matrimonium inter puberem & impuberem sponsalium vim habet.*
2 *Cohabitatio breuis post pubertatem non perficit matrimonium.*
3 *Puella si post pubertatem habuit animum aufugiendi non censetur consensisse.*
4 *Mulier simpliciter nubens dotem viro constituisse non præsumitur.*
5 *Maxime si mulier sit ætate minor.*
6 *Limita vt hic habetur.*

QVÆSTIO CXLVII.

1 MAtrimonium inter duos contractum quorum alter pubes sit, alter vero impubes, sponsaliorum de futuro vim & naturam habent, neq; pubertatis supecuenientia teansfeunt sponsalia in matrimonium, nisi inteeueneeint signa taciti consensus inductiua, vel iam inducti deelaratiua, vt oscula, amplexus, munera, cohabitatio & iis similia, *cap. vnico §. idem quoque de desponsat. impube. in 6. & ibi Canonistæ probant. & tenent Aret. consilio 142. numero 3. Corn. consilio. 116. numero 4. volum 3. Dec. cons. 62. colum 1. vol. 4. & communiter tenetur secundum*
2 *predictos.* Quin etiam licet certi temporis cohabitatio interuenerit post mulieris pubertatem supecuenientem, non tameo ea matrimonium perficit si fuit cohabitatio breuis, *Corn. dict. cons. 116. nu.* 3. ex mente Ioannis Andreæ ibi relati.

3 Immo si aliquo non breui tempoee cohabitassent, idem eespondendum foret, quoniam puella recedendi & à domo aufugiendi animum habuit, cum peimum sibi daretue occasio, & hoc est, quod inquit glos. *in dict. §. idem quoque in verbo pubertatis:* fugiat quam cito potest, & alibi glos. *in c. ad id quod de sponsal.* ait, aufuge cum poteeis, ne consensisse puteris, nam si persistens illius vxor etis: vbi Abb. in fine dicit quod iudex coosiderare debet quantitatem moræ & opportunitatem fugiendi, verum in hoc casu, quia signa descensus inductiua, & fugiendi animus interuenit, legitimã supponitur extea matrimonium.

4 Quare corollarie sequitue, si quis matrimonium contraxerit neque de dote connentum appareat, quod dos marito constituta esse pea sumatur, eo quod à communiter accidentibus matrimonium sine dote non contrahitur, idcireo soluto matrimonio arbitrio boni viri deelarari debet quantam verisimile sit retro fuisse cõstitutam dotem, & vie non fraudetue luero dotali, *Bald. consil. 101. volum. 4. per totum. Boer. decis. 22. numer. 22. parte 1.* quam etiam opiniooem moltũ æquam esse dixit Paulus de Monte Pieo *in Auth. præterea c. vnde vir & vxor.* in contratium facit, quod mulier simplieiter nubens nulla dotis habita mentione bona sua in dotem constituere nõ intelligitue, quia sine dote matrimonium esse potest, & ob affectum à viro ducta præsumitur, esto q marìtus ea viuente fructus perceperit ex bonis vxoris ea sciente & patiente. *Bart. q. 7. incipiente mulier habens Corn. cons. 127. in princ volum. 4. Alex. cons. 144. colu. prima. volum. 5. & consilio 122. vbi per tres fere columnas. volum. 7. Paul. de Monte pico in dict. auth. præterea numero 16. & seq. Cod. vnde vir & vxor. Io. Crot. in leg prima. numero 100. ff. solut. matr.* vbi inqnit, quod maritus constante matrimonio compellere vxoeem non potest ad sibi dotem constituendam. Idem tenent Bart. & Alex. vbi supra.

5 Cumque mulier tempoee matrimonii minor fuerit tacite dotem in immobilibus constituere non potuisset, qnoniam nec etiã expeesse id posset eitea solemnitates in contractibus minorum
6 requisitas, *cons 314. & aliis præallegatis.* Nisi mulier ætate maior in traditione bonorũ suorũ dixerit, do tibi marito meo bona mea, tum validũ igitur extat mateimonium, in quo maritus contentus esse debet fructibus booorum vxoris hactenus pereeptis, & qui in posterum percipientue.

S V M M A R I A.

1 *Matrimonium, nouæ legis Sacramentum est.*
2 *Quod gratiam confert.*
3 *In terrestri paradiso ad officium multiplicationis generis humani institutum.*
4 *Post lapsum ad remedium concupiscentiæ ordinatũ.*
5 *Matrimonium contrahere intendens propter effrenatam libidinem mortaliter peccat.*
6 *Sponsalia per copulam carnalem quando transeunt in matrimonium.*
7 *Peccat qui à sponsalibus recedit.*
8 *Ad matrimonium accedens debet sua peccata confiteri vel saltem esse contritus, alias peccat.*
9 *Qui matrimonium contrahit non ad prolem sed ad vitandam fornicationem venialiter peccat.*
10 *Cognoscens vxorem ad explendam libidinem quandoque mortaliter, quandoque venialiter peccat.*
11 *In coitu vxorio vitatio fornicationis intenta non excusat à coito.*
12 *Coitus vxoris ad sanitatẽ corporis nõ excusat à veniali.*
13 *Commiscens se vxori tempore menstrui quando mortaliter peccat.*
14 *Copula vxoris post partum ante purgationem de congruo prohibetur.*
15 *Sacris temporibus qui debitum petit, venialiter peccat, qui reddit nullo modo peccat.*
16 *Accessus ad vxorem dum prægnans est, mortalis est propter periculum abortus, quo cessante secus est.*
17 *Cumque periculum abortus imminet licet vxore vti in debito modo in vase tamen naturali.*
18 *Reddere debitum alter alteri non tenetur, quando timet periculum incolumitatis.*
19 *Oscula & tactus vxoris ex quibus pollutio sequi potest peccatum mortale faciunt.*
20 *Immoderatus cũ vxore coitus mortale peccatum est.*
21 *Qui commiscet se vxori causa sobolis procreandæ actum facit meritorium.*

22 Mari-

22 *Maritus qui vxori debitum reddit actum iustitia & meritorium facit.*
23 *Qui petenti debitum negat mortaliter peccat.*
24 *Vxor viro suo inobediens quando mortaliter peccat.*
25 *Consilium ad matrimonium salubriter contrahendũ.*

Qvæstio CXLVIII.

1 NOn inconueniens esse sum arbitratus inter iurisconsultorum responsa doctorum quoque ecclesiasticorum traditiones inserere ob multam symbolcitatem, quam inuicem babere noscũtur, nam iurisconsulti bonum intendunt, tametsi temporale, Doctores vero ecclesiastici bonum intendunt sed spirituale, ita quod ambo bonum pro fine habent, nimirum ergo si doctorum ecclesiasticorum dogmata, cõmiscui iurisprudentum responsis, quare pleniori stylo scripti ob multitudinem magnam coniugatorum, quorum maior est uumerus, quam aliorum cuiuscumque generis hominum, idcirco vtilitatem non modicam fore existimaui hæc non omittere, primum ergo nouerint matrimonio iungendi, vt maiori cum reuerentia ad illud accedant, & vt sancte pieque in eo permaneant, quod matrimonium ecclesiæ sacramẽtum est, de quo diuus Paulus ait: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico
2 in Christo & in ecclesia. Porro Sacramentum est quod significat aliquod sacrum, atque præbet remedium contra peccatum, sed matrimonium in vnione consensus coniugalis significat vnionem Christi & ecclesiæ, atque etiam præstat remedium contra vulnus peccati concupiscentiæ ex peccato originali, *S. Thomas in 4. distinct. 16. quæst. vnica art. 1.* & ante eum expendit ibi magister. *§. cum ergo.* dicens ecclesia sponsa, sponso Christo copulatur spiritualiter & corporaliter, id est, caritate ac conformitate naturæ, vtriusq; copulæ, figura est in coniugio, consensus enim coniugum copulam spiritualem Christi & ecclesiæ, quæ fit per caritatem significat, coniunctio vero sexuũ illam significat, quæ fit per naturæ conformitatem, & ideo quia nouæ legis sacramentum est, gratiam confert digne ad illud accedentibus, quoniam matrimonium in fide Christi contrahitur, idcirco habet ex passione Christi, vt conferat gratiam ad reprimẽdam concupiscentiam & meritorie implendum id, ad quod ordinatur, *Sanctus Thomas præcitata distinct. 26. artic. primo. ad 3. & plenius ibidem comprobat*
3 *S. Bonauent. q. 2.* dicens, matrimonium digne suscipientibus confert gratiã, concupiscentia enim inclinat ad multa, in matrimonio datur gratia, vt soli vxori se coniungat, cõcupiscentia inclinat ad delectationẽ. In matrimonio datur gratia, vt non cognoscat vxorem, nisi propter prolẽ concupiscẽtia fastidium generat post impletionem, in matrimonio datur gratia, vt semper velit esse contẽtus vna, quodq; gratiam conferat nouissime quorũdam scolasticorum dissensiones tollens, comprobat Tridẽtina synodus *sessione 24. in principio* & cõ[...] gratiam gratum facientem non tantum gratis datam, inquit *dict. distinct. 26. Ricard. quæst. 3. & Gabriel Biel quæst. 1. conclus. 8.* nisi contrahentes ponant obicem. Rursus ad matrimonii reuerẽntiam excitandam, sciendum est, quod matrimonium antiquius est reliquis ecclesiæ sacramentis, in primordio namq; generis humani à Deo institutum est in terrestri Paradiso ad officium procreationis & multiplicationis, quo tempore fuisset quidem generatio per coitũ maris & fœminæ, sed eo volũtatis nutu mouerentur illa membra, quo cætera & sine illecebroso stimulo, cũ tranquillitate animæ, & corporis, vti ex mente Augustini tradit S. Tho-
4 mas 1 *primæ q. 98. art. 2.* Post lapsum vero primorum parentum, statu innocentiæ priuati, remansit stimulus ad delectationẽ carnis inclinans, matrimoniũ igitur, quod ante ad officiũ Deus instituerat, post lapsum Deus instituit ad remedium concupiscentiæ carnalis, quæ quidem carnis delectatio in actu coniugali, quamuis impediat rationis vsum, non tamen habet malitiam moralẽ, sicuti nec somnus moraliter est malus, tametsi liget rationis vsum; & ideo, quia delectatio nõ habet malitiã moralẽ, nõ est peccatum mortale, nec veniale. *S. Thom. 1 2. q. 34. art. 1. ad primũ.* Et alibi dicit idẽ Thom. *2. secunda q. 153. art. 2.* sicuti ciborũ vsus, potest esse siue peccato, ita & vsus venereorum in matrimonio ad finẽ generationis humanæ potest esse sine omni peccato; & ad idem quoq; magister ait, *in 4. dist. 33.* Quod est cibus ad salutẽ hominis, hoc est concubitus ad salutem humani generis, & vtrumq; nõ est sine delectatione carnis, quæ tamẽ modificata libido esse non potest. Vt aũt cognoscant vxorati, quando in coitu coniugali peccant, vel non, multiplex ponitur casus, & in primis admonitos esse volo de iis, quæ
5 ante matrimonium occurrunt, & primo perpendenda est intentio ad matrimonium accedentis, qualis illa sit bona vel mala; nam qui consentit in aliquam tamquam in vxorem, vt suæ satisfaciat libidini, non intendens bonum prolis, sed libidinem, vel etiã si propter pecuniam dotalem vberiorem, non alias contracturus; hæ causæ matrimonii finales, & his similes, dicũtur causæ inhonestæ, nihilominus turpitudo causæ, non irritat matrimonium, *S. Thom. in 4. dist. 30. art. 3.* vbi S. Bonauent. Ricard. Durandus & alii. Veruntamẽ, & si peruersa intentio nõ contaminat sacramentũ, attamen sic cõtrahens, peccat, sed an venialiter, vel mortaliter, Doctores non conueniunt, vt plurimum vero tenent, quod veniale sit, cum per medium matrimonii, & sic licito modo, vir quærit mulieris formam vel eius diuitias, sin autem sit effrænata libido, vel si quiuis alius finis extraneus sit valde intensus, ita quod nõ curat de iustitia medii, paratus quomodocunq; posset intentũ finem assequi, mortaliter peccat, vt post S. Thom. tenẽt Syluestr. *in summa verbo matrimoniũ in 4. S. Antonin. parte 3. tit. 1. c. 19. §. 9.* ad idemq; S. Bonauent. *in 4. dist. 30. dubio 6.* aut fœminæ pulchritudo, si est causa principalis mouens, dicitur causa minus honesta, & est peccatũ, quod ad mortale referendum est, ex iis, quæ subdit, dicens, si est causa inducens (quã nos impulsiuã vocamus) potest esse sine peccato ad minus graui, & si amor nõ sit multũ intensus, nõ est culpabilis, vt in Patriarcha Iacob, qui Rachelẽ, & non Leã citra peccatum adamauit, cæterum causas inductiuas, quæ

quæ minus honeſtæ ideo dicuntur, quia non ſunt
ad finem, ad quem inſtitutum eſt matrimonium,
numerant S. Bonauentura præallegatus, videlicet,
gratia, pulchritudo, diuitiæ, ſapientia, virtus, mo-
res, & amicitiæ ex parentela, ſequitur Aſtenſ. *2. par-
te lib. 6. tit. 9. art. 2.* Hoſtienſis *de matrimonio §. & qua-*
6 *re.* Secundo † in ſponſalibus quoq; peccatum in-
curritur, porro ſpõſalia ſequuta inter ſponſos co-
pula carnali tranſeũt in matrimonium, vnde ma-
trimooinm poſtea cum altera contractum nõ te-
net, ſed ad primum redire cogitur, c. is qui fidem
de ſponſal. & matrim. quod ſane verum eſt, quan-
do ſponſus ſponſam cognouit affectione marita-
li animo conſummandi matrimoniũ, verũ ſi ſpõ-
ſus hãc in animo non gerebat intentionẽ ſed ani-
mo libidinẽ explendi, ſponſam cognoſcit, forni-
cationis peccatũ quippe cõmittit, atq; in foro cõ-
ſcientiæ matrimonium nõ perficit, vt habet̃ *in 4.
diſtin. 28.* vbi omnes, & notatur *in dict. c. is qui fidem.*
7 *de ſponſal.* Tertio † peccatũ adeſt, quando ſponſalia
de futuro cõtracta ſoluunt̃, tunc præcedens meo-
daciũ, vel etiam periurium, ſine cauſa recedentis
à ſponſalib. pœnitentia eſt corrigendũ, & coniu-
gium ſequens nõ eſt diſſoluendũ, vt decidit Ma-
giſter ſententiarũ *in 4. diſt. 28.* comprobat Gabriel
Biel ibidẽ *diſt. 29. q. 2. concluſ. 4.* hinc eccleſia in foro
contentioſo nõ compellit ſponſos ad matrimoniũ
complendũ, quia matrimonia coacta cooſueue-
ruot habere malos exitus, nihilominus ex promiſ-
ſione ſponſi obligant̃, quo ad Deũ, & peccat, qui
non ſoluit promiſſum matrimooiũ recuſans, S.
Thomas *in 4. dict. diſt. diſtin. 27. art. 3. ad 1. & habetur in
c. requiſiuit de ſpõſalib. & in c. præterea id 1. eodem tit.* Se-
cundum cõmunem intellectum, vt ait ibi Felin. *n.*
8 *16.* Quarto † prætereundum non eſt, ꝙ ei, qui ma-
trimoniũ contrahit, dum eſt in peccato mortali,
Deus nõ confert gratiã gratum facientẽ, imo pec-
catũ peccato addit, ad matrimoniũ non accedens
ſancte, & religioſe, vti decet, ſed magis ſic ſacram.
matrimonii abutiur. Proinde neceſſe eſt ſponſos,
priuſquã ad conſenſum per verba de præſenti ac-
cedant, ꝙ de propriis contriti ſint peccatis, quam-
uis melius ſit peccata quoq; ſua ſacerdoti confite-
ri, & abſolutionẽ eorum obtinere, & ſic mundi à
peccatis ad ſacramentum hoc peruenire, vt diuinã
gratiam nanciſcantur, *Gabriel in 4. diſt. 30. q. 3. dubio
2. S. Antoninus parte 3. tit. 1. cap. 19. §. 2.* Quioto † qui
9 matrimonium contrahit, noo intendens bonum
prolis, ſed tantũ remedium vitandę fornicationis,
venialiter peccat, cuius ratio eſt, ꝙ principalem fi-
nem, qui meritorius eſt; omittit, & illi anteponit
finẽ ſecundarium, at ſi cõtrahens ſit ſenex, vel ſte-
rilis, qui principalem finẽ intendere nõ poteſt, nõ
peccat vllo modo, omittens finem principalem,
& ſecundarium amplectens, qui eſt fornicationẽ
euitare, *S. Antoninus parte 3. tit. 1. c. 19. §. 6. poſt alios, ſic
vt ſupra tenentes, & eſt tex. in c. vnum oratium §. quæ au-*
10 *tem ſunt 25. diſt.* Sexto † poſt contractum matrimo-
ninm aoimaduertendum eſt, ꝙ ſi coniugalis coi-
tus ſit ad explendam libidinem, vt quando vir cõ-
miſcet ſe vxori, non intendens bonum prolis, ne-
que reddere debitum, ſed ſatisfacere ſuæ libidini,
ita quod idem faceret etiam, ſi vxor aliena eſſet;
peccat mortaliter, quoniam vt inquit textus *in c.
liberorum 32. q. 4.* voluptates, quæ de meretricum
amplexibus capiuntur, io vxore ſunt damnatæ, &
probat diuus Thom. *in 4. diſt. 26. art. 4. & diſt. 31. art.
4.* atq; Ricard. *dicta diſt. 31. art. 3 q. 3.* Septimo ſi a-
ctus coniugalis ſit ad ſatisfaciendum libidini infra
legem matrimonii, quod eſt, quando cognoſcit
vxorem, quia vxor eſt. & hoc non faceret, ſi vxor
non eſſet, nec vllo modo ad illam accederet ve-
nialiter peccat: quoniam finis matrimonii eſt bo-
num prolis, vel redditio debiti, qui vero cogno-
ſcit vxorem per delectationem carnis, tametſi in-
fra limites matrimonii, peruertit vtrumque fi-
nẽ, ergo ſaltem venialiter peccat, vt tenet ſanctus
Thomas in locis proxime citatis, atque etiam *3.
parte q. 41. art. 4.* & probat Card. à turre cremata
in c. quicquid 32. q. 2. & Aſtenſ. quoq; præallegatus,
dicens, quod hæc eſt communior opinio. Verum
quando cauſa incontinentiæ vitandæ, vel cauſſa
libidinis explendæ ſit, declarat gloſſa *in dict. c. quic-
quid 32. quæſt. 2.* dicens: Cum quis præuentus eſt à
voluptate, hoc eſt à feruore fomitis, qui ſtimulat
ad coitum, incontinentia dicitur, quæ in matri-
monio peccatum veniale eſt, at cum quis cogita-
tione præuenit voluptatem, vt quia fomes non
mouet, ſed delectatio mente concepta, vel cum
quis vtitur calidis ad libidinem prouocandam,
dicitur cauſa explendæ libidinis, & mortaliter
peccat.
11 Octauo † actus coniugalis, aut ſit ad vitandam
fornicationem in ſe ipſo, aut in vxore, ſi vt caue-
tur ab vxore, non eſt peccatum, quia quodam-
modo eſt reddere debitum, ſi autem ad vitandam
fornicationem in ſe ipſo, peccatum veniale eſt ſe-
cundum Cardinalem præcitatum *in d. c. quicquid 32.
quæſt. 2. & probat S. Thomas dicta diſt. 31. art. 3. in fine,*
inquiens: Vitatio fornicationis intenta, non ex-
cuſat a toto, quia aliter poteſt illa vitari, videlicet
12 abſtinendo. Nono † ſi ordinatur coitus ad cor-
poris ſanitatem tuendam, quamuis hoc non ſit
malum, quia tamen hic non eſt finis matrimonii,
ad quem inſtitutum eſt, peccatum veniale eſt. S.
Thomas *præallegata diſtinct. 31. artic. 3.* & Cardin. vbi
ſupra, & alii ſequuntur.
13 Decimo † peccant vxorati, ſi tempore men-
ſtrui ſe commiſcent, quando illa paſſio naturali-
ter accidit mulieribus ſingulo menſe, tunc namq;
nec exigere, neq; reddere debitum conceditur, eo
quod ſic geniti, vt plurimũ ſunt defectuoſi, videl.
claudi, cæci, leproſi, vel alias monſtruoſi; quocir-
ca mortaliter peccat, qui illo tunc cognoſcit vxo-
rem, propter præiuditium filiorum, ſin autem
mulier menſtruata eſt menſtruo non naturali, ſed
ex aliqua infirmitate continua, vel quaſi, patitur
ſanguinis fluxum, licet exigere, & reddere debitũ
coniugale, propterea quod tunc mulier concipe-
re non poteſt, vt ex ſententia naturalium habe-
tur. *S. Bonauent. in 4. diſtinct. 31. art. 3. quæſt prima. per
totam, & probat ibi Ricard. articulo 4. quæſtione prima.
& habent Canoniſtæ in rubrica de ſponſal. & maxime
Curtius numer. 14.* vbi quod de menſtruo naturali
dictum

dictum est limitat. Nisi timeatur prompta forni-
catio, tunc enim quilibet coniugatorum, si alteri
debitum soluat, mortaliter non peccat.

14 Vndecimo. Post partum ante purificationem
mulieris, monentur fideles, vt saltem de congruo
abstineant, post vero purificationem conceditur
concubitus, etiam ante tempus purificationis ab
Ecclesia determinatum, vt S. Bonauen. & Richar.
præallegati tenent.

Duodecimo. Peccatum incurritur, cum sacris
15 temporibus † coniugati continentiam non ser-
uant, etenim sacris temporibus vacandum est o-
rationibus, & aliis diuinis actionibus, sed coitus
coniugalis distrahit à spiritualibus, nedum in ipso
carnis actu, sed etiam toto illo die, merito exigere
debitum alter ab altero nō debet. Exactus autem,
si cum displicentia, & inuitus post recusationem
reddit, caret omni culpa, at qui petit, venialiter
peccat, *S. Thom. in 4. dist. 32. art. 4. & tenent quoque ibi
Richar. art. 3. q. 1. & Durand q. 1.* At vero S. Bonauen.
ibid. *ar. 3. q. 2.* distinguit id, quod alii simpliciter as-
serunt, dicens: Coitus matrimonialis est opus car-
nis, quod ad terrena & delectationem animā tra-
hit. In diebus igitur, quibus debet anima sanctifi-
cari, vel in quibus debet affligi (vt tempore ieiuni-
orum & processionum) debent abstinere, & neu-
ter illorum potest debitum petere sine culpa, & si
fiat ad delectationem, grauis est culpa, si autem ad
lubricū carnis euitandū, quia timet, suæ conscius in-
firmitatis, veniale potest esse peccatum. Attamen,
inquit, vix est, quod in præcipuis solemnitarib. nō sit
graue peccatum, sic quoq; distinguit S. Tho. *3. par.
qu. 64. art. 6.* & hanc senteut. sequendam arbitror.
Quoniā si coitus vxorius extra tempora sacra, ad
delectationem carnis infra limites matrimonii,
venialis est. Temporibus festiuitatum, de præce-
pto, ieiuniorum, processionum, vel orationum,
grauis culpa profecto esse debet.

16 Decimo tertio. Tempore quo mulier † grauida
est, & maxime vicina partui, non debet vir ei co-
pulari, quia sine periculo abortus id fieri nequit,
alioqui mortaliter peccat. Cum autem sine peri-
culo copula esse potest, tenentur inuicem ad debi-
tū, & quilibet ab altero exigere potest, absq; mor-
tali peccato, maxime, quia tunc mulier prægnans
plus appetit concubitū, quā aliis temporib. *Richar.
in 4. dist. 32. art. 3. q. 2.* vbi & Gabr. Biel *q. 1. concl.* 11. al-
legans B. Hieron. dicentem: Coeuntes postcon-
ceptum prolis hominum necatores magis, quam
generatores dicuntur. Non desunt tamen, qui di-
cant, circa principiū cōceptionis periculosiorem
esse coitum, ex sent. Auic. dicentis, quod matrix mu-
lieris in delectatione, quam sentit, quandoq; ape-
ritur, & semē viri antea receptum, quod nondum
coagulatum erat, effunditur, & sic disperditur, nō
tamē mortale peccatū erit, cum embrio nondum
formatus erat. *Angelic. verb debitum. n. 33. & dixit tex.
in c. origo. 32. q. 4.* Postquā venter vxoris intumuerit
nō perdant filios. gl. ibi ait: perit partus ex freqnēti
concussione. Quocirca tutius erit, tam initio con-
ceptus, quam prope finem partus abstinere.

17 Decimo quarto. Cum † subest periculum suf-
focationis partus, licet viro vti vxore indebito
modo, dummodo debito in vase, sed si causa dele-
ctationis id faciat, peccatum mortale est. S. Anto.
part. 3. tit. 1. c. 20. §. 3.

18 Decimo quinto. Cū ex redditione debiti † im-
minet periculū propriæ personæ reddentis, nemo
alteri reddere tenetur, quantūcunq; petatur, tum
quia natura inclinat ad cōseruationē indiuidui, ma-
gis quā ad conseruationē speciei, tum etiam, quia
caritas suadet, vt sibi quisq; magis teneatur, quam
alteri, si ergo ex redditione debiti probabiliter ti-
meatur de incolumitate reddere debentis, negans
debitum, non peccat. *Durand. in 4. dist. 32. q. 1. n. 6. vbi
Gabr. q. 1. concl.* 11. requirit periculū certum, vel pro-
babile, atq; etiam notabile, sentiens quod leuis in-
dispositio non excusat eum, à quo debitum peti-
tur, & tenet Caiet. ad S. Thom. *2. 2. qu. 153. art. 3.*

19 Decimo sexto. Cum quis † actibus Venereis &
impudicis vtitur, nempe osculis, tactib. & ample-
xibus, si in coitu matrimoniali fiant, excusatur, vt-
pote quod vix sine his commixtio coniugalis fieri
valeat, si extra copulam coniugalem actus illi ex-
ercentur, dum nihil aliud intendunt, quam alter
cum altero delectari, in huiusmodi actib. semper
est peccatum, veniale quidem, si sine periculo pol-
lutionis. Equidem si experti sunt se pollui ex hu-
iusmodi, & non obuiant, non excusantur à mor-
tali, etiam si pollutio non sequatur. Frater Serafi-
nus Capponi in scholio ad compend. Theologiæ
Alberti Magni *lib. 6. c. 38. Caiet ad S. Tho 3. pars. q. 64.
art. 7. idem Caiet. in com. ad S. Tho. 2. 2. q. 154. art. 4.* vbi
Thomas de huiusmodi luquitur.

20 Decimo septimo. In peccato † versantur ii, qui
immoderatum vsum copulæ sua cum vxore ha-
bent, ex quo non faciunt ad prolem, nec est neces-
sarius ad fornicationem vitandā, ob idq; vsus hu-
iusmodi illicitus est, & peccatum mortale. Ant. de
Butr. *in rub de sponsal. Vngarellus in addit. ad Angel. ver-
bo matrimonium. 2 n. 26. S. Thom. 2. 2. q 153 art. 3. in resp.*
ibi modum rationis excedat circa Venerea, & est
expressum *in c. origo. 32 q. 4.* vbi amoris in vxorem
magnitudo reprehenditur. Et glos. ibi ait: amoris
magnitudo dicitur immoderata exactio, atq; idē
Thom. vbi supr. *q. 154. art. 8 ad 2.* ait, ardentior a-
mator vxoris matrimonio inhoneste vtitur. & ali-
qualiter adulter nominatur, hinc D. Pau. ad Thes-
salon. ait: Sciat vnusquisq; possiderer vas suum in
sanctificatione & honore, non in passione desi-
derii.

21 Decimo octauo. Cum vir † ad suam accedit v-
xorem, causa sobolis procreandæ, & hoc principa-
liter intendit, non solum non peccat, sed magis a-
ctum meritorium exercet, cupiens procreare fili-
os, ad cultū diuinū ampliandum, & casum Ange-
lorum reparandum, *c. hi duo. de consecrat. dist. 1.* ibi, *vt
damna cœlestis patriæ resarciret, atque angelorum gaudia
suppleret.* Nimirum ergo, si religionis actus iste
nuncupatur, atq; meritorius, Cardinalis à Turre
cremata *in c. quicquid. 32. quæst. 2.* hinc Magister ait,
in 4. distinct. 30. §. & est sciendum. circa medium, bo-
num prolis dicitur, non ipsa proles, quæ ad hære-
ditariam successionem refertur, sed quæ ad hoc

quæritur, vt religioſe informetur, multiq; prolem habent, qui bono prolis carent, & ibi. S. Tho. *art. 3. ad 3.* dixit: Motus naturæ tendit in prolem abſolute, quæ intentio non eſt recta, niſi vlterius referatur in Deum, ita q̃ proles quæratur ad cultum Dei ſuſcipienda & nutrienda, id ipſumq; confirmat S. Bonauen. ibid *dub. 1.* inquiens: Proles poteſt quæri triplici intentione, 1. vt educetur ad cultum Dei, 2. vt in hæreditate ſuccedat, 3. vt in prolis multitudine, glorioſus appareat. Intentio igitur ſecundum primum modum, ea eſt, quæ actum meritorium efficit.

22 Decimo nono Cum vir ſuã † cognoſcit vxorẽ, quæ petit debitũ ſibi reddi expreſſe, vel etiã tacite ex ſignis hoc indicantib. actum iuſtitiæ facit, ſoluendo vxori debitum, imo actum facit meritorium. Porro actus iuſtitiæ ex caritate factus, meritorius eſt, atq; debitũ reddenti imputatur ad ſanctitatem. *gl. in c. vir cum propria. 33. q. 4. & in c. ſi dicat. eadem cauſ. q 5. & confirmat Cardin. à Turre cremata, in cap. quicquid. 32. quæſt. 2. & S. Thom. 3. par quæſt. 64. art. 2.* Veruntamen id, quod dicitur hic, & ſup. proxime, notabiliter reſtringendum eſt ad eos, qui ſunt in gratia, quippe tunc meritum habent, non alias *S. Thom. 3. part. q. 41 art. 4. in reſponſ.* vbi plene Caiet. determinans in eo, qui gratiam non habet, quod ſemper eſt, aut peccatum, aut bonum mortale, idemque tenent Aſten. 2. *part. lib 8. tit. 9. S. Anton. 3. part. titul. 1. capit. 20. §. 12. articul. 2.* Et poteſt eſſe ratio, quod opera bona in peccato facta nihil proſunt ad meritum æternæ vitæ, *c. pium eſt. de pœniten. diſt. 3. Magiſter in 4. diſt. 15.*

23 Vigeſimo, Cum coniugatorũ alter † alteri negat debitum, id poſcẽti, mortaliter peccat, etenim vir non habet poteſtatẽ ſui corporis, ſed mulier, & è conuerſo. Idcirco qui recuſat copus ſuum alteri exhibere ad vſum matrimonii, quod alienum eſt, negat, & contra iuſtitiam facit. *Durand. in 4. diſt. 32. q 1 n. 5. Ant. de But. in rub. de ſponſal. n. 14.* Quod tamen limitatur, niſi is qui debitum petit, in manifeſto adulterio viuat, tunc nõ eſt ei reddendũ debitum, donec ab adulterio deſiſtat, *per tex. iunctis ibi not. in in c. ſi quis vxorem. 32. q. 1.* imo qui reddit, mortaliter peccat, niſi ille, à quo adulter debitũ petit, timeat in ſe ipſo incontinentiam, tunc citra peccatum reddere debitum poteſt, S. Antonin. proxime relatus §. 9. vide tamen Nauarrum in manuali, *c. 22. n. 23.* qui ex mentẽ Caietani. ibi relati ait, adulterum perdere ius exigendi debitum, non tamen rogandi, vt illud concedat, ſi velit.

24 Vigeſimo primo. Vxor q̃ † viro ſuo notabiliter inobediẽs eſt, in cura & regimine domus, eiq; ſubiectionem debitam nõ præſtat, mortaliter peccat, vel etiam ſi rixoſa, ita quod maritum prouocat ad blaſphemiam, vel ad aliam culpam mortalem, ſimiliter peccatũ mortale incurrit, *c. cum caput mulieris. 33. q. 5. iunctis cap. præcedentib. atq; ſequentib. Nauarrus in manual. c. 14. n. 20.*

25 Vigeſimo ſecundo Qui ſcire † cupiũt, quomodo in Dei gratia ad ſacramentũ matrimonii ſuſcipiendũ accedat, audiat ſalubre conſil. Angeli Raphaelis, qui Tobiã iunior. ſic inſtruẽs, dixit: Quib. præualere poteſt dæmoniũ ii ſunt, qui coniugium ſuſcipiũt ſicut equus & mulus, tu a. per 3. dies continẽs eſto ab ea, & nihil aliud niſi orationib. vacabis cũ ea, tranſacta 3. nocte accipies virginẽ cũ timore Domini, amore filiorũ magis, quã libidine ductus, vt benedictionẽ filiis cõſequaris, q̃ ſic admonitus orans ait: Domine tu ſcis, quia nõ luxuriæ cauſa accipio coniugẽ, ſed ſola poſteritatis dilectione in qua benedicatur nomẽ tuũ. Ex quibus manifeſte habetur, quod qui libidinis cauſa matrimoniũ cõtrahunt, poſteritatẽ bonam obtinere nequeunt, quoniã ſuper eos dæmoniũ poteſtatem habet. Nimirũ igitur ſi plurimi ſunt filii, in quib. anima parentũ anguſtiatur. At qui finem habent generare filios, ad gloriam Dei educandos, ii ſunt, qui filiis ſuis Dei benedictionem impetrãt, & in bonis illorum moribus exultant. Quocirca ſi quis Angeli conſilium Tobiæ datum obſeruat, bene facit, qui illud non obſeruat, peccat, conſilia enim dantur ab beneeſſe, non ad neceſſitatem ſalutis. *S. Thom. 1. 2. quæſt. 18. artic. 4. & habetur in cap. ſponſus. 23. diſtin. & cap. aliter. 30. quæſtion 5.* Optandum eſt, confeſſarios hæc pœnitentibus diſerte aperire, admonereq;, ne ſacramento matrimonii abutantur, vt in manum Dei viuentis non incidant. Sunt & alii caſus, in quib. vxorati grauiter peccãt, quos ex profeſſo ſub ſilentio præterire volui, quoniam illos audire aures refugiunt humanæ. Et in eandem venit ſententiam Hoſt. qui *ſub rubric. de eo qui cogno. conſan. vx ſuæ. n. 1.* ait, maius periculum eſt hæc exprimere quam tacere, plane qui caſus memoratos obſeruabunt, vt ab illis abſtineant, grauiores deteſtabuntur.

SVMMARIA.

1 *Frater ſororẽ dotare tenetur, ſi nõ habet vnde ſe dotet.*
2 *Etiam ſi à patre iuſte ſit exhæredata.*
3 *Frater dotans ſororem de bonis communibus cenſetur partem ſuam donare.*
4 *Extraneus dotans mulierem quando donare dicatur.*
5 *Frater bonorum ſororis adminiſtrator illam dotans cenſetur de bonis ſororis dotare.*
6 *Quod de fratre dotante, idem de matre dicendum eſt.*
7 *Frater pro fratre expendens non præſumitur donare.*
8 *Donatio non præſumitur.*
9 *Donatio vt requiratur tria requiruntur.*
10 *Dos, & dotis augmentum à patri procedit.*
11 *Pater de ſuo filiam etiam diuitem dotare neceſſe habet.*

QVÆSTIO CXLVIII.

1 FRater dotem ſorori † ſimpliciter conſtituens, ſi non apparet, de cuius bonis dotem promiſerit, de bonis ipſius fratris illam dotaſſe cenſeri debet, ſi ſoror nõ habeat, vnde ſe dotare valeat, quoniam frater tenetur de ſuo dotare ſororem vtrinque coniunctam, vel conſanguineam, tantũ non etiam vterinam, *gl in l. cum plures. §. cum tutor. in verb. alio patre ff. de adminiſtrat. tut. Alex. in l. 1. num. 23. ff. ſol. matrim.* vbi & Iaſ. *numer. 29.* dicens, quod nemo ab hac ſententia diſcrepat, & plures adducit Aufrer. addit. ad Capel. Tholoſ. *deciſ. 284. verſ. quid de fratre.*
2 Sed etſi filia à patre iuſte † exhæredata ſit, nihilominus

minus tenetur frater eam inopem existentem do-
tare, licet non iure hæreditario, sed ex debito fra-
ternitatis, Bald. nouell. *tract. de dote, part. 6. priuil. 16.*
vers. in fratre autem. Crott. in repet. l. 1. n. 91 ff. solu. matri.
& Bald. de Bartolinis ibid. nu. 146. atque si frater bona
pro indiuiso communia habens cum sorore, eam
de bonis dotauerit, censetur partem suam donare,
Sal in l. fi. n. 6. C de dot. promiss. Abb. cons. 12 5. dubio. Soc.
cons. 291. num. 11. vol 2. sed etiam extraneus mulierem
dotans donasse videtur, nisi sibi stipulatus
sit reddi dotem soluto matrim. *l. vni. §. accedit. C. de*
rei vxor. actio. vel nisi in consignatione dotis prote-
status sit, quod non animo donandi faceret. Salic.
vbi supr. & notant scribentes *in l. Nesennius. ff. de ne-*
gotiis gestis. Sin autem soror propria bona habeat,
tunc frater sicut & quilibet extraneus dotem pro
muliere promittens vel soluens, non expresso, ex
cuius patrimonio id tacit, præsumitur de patri-
monio & substantia mulieris id ipsum fecisse, &
mulieris negotium gerere, si modo bonorum eius
administrator erat, *l. Nesennius. vbi Bart. Bald. Ang. &*
Paul hoc in terminis decidunt. ff. de neg. gest. gl. in l. fina in
verb. paternum. C de promiss. dot. Abb. d. cons. 12. Paul. de
Cast. cons. 351. n. 1. vol 1. Soc. d. cons. 291, n 11. vol. 2. & cons.
5. n 19 vol. 4. Barba. late in addit. ad Bald. d. l. fin. vbi Bal.
sub n. 12. inquit, quod est communis opinio, sequi-
tur Ruin. *cons. 200. in prin. vol. 1. Barba. cons. 59. vbi plene*
per tot. hanc eandem sententiã firmat *vol. 3.* & Cyn.
d. l. fi. in 3. quæst dixit, quod alias quæstio vltra mon-
tes disputata fuit, & determinatum pro fratre, &
quod fratres dotantes sorores aut agnatas in do-
mo, & familia ipsorum commorantes, dicantur
eorum negotium gerere, & de bonis eorum dota-
re, tenet Campeg. *tract. de dote. part. 1 qu. 24. Ang. pul-*
6 *chre d. l. fin. n. 2. C. de dot. promiss.* Et † quod de fratre
dicitur, idem de matre dotante respondendum
est, per ea quæ refert Boer. *decis. 129. n. 2. & seq. par. 1.*
7 Quodque frater pro fratre † expendens non præ-
sumatur animo donandi facere, nisi expensa sit
modica, imo nec ascendens pro descendente, te-
net & late comprobat Aym. *cons. 36. n. 2. vol. 1.* Neq;
8 donatio † regulariter præsumitur, sed potius error
etiam in facto proprio, aut satuitas, *l. cum deinde-*
bit. ff. de prob. l. Campanus. ff. de oper. liber. Aym. cons 142.
n. 26. vol. 1. Tiraq. in l. si vnquam. gl. donatione largitus. nu.
9 *206 C. de reuoc. don* Sed neque etiam † donationem
operatur sanguinis coniunctio, cum taciturnitate
longi temporis. Tria namque copulatiue debent
cõcurrere vt donatio præsumatur, sanguinis con-
iunctio, taciturnitas longi temporis, & calculatio
repetita, absque eo, quod sit facta mentio de eo,
quod expensum est, & vno horum deficiente do-
natio non præsumitur, *l procula. vbi not. ff. de probat.*
Afflict. decis. 12. n. 12. Alciat. tract. præsump. reg. 1. præsum.
32. n 6. Alex. cons. 46. n. 12. vol. 1. & est communis, vt re-
ferunt Alex. *in l. quæ dotis. n. 14. & Las. n. 18. solut. matri.*
10 Quodque † de fratre dotante dicitur, id ipsum
procedit in fratre augmentum dotis sorori sim-
pliciter assignatæ. Nam dotis augmentum venit
accessione ad dotem, & à pari procedunt, *Bart. q. 7.*
incipiente, mulier. n. 1. Abb. cons. 46. nu. 1. vol. 1. Paris. cons.
72. n. 34. & seq. vol. 4. & consulunt in terminis Aym. cons.
11 *291. per totum vol. 2.* Aliud vero † respondendum in
patre, qui filiam, quamuis propria bona habeo-
tem, dotare tenetur de bonis ipsius patris, *Bal. Sal.*
& alii in l. fin C. de dot. prom. Alex Las. & reliqui in d. l. 1.
ff. solut. matr. Bald. nouell tract. de dot. part. 6 priuil 5. &
Campeg. quæst. 16. Ripa dict. l. 1. solut. matri. vbi inquit,
quod hæc est communis & verior opinio, quic-
quid in contrarium alii dicant.

SVMMARIA.

1 *Possessor condemnatus in executione sententiæ oppo-*
nens, de melioramentis vtitur retentione.
2 *Melioramentorum æstimationem repetit is, qui rem*
relaxauit
3 *Melioramentorum æstimatio fit præsenti tempore.*
4 *Et in re fideicommisso subiecta.*
5 *Reparationes in quo differant à melioramentis.*
6 *Expensa necessaria à malæ fidei possessore facta resti-*
tuuntur.
7 *Ob expensas vtiles quando possessor bonæ fidei reten-*
tione vtitur.
8 *Expensarum, quæ voluptaria sunt, deductio conce-*
ditur,

QVÆSTIO CL.

SI lata fuit sententia condemnatoria possesso-
1 ris, nulla † melioramentorum facta mentione,
potest possessor in executione sententiæ oppone-
re de melioramentis in re factis, propterea que re-
tentione vti, *Bar. in l. in fundo. n. 16. ff. de rei vend. Alber.*
& Ias. in l. si area. ff. de cond. indeb. & melius idem Alberic.
in l. 1. n. 5. C. de iur. & fact. ignor. vbi ait, hoc notabile
esse, & ibi Ias. *n. 16. Boer. decis. 85. n. 9. Aym. cons. 148. n 2.*
Bonuten. de Cesena. deci. 77. n. 1. vbi plures alios addu-
cit. Immo re ipsa vna cum melioramentis relaxa-
2 ta, † eorundem æstimationem possessor conde-
mnatus repetere posset, *l. inuitus. §. cui damus vbi De-*
cius ff. de reg. iur l. per retentionem. C. de vsur. Boer. decis.
44. n. 14. cum aliis adductis per Aym. d. cons. 148. n. 2. id-
que verum sit, quando melioramenta sunt liqui-
da, at si liquida non sunt, vide sup. *recollect. 97. n. 21.*
3 Quorum † quidem melioramentorum æstimatio
fieri debet, secundum tempus præsens, non autem
habito respectu ad tempus melioramentorum in
re factorum, secundum Alex. & reliquos scriben-
tes *in l. domos. ff. de leg. 1. Negus. tract. de pigno. & hypoth.*
in 4. membr. 5. part. n. 16. vbi dixit, hoc menti tenen-
dum, quia frequenter contingere potest, & Boer.
4 quoque idem tenet *d. decis. 44. n. 12.* Sicuti † etiam
dicitur ne melioramentis ab hærede factis in re fi-
deicommisso subiecta, quorum æstimationis ra-
tio habetur secundum tempus restitutionis fidei-
commissi, vt scribentes notant *in d. l. domos. & con-*
firmat Bertrand. cons. 15. n. 8. vol. 5. & cons. 4. n. 42. vol. 3.
part. 1. Pantaleon de Cuma. in repet. l. 2. n. 225. C. de resc.
vendit. plene Ruin. cons. 117. in prin. volum. 3. & cons. 165.
nu. 6. vol. 4. & ita omnes ita tenere testatur, repara-
tionesque & refectiones, in quo differant à melio-
ramentis, tradit Paul. de Cast. *cons 377. vol. 1. Boer. d.*
6 *decis. 44. col. 1.* Aut igitur † necessariæ sunt expen-
sæ seu melioramenta in rebus ipsis facta, & tunc
haud dubie resarciri debent, cum cuilibet posses-

fori etiam malæ fidei ius rei retinendæ competat
ob necessarias expensas, quas si non fecisset, sibi
imputaretur, *l. dennum. vbi not Cod. de rei vendicatione.*
Bartol. in l. in fundo. num. 6. & 11. ff. de rei vendicatione.
Aretin. per illum textum in §. certe. num. 1. instit. de rer.
7 *diuis. Boer. d. decis. 44. n. 7.* Aut vtiles † sunt expensæ,
& tunc si bonæ fidei sit possessor condemnatus,
prout bonæ fidei esse præsumitur ex sola posses-
sione, multo magis ex possessione, iuncto tit. *Boer.*
d. dec. 44. n. 10. & melius Curt. iun. cons. 28. n. 4. per gl. vc
ipse ait communiter approbatã, in c. si diligenti. de præscri.
idem quod sup. dictum est, retentioni locum esse,
etiam si easdem expensas non esset facturus is, qui
sententiam obtinuit, quãdo diues est, adeoq; sine
graui detrimento eas red dere posset, *Bar. d. l. in fun-*
do. n. 7. Ang. d. §. certe. n. 1. Boer. d. dec. 44. n. 8. Expensa-
8 rum vero, † quæ voluptariæ sunt, deductio & ab-
rasio permittitur secundum omnes supra citatos,
& Afflict. quoq; idem tenet *dec. 87. n. 6. Paris. cons. 13.*
& seq. vol. 1. Quare secundum casus varietatem ha-
bebis veritatem.

SVMMARIA.

1 *Sacerdos est testis idoneus in causa ciuili absque supe-*
rioris eius licentia de iure ciuili.

2 *Aliud est de iure canonico.*

3 *Omissio superioris licentia quando religiosi testimoni-*
um non vitiet.

4 *Testis extraiudicialiter deponens non probat.*

5 *Testis receptus absente parte & non monita, non pro-*
bat.

6 *Testis non iuratus non admittitur.*

7 *Testis non iuratus quando probationem vel informa-*
tionem faciat.

8 *Et quando præsumptionem.*

9 *Testis per literas deponere non debet.*

10 *Testis non requisitus disponens suspitione non caret.*

11 *Testi super negatiua non coarctata deponenti non cre-*
ditur.

12 *Testis super negatiua non coarctata deponens falsi su-*
spitionem incurrit.

13 *Testis ex interuallo non potest dictum suum corrigere,*
alias statur primo dicto.

14 *Testis si se corruptum fuisse dicat, sententia lata non*
retractatur.

15 *Etiamsi in articulo mortis se corruptum fuisse dicat.*

QVÆSTIO CLI.

1 VIdetur dicendum, quod † conueniens sit re-
ligiosi testimoniũ, in causa ciuili cõtra laicũ,
absq; superioris licentia, nempe prohibiti à lege
sacerdotes non reperiuntur, idcirco idonei esse
dicuntur, *gl. in §. cogitandum. in authent. de monachis.*
quam ibi Bart. sequitur, & gloss. in authen. si dicatur. C. de
test. quam ibi probat Salicet. & idem tenet Henri-
cus Boich. *in capitu. de cætero. de testibus. late Signorell.*
Homod. cons. 156. Atque omissio superioris licentiæ
cum sit commissio leuis solemnitatis, non vitiat,
vt tenuit Abbas *in cap. cum nuncius. quem ibi sequitur*
2 *Felinus de testibus.* Sed quicquid sit † de iure ciui-
li, ab hac sententia recedendum est, quoniam iure
Canonum sancitum est, quod monachus & qui-
uis alius in sacris constitutus ad testimonium fe-
rendum non admittatur in causa ciuili contra lai-
cum, nisi de licentia eius superioris, quoniam sui
iuris non est, & nec velle nec nolle habet, vt est
textus *in capitul. quamquam. 14. quæstione secunda.* vbi
Archidiac. & Ioannes à Turre cremata, Innocen.
in cap. 1. nume. 2. de iur. calumnia Lanfranc. capitul. quo-
niam contra. in verb. testium depositiones. numero 150.
Nellus à Sancto Geminiano tractat. de testibus. numer. 22.
Stephan. Ausser. tract. de reprob. testium. n. 15. & 18. & de
iure licẽtiam requiri, quamuis de stylo Curiarum
Delphinalium & parlamenti cõtrarium seruetur,
dicit Guid. Pap. *dec. 65. in prin. & Alb. de Rosat. tract. de*
testib. 1. par. prin. tit. qualiter repelluntur testes ex defectu
persona. n. 15. dixit, quod omnimodo videtur com.
opin. quod monachus canonicus regularis, vel alius
sacerdos sub obedientia potius, sine superioris li-
centia testis esse non possit. Non obstat, quod omissio
3 superioris † licentię tanquã omissio leuis solemni-
tatis non vitiat Nam si non fuit oppositum, reli-
giosi dictum valet sine licentia, alias contra Soci.
cons. 17. circa fin. vol. 1. Rursus respondetur, opinio-
nem Abbatis procedere in clerico seculari, at in
regularibus licentia requiritur secundum superi-
us citatos. Postremo Abbatis opinio est dubia, vt
ait Aret. *cons. 159.* referens, se ita quoque dixisse *in d.*
cap. cum nuntius. de test. vbi & Felinus dixit, difficile
esse in practica opinionem Abbatis seruare, & du-
biam testatur Aym. *cons. 2. n. 1. volum. 1.* ideo non te-
4 nenda. Secundo, horum † S. Francisci fratrum de-
positio nihil probat, quia testis extraiudicialiter
deponens nullam fidem facit, vt est text. secundũ
primum intellectum gl. *in l. solam. C. de test.* quã ibi
sequuntur Bar. Paul. Alber. & Sal. Fel. *in c. cum cau-*
sam. n. 26. de testi. Testis enim in causis ciuilibus de-
bet à iudice vel de eius mandato à notario exami-
nati, *l. apud eloquentissimum. C. de fide instrument.* &
quod extraiudicialis depositio probationem non
faciat, quin etiam nec in opinionem iudicem ad-
ducat, quãdo parti potest imputari, quod iudicia-
liter testes examinari non iurauerit, tenet Bar. *in l.*
admonendi. n. 41. ff. de iureiuran. Ias. num. 183 & probãt
ibidem Caccialup. & Curt & melius cæteris Fran.
Ripa, & percurrendo limitationes, quas Felin. *d. c.*
cum causam. ponit ad regulam, quod à iudice testis
examinari debet, nullam earum in terminis no-
stris verificari video.

5 Tertio non probant, quia † parte absente, neq;
monita recepti sunt. Admonendus est enim sem-
per aduersarius ad videndum recipi, & iurare te-
stes, alias contra legem actum, firmitatem non ha-
bet, *cap. 2. in fin. de testibus. l. iusiurandi. C. eod. tit. l. iudi-*
ces. C. de fid. instr. & l. si quando. C. de testi. iunctis his, quæ
vtrobique scribentes not. Quin imo huiusmodi testiũ
depositio nec inditium aut pręsumptionem facit,
Abb. & ibi Feli *c. 2. de testib.* & licet Dec. ibi contra-
rium teneat, opinio Decii tanquam singularis o-
pinioni aliorum, de quibus supr. præualere nõ de-
6 bet. Quarto ideo non probant, quia non † iurati
deponunt cum nullius testimonio, quantumcun-
que religiosus existat in alterius præiudicium, si-
ne iuramento credatur. *capitul. nuper vbi Abbas, Bal.*
& Fel. de testib. Tiraq. tract. de pœn. temper. cau. 51. n. 136.

Et

Et adeo verum est iuramento vallatum esse debere testis dictum, quod si primo deposuerit, postquam ex interuallo iurauerit, eius dictum fidem non meretur, Imol. Abb. & plenius Fel. *in r. de testi. extr. de test & plene Iis. d. l. admonendi. nu. 192.* & communiter tenetur ex fide supr. relatorum *in dict. r. de*
7 *testib* Et quamuis quandoq; † testi non iurato credator, per ea quæ post cæteros adducit Fel. *in r. dilecti. n 5. de iud. Dec. cons 54. n. 2. volum* 1. Id verum est, quando causa iuris solemnitate omissa, vel sola veritate inspecta cognoscenda & decidenda foret, quemadmodum sup. relati affirmant. Neq; etiam obstat, quod à testibus extraiudicialiter receptis, & non iuratis possit informationem capere iudex, & cæteris partib. secundum eos iudicare, *Alex. cons. 112. vol. 4. Aym. cons. 198. in fine. volu. 1. Felin. in cap. pastoralis. §. porro, num. 25. de offic. delegat.* vbi ait, quod iudex potest non secundum acta, sed secundum suã conscientiam iudicare, quando certitudinarie de veritate sibi constat, & potius omnem pœnam pati debet, quam contra veritatem iudicare, probat Benedict. Canophilus Monachus Cassinas in sua methodo fori & poli, reg. 2. Respond. hic nullibi de veritate constare posse, Ideoque obiectum ces-
8 sare. Neq; etiam obstat, quod † Cardinalib. & aliis in dignitate constitutis atq; etiam honestis & grauibus personis non iuratis creditur saltem ad præsumptionem inducendam, *Inno. ca. cum olim. n. 11. de priuileg. & ibi Anton. de Butrio n. 18. Io. Baptist. Caccialupus in repetit. dict. l admonendi. num. 94. vers. & prædictis adde, & melius Alex. cons. 180. numer. quarto. volumine 2.* & quod religiosi non iurati dictum præsumptionem faciat, dixit quoq; Innocentius *cap. nuper. de testibus sequitur Bartol. in l. solam numero sexto C. eod. & faciunt relata per Iasonem, in repet. dict. l. admonendi. num. 180.* quod vnius grauis & fidedignæ personæ dictum iustam credulitatis causam præstat, licet quoad plenam probationem procedat, *text. & ibi not. in dict. ca. nuper.* quod nullius testimonio quantumcunque religiosus existat, sine iuramento creditur, vt est de mente Abbatis *in eodem c. cum olim. il 1. n. 5. de priuil.* Respon. contrarium procedere, vbi testi nulla alia possit impingi macula, quam defectus iuramẽti, hi vero fratres adeo multos patiuntur defectus, vt nullo pacto fidedigni dici valeant, etiam ad præsumptionem inducendam. Quin-
9 to, testis † per literas seu epistolam deponens non probat, quoniam iudex ex facie testis, animi sui motum informare debet, & si causam suspitionis deprehendat, ea in actis redacta potest testi alias concludenti fidem non adhibere, vt notat Bartolus *in leg. tertia. ff. de testibus.* & quod nullum sit testimonium, quod per scripturam prohibetur, est textus *in capitul. testes. 3. quæstion. 9. Imol. Abbas & alii, quos refert Felinus in capitul. de testibus. extra de testibus. Lanfrancus capitul. quoniam contra. in verb. testium depositioni. numer. 7. Salicet. in dict. leg. iusiurandi. C. eodem. Caccialupus dict. l. admonendi. num 46.* & rationem supra relatam confirmat *gloss. 1. d. cap. testes. 3. quæstion.* dicens, quod testibus, & non testimoniis credendum est, & concordat *d. l. 3. ff. de testib.* Sexto,
10 iidem fratres idonei testes censeri non debent, quia à nullo requisiti se ingerunt, ideo suspitione non carent, cum testi vltro se offerenti, nec à partibus producto non credatur, *Bartolus in lege prima. §. si vero. post glossam ibi in verb. sponte, ff. de his quibus vt indign. Salicet. in leg. si quando. in fine. Cod. de testibus. Lanfrancus dict. capit. quoniam contra. in verbo testium depositiones. nu. 11. Roman. cons. 420. num. 3. Aym. d. cons.*
11 *2. num. 5. vol. 1.* Septimo, † frater Leo non probat, quia super negatiua non coarctata asseueranti, nullo pacto credendum est, gloss. & post eam ibi Bartol. *in l. 1. §. 1 ff. de itin. actuque priua. l. actor. vbi Bar. Bald. & reliqui C. eod.* caueatque testis tanquam ab igne, ne meram negatiuam astruat, quia eo ipso in falsum incideret, dixit Ang. *in l. si per alium. §. doce-*
12 *re. ff. ne quis eum, qui in ius, &c.* Tametsi † contrarium tenuerint *Alexand & Ias. in l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemperau. & plenius Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina. numer. 78. de causa possess. & propr ietat.* tenentes, non posse testem de falso puniri, nisi negatiua necessariam falsitatem inferat. Respondeo, contrarium admittendo, sed falsi suspitionem euitare nequit, etsi de falso mulctari non possit, *Baldus in leg. actor. numer. 3. C. de testibus.* vbi dixit tale testimonium esse valde suspectum, & idem *in capitul. 1. § si quis per triginta. numer. tertio. si de feud. fuerit controuersia inter domin. & agnat. & tenet quoque Abbas d. capit. cum Ecclesia Sutrina. num. 29. Dec. qui alios citat in l. cap. quoniam contra. num. 3. de probat. Curtius tractat. de*
13 *testibus. 24. conclusione.* Octauo, † quod depositionem aliorum testium iudicialiter receptorum, Resp. non esse recedendum à dicto eorum, quod prima vice fuit ab illis iudicialiter emissum, cum non liceat testi ex interuallo dictum suum corrigere, vel oppositum testificari in iudicio, vel extra, quod si fecerit, statur primo dicto, & præsumitur in secundo subornatus, & ideo primum sequendum est, quamuis aliqualiter sit propter secundam contrariam depositionem diminutum. *Bart. in l. eos. ff. de fals. Imol. in r. præterea. n. 8. de testib & alii plures relati a Fel. d. l. n. 4. & 10. Ang. cons. 309 num. 8. Rota decis. 19 extr. de testibus. in nouis. & plenius Alciat. tract. præsumpt. reg. 2 præsumpt. 29. vbi communis.* Non obstant nut. per eundem Fel. *in c. cum in tua. n. 3 eod. tit. Alex. cons. 133. n. 5. vol. 1. & cons 20. nu 8. volu. 4 plenius Mars. sing 103.* quod si testis contrarium secunda vice asseuerat eius, quod aliter deposuerat, simpliciter tamen, & non expresso, quod animo corrigendi primũ dictũ id faciat, in neutra parte est integer testis, & in neutro dicto probat, quoniam in hoc casu nõ simpliciter testes alias iudicialiter recepti contrariũ deponũt, sed se ipsos expresse corrigũt, idcirco primum dictum iuris auctoritate munitũ est. Nono & vltimo, si post latam sententiã testis se
14 corruptũ † fuisse, & falsum deposuisse dicat, non idcirco sententia retractanda venit, sed de falso quoad se conuincitur, quo vero ad præiudicium partis sibi non creditur, nisi alias, quã per assertionem & confessionem testis id doceatur, *cap. sicut. de test. vbi hoc not. per illum text. Anto. de Butr. Bald. Imol. & Fel. in cap. cum in tua. n. 4. eod. tit.* & dicunt ibi Anton. de Butr. & Abb. quod non retractatur sententia per talem testis depositionem, siue in rem iudica-

tam illa transiuerit, siue non, multo igitur magis in casu præsenti propter transitum in iudicatum iam diu factum. Immo etiam si in articulo mortis constitutus esset, & se corruptione dictum falsum deposuisse assereret, parti victrici non officeret, sed primum dictum illæsum remaneret, *Bart. in l. si quis in grau. in fine princip. ff. ad Sylla. Bal. in in auth. si testu. n. 3. cum aliis quæ in additione ibi Barbat. adducit. C. de testib. & sequitur Fel. d. cap. sicut in princ.* Quare ex præmissis veritas constare potest.

SVMMARIA.

1 *Vagabundus dicitur, qui certum domicilium non habens vagatur.*
2 *Imo etiamsi certum domicilium habeat vagabundus dicitur si vagatur.*
3 *Vxor virum vagabundum sequi tenetur.*
4 *Vxor sequitur maritum, qui ex causa notoria vel probabili domicilium deserit.*
5 *Atque etiam si ex voluntate alio se transfert.*
6 *Contra quod vxor virum vagabundum non sequitur.*
7 *Quando post matrimonium factus est vagabundus, vel ante mulier ignorauit.*
8 *Vel nisi facile & honeste illum sequi posset.*
9 *Vxor virum non sequitur, quando ad maleficium illam duceret.*
10 *Vel quando timetur sæuitia viri.*
11 *Cui alimenta vir subministrare tenetur.*

QVÆSTIO CLI.

1 VAgabundus is esse dicitur, † qui nullibi certum domicilium habet, sed huc & illuc discurrens vagatur, & domicilium habens, vagabundus dici nequit, quamuis vagetur, *gl. finalis in l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudic. & glossa finalis in l. eius. §. Celsus. ff. ad municip. & de incol.* ponens exemplum in eo, cuius terra originis casinate periit, vel capta est, vt Troia, vel passa est aratrũ, vt Carthago, vel omnes recesserunt, & inhabitabilis facta est. Imo
2 vagabundus † is esse dicitur, qui per orbem vagatur, nec firme stat in loco, vt quia non habet certam habitationem, quamuis domicilium habeat, stant enim ista simul, quod quis domicilium habeat, & vagabundus sit, *Bart. in l. 1. C. de colon. Thracensib. lib. 12. & in l. 1. C. de Tyronib. eod. lib. cum multis ibi additis. Imol. in cap. causam. de election. Felin. & Maria. Socin. in l. licet. de foro compet. Bart. Ang. Imol. & Roma. in l. 4. §. prætor ait. ff. de damn. infect. Bartol. Ang. & Sebast. Sapia in l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudi. Bertach. tract. de episc. lib. 1. 3. part principali. 8. q.* varias referens vagabundi descriptiones, & hæc opinio communiter tenetur, vt attestatur Maria. Socin. *d. ca. licet. de foro competen.* Idcirco ab hac sententia recedendum non est, vti cõmuniore, quod qui per orbem vagatur, tametsi domicilium habeat, vagabundus appelletur. Cognito qui vagabũdus sit, videamus, an vxor virum vagabundum sequi compellatur, in qua controuersia duæ occurrũt sententię, qua-
3 rum prior affirmatiua est, quod † vxor virum semper sequi teneatur, ex quacunque causa recedat, & quocunque vadat, & mala cõsuetudo esset, idcoque non valeret, quod vxor virum sequi non teneretur, nec enim ferendum est, vt diutius alter sine altero moram trahat, cum vna caro sint, dixit textus *cap. 1. de coniug. lepros. & est quoque textus in dicto capit. vnaquaque mulier. 13. quæst. 2. iuncta glossa. & quod Innoc. not. in dict. cap. 1. de coniug. lepros. & decidit*
4 *Capell. Tholos. decision. 86. item fuit quæsitum* Aut † enim maritus propriũ deserit domicilium ex causa necessaria seu probabili, vt quia sit in exilium positus vel propter partialitates expulsus, & tunc proculdubio vxor eum sequi, & sibi adhærere cogitur, Io. à Turre cremata *in d. c. si quis. 34. qu. 2. Imol. in rubr. n. 7. ff. sol. matri. & in l. si cum dotem. §. si mari. in. in prin. ff. ead. tit. & not. in addit. ad Bart. in l. Mæuia. §. v-*
5 *xore. ff. de ann. lega.* Aut maritus † proprio derelicto domicilio alio se transfert, sola sua voluntate ductus, & vtiq; etiam tũc mulier eum sequi tenetur, quoniam cum sint vnum corpus, ab inuicem disiuncti esse non debent, Archid. *d. c. si quis. 34. q. 2. vbi & Ioan. à Turre cremata. Abb. in c. de illis. de sponsal. Cumanus consil. 1. per totum. Cepoll. consil. ciuilium 48.* Se-
6 cunda succedit † negatiua opinio, vxorem non teneri virum vagabundum sequi, & illi adhærere, *Gloss. in d. cap. si quis. 34. qu. 2. & in cap. vnaquaque mulier. 13. quæstion. 2. Bart. & alii in dict. l. Mæuia. §. vxore de ann. legat. not. omnes in l. si cum dotem. §. maritus ff. solu. matrimon. Cors. sing. incipiente vagabundus.* & Bartoli opinio *d. §. vxore.* magis communiter recipitur, sicut attestatur Roman. & Alexand. *d. §. maritus.* Sed
7 hæc pars negatiua, † quod vagabundum virum mulier sequi non compellitur, procedere declaratur, quando post matrimonium cõtractũ maritus factus est ioculator, & de histrionum cõsortio, vel alias vagabundus, vel quando ab initio ignorauit, virũ histrionem, ioculatorem, vel alias vagabundum esse, nempe si sciuit eius conditionẽ matrimonium cum eo contrahendo, mores illius approbasse censetur, & ipsum sequi, quo maluerit, tenetur, sicut præcitati scribẽtes declarant. Secun-
8 do, vxor † tenetur virum sequi, quando mulier facile & honeste ipsum sequi, & illi adhærere posset, tunc enim post ipsum abire, & illi cohabitare cogenda esset. *gl. & Card. à Turre cremata d. c. si quis. 34. q. 2. Bar. d. l. mercia. §. vxore. ff. de an. leg. Bal. in l. qui manumittuntur. C. de ope. liber. Tiraq tract. de legib. connubial. l. 1. n. 39. circa si. quibus Roma. d. §. si maritus. assentit.*
9 Tertio, virum vagantem vxor † sequi non compellitur, quando vxorem ad infidelitatem, vel aliud maleficium trahere vellet, *gl. Inno. & cæteri d. c. 1. de coniug. lepros. Bart. d. l. Mæuia. § vxore. ff. de an. legat.*
10 Quarto, sequi non tenetur, quando † timeret viri sæuitiam, imo neque tunc cautioni de bene tractando cõmittere se tenetur, vbi enim odium est capitale, cautio non releuat, *Abb. in c. literas. de resti.*
11 *spol. Gerar. sing. 65. Ay cons. 31. vol. 1.* & alimenta † vxori seorsum sine culpa habitanti vir subministrare compellitur, *Aym. vbi supr. n. 6. Boer. decis. 195 numera 7. Tiraquell. de retract. consangum. §. 1. a. glos. 1. numer. 13. & 17.*

Quinto, vxor non tenetur sequi maritũ, alio migrante causa mutandi domicilium, quando pactum in contractu matrimonii fuit adiectum inter virum & vxorem de morando in loco, & ab eo

non

non diſcedendo, vtique pactum obligat contrahentes ad illius obſeruantiam, vt tenet Antonius de But. *in c.1.n.9. de ſponſ. & mat.* & alii ibi ſequūtur, nec obſtat, quod libera debent eſſe matrimonia, quoniam ab initio contrahentibus liberum fuit, matrimonium cum pacto præmiſſo contrahere, vel non contrahere, poſt vero ſic contractum matrimonium neceſſum eſt pactum ſeruare, neque huiuſmodi pactum eſt contra ſubſtantiam matrimonii, ſed contra accidentalia, quia poteſt adeſſe, vel abeſſe firma manente mutui cōſenſus ſubſtantia, & libertate, quod ſane limitatur procedere, niſi noua cauſa ſuperuenerit, ob quam in loco conuento morari non valeat, vt ob infirmitatem, vel inimicitiam capitalem, vel ob alias legitimas cauſas. Quippe tunc pacto nō obſtante recedere à loco licebit abſq; incurſu, pene in pacto appoſite. At ſi receſſus à loco ſit voluntarius, eo quod nulla noua ſuperuenerit cauſa, tunc pene conuentionali in contractu matrimonii appoſite locus eſt, & de iure exigi poteſt. Idem Butrius vbi ſupra vna cum aliis, & tenet quoque Nauar. *in manuali c. 14. n. 19.* & alios inſuper adducit Iac. de Graſſiis *lib. 2. deciſionum conſcientialium cap. 59.* & idem quoque probant Summiſtæ *in verb. vxor.* nempe Angel. Sylueſter & Tabien.

SVMMARIA.

1 *Tutor quando ſuo vel pupillorum nomine acquirere præſumatur.*
2 *Tutor ſi ſuo nomine emit ex pecunia pupilli res pupillaris efficitur.*
3 *Tutor ex pecunia pupilli emens in dubio pro pupillis emit.*
4 *Tractatum præcedens quid operatur in actu ſubſequēti.*
5 *Et quid ſi ex interuallo ſequatur actus.*
6 *Factum ſuum quando quis impugnare poſſit.*
7 *Etiamſi iuramentum interuenerit.*

QVÆSTIO CLII.

1 TVtor qui patris † pupillorum voluntatem ſequitur, pupillorū nomine actum facere præſumitur, *l. qui negotiationē, vbi Bar. & Albet. ff. de adm. tut.* etenim tutor, qui facit id, quod pro pupillis facere tenetur, non ſuo, ſed magis pupilli nomine facere cenſetur, *l. Lucius. § tutor. vbi Bar. ff. de admin. tut. idem Bart. in l. Titium & Mauium. § altero n. 2. ff. eod. Bald. in l. ſi patruus. n. 7. C. commu. vtr. iud.* cum ergo pupillorū pater domum hanc viuens emere tractauerit poſt eius obitum tutor ſimpliciter illā acquirēdo, pro pupillis acquiſiuiſſe præſumendū eſt. Secundo etiam res empta à tutore proprio nomine, ex pecu-
2 nia tamen pupilli efficitur pupillaris, † & ei quæritur vtilis actio de iure ſaltem ſpeciali, *l. 2. & quod ibi gloſſ. & Bartolus. ff. quando ex fact. tut. idem Bartolus in dict. l. Titium & Mauium. § altero. numer. primo. Bertrand. conſ. 148. nume. 13. volum. 3. Fabia. de monte tract. de emption. & vendit. vlt. qu. princip. in prin.* & nedum rei vendicatio vtilis pupillo datur, ſed etiam hypothecaria, quæ in hoc caſu ſimul concurrere poſſunt, & in hoc hypotheca vim probationis habet, cum cæteris creditoribus concurſu dato, vt plene
3 ponit Pariſ. *conſ. 8. n. 3. & ſeq. vol. 1.* Tertio, ſi † tutor non ſuo nomine expreſſe acquiſiuit, ſed ſumus in dubio, & tunc quoq; pupillorum nomine in caſu dubio præſumendum eſt emere, quando ex pecunia pupilli res acquiritur, *Rom. conſ. 3. n. 1. & conſ. 291. n. 6. Dec. conſ. 52. n. 2. Bero. q. famil. 46. n. 4. Pariſ. in addit. ad Bart. in l. cum proponas. C. pro ſoc.* Quarto, quod pupil-
4 lorum † nomine emptio inita fuerit, comprobatur ex iis, quę in pręfatione dicta fuere, dicta enim in præfatione in contractu repetita cenſentur. *leg. Titia. § idem reſpondi. ff. de verb. oblig.* vbi Bart. Imol. & Are. dicētes, eo ipſo quod aliud eſt factū, quam in præfatione actum præſumitur, & ita etiam probatur error, & late proſequitur Alex. *conſ. 156. n. 8. vol. 6. & latius Io. de Imol. poſt alios in l. quoties. n. 17. & ſeq. ff. de hæred. inſt.* nempe tractatus præcedens de aliquo actu faciendo, facit præſumi actum ſubſequentē, factum in executione tractatus præcedentis, *l. 4. § 1. ff. de manumiſ.* vbi Bart. & Bene. de Plumb. dicentes, quod ſi ab initio conuentum fuit de re alteri emēda, ſi emptor ſuo nomine emat, lex præſumit ipſi emptā, pro quo ab initio inter eum & emptorem actum fuerat, dixitq; Bero. *quæſt. famil. 46. n. 5.* quod nomen proprium in emptione expreſſum non attenditur, ſi ex præcedentibus vel ſequentibus aliud deprehenditur, & quod in executione præcedētis tractatus actus ſequens fieri præſumatur, alio in contrarium non expreſſo, *not. in leg. poſt dotem. vbi poſt Bartol. Alexand. & plenius Roman. & Iaſ. ff. ſolut. matrimon. & in leg. 1. § nuntiatio ff. de operis noui nuntiation. Alexand. conſilio 90. columna finali. volumine 3. & conſil. 58. num. 1. volum. 1. Alciat. tract. præſum. 24. præſumpt. 24. reg. 1. in principio.* Quinto, præmiſſa
5 procedant, † nedum in continenti, ſed etiam ſi ex interuallo ſequatur actus diuerſus ab eo, quod tractatum eſt, *Alexand. plene in additione ad Bartolum dict. l. 4. § primo. de manumiſſ. & poſt eundem Alexand. & plenius Rom. in repetitio dict. § nunciatio. numero 64. cum pluribus ſequentibus & tenet Alciat. vbi ſupra, limitatione 3.* vbi Nicolaus Arelatanus in additio. loquit, quod hæc opinio vera & cōmunis videtur. Sexto,
6 non † obſtat, quod ab his, quæ in præfationib. dicuntur, receſſum pręſumitur, quādo ex interuallo actus ſequitur *per not. in l. per retentionem. C. de vſur. n. cum aliis adductis per Alex. conſ. 27. num. 4. vol. 3. & Io. de Imol. d. l. quoties. ff. de hæred. inſtitu.* quaſi quod multa tractentur, quæ non producuntur ad effectum, *ad Bald. in l. multum intereſt. n. 2. in fi. C. ſi quis alteri vel ſibi.* Reſpon. contrariam ſententiam tanquā communem per præallegata amplectendā eſſe. Rurſus reſpon contrario locū non eſſe, quādo ex circūſtantiis aliud colligi poteſt, vt tenuit Io. de Imol. *in d. l. quoties. n. 18.* & Bal. *in l. ſi patruus. n. 5. C. com. vtr. iud.* ait, quod ſi dubitatur an quis emerit proprio nomine an alieno, recurrendū eſt ad cōiecturas, deprehēditurq; ex his, quę prius acta fuerunt, & confirmat idem Bald. *in l. ſi pupilli. § ſed ſi ergo in principio. & § item quæritur. num. 5. ff. de negot. geſt.* Accedit Bartol. Bald. & Saliect. *d. l. multum intereſt.* dicentes, ſi probatur tractatus, & confirmatur ex ſequentibus, tractatus & executio ſimul iunguntur. Nemo igitur tutorem calumnia notet, quem officii

necessitas, & tutoria fides, affines atque cognati coegerunt, (vt verbis vtar text. in *l. tutorem ff. de iis quibus vt indign.*) vt contraueniret cessioni à se aduersario factæ de domo, tanquam suo nomine empta foret. Septimo & vltimo, tutor potest con-
6 tra à se † gestum venire proprio nomine, quando factum est nullum, & cui lex resistit, vt not. post gloss. Alberic. Bartol. Bald. & Angel. *in l. post mortem. ff. de adopt.* multoq; magis si non suo sed alieno nomine contrauenit, vt de tutore vel œconomo nulliter alienata reuocantibus dicitur *in cap. si quis presbyterum. de rebus Eccles. non alien.* vbi Abb. & plenius Imol. & not. *in l. iubemus. §. sane. ult. C. de sacros.*
7 *Eccles.* Et † quamuis iuramentum in actu nullo interuenisset, non obstante iuramento contrauenire licet, *argument. not. in l. non dubium. C. de legib. & tenet Ias. in l. si donatione. n. 7. C. de coll. post Feder. de Senis, & alios vt ibi.*

Non iniuria igitur tutor reuocat cessionem, quam aduersario fecit de domo à se proprio nomine empta. Nec quisquam tutorem calumnia notet, quem officii necessitas, tutoria fides, & affines cognatique coegerunt, vt verbis vtar textus *in l. tutorem. ff. de iis quib. vt indig.*

SVMMARIA.

1 *Infra annum luctus tenentur mariti defuncti hæredes ad alimenta vxoris.*

2 *Etiam si dotis fructus ad alimenta viduæ non sufficiant.*

3 *Viduaque interim in domo hæredum operari debet.*

4 *Hæredes mariti tenentur ad alimenta viduæ in domo testatoris, vel extra domum prout ipsa voluerit.*

5 *Nisi in domo sibi relicta sint alimenta.*

6 *Vidua culpam obiiciens quare in domo non possit habitare, culpam ipsam probat.*

7 *Mulier indotata non consequitur alimenta infra annum luctus.*

8 *Alimenta præteriti temporis quando vidua recuperare possit.*

9 *Alimenta an debeantur vxori, quæ aufugit à marito.*

QVÆSTIO CLIII.

SOluto morte viri matrimonio, hæredes illius
1 tenentur † vxori defuncti viri alimenta subministrare infra annum luctus, quando dos in pecunia numerata consistit, & eam sibi hæredes per annum retinere prætendunt, ad quæ vtique alimenta tenentur hæredes, si mulier non habet aliunde, vnde se alat, ne in dedecus memoriæ defuncti mendicare cogatur. At si hæredes dotem restituere mallent, seque ab onere alimentorum liberare, id iure facere possunt, *Gloss. secunda in leg. diuortio. in principio. ff. soluto matrimonio.* quam ibi sequuntur Paul. Alexand. Socin. Iason, & Guliel. Pontanus: Aretin. & Iason *in §. fuerat. institut. de action. Campeg. tract. de dote. part. 2. quæst. 17. Alex. consil. 27. in prin. vol. 4.* & est communis opinio, vt Paulus, Alex. & Pontanus præcitati referunt. Neque excusantur hæredes ex eo, quod dotis fructus ad alimenta viduæ non suppetant, quoniam integra illi alimenta præstari debent, tametsi alimentorum
2 impensa mulieris † fructus excedat, quia si fructus dotis alimenta superarent, excessus fructuum cederet commodo hæredum. Ita econtra si alimenta fructus ipsos excedunt, integra debentur, tum etiam quia matrimonium adhuc cõsistere fingitur, idcirco sicuti maritus viuens ad omnia alimenta obstrictus est, ita eo defuncto hæredes illius tenẽtur, *Bar. d. l. diuortio. vbi Ang. in fin. verbis. & Imol. n. 6.* & ait ibi Rom. *n. 14.* Mirum est, quod Dd. ad hoc nihil allegant, ego vero adduco casum singularem secundum veram doctrinam gl. *in l. creditor. §. si inter. ff. mand. & idem firmat ibidem Socin. nu. 17. & Alex.*
3 *n. 20.* Cæterum vxor in domo † hæredum alimenta recipiens tenetur suas operationes hæredibus impendere, sicuti regulare est alimentarium facere debere, quando alimenta ex dispositione legis præstari debent, sin autem alimenta ex dispositione hominis erogari debent, tunc mulier exhibere in domo debet operas obsequiales tantum, vt facere lectum, coquinam, portare aquam, & alia eiuscemodi, si ea facere consueuerat, quia non debet esse in domo sicut corpus mortuum, operas vero artificiales sibi exercere potest, vt filare, texere, & alia id generis, *Bald. in l. 1. C. de legat. Barto. in l. caro. §. imperator. ff. de aliment. & cib. leg. atque etiam in l. diuortio. in prin. ff. solu. matr. vbi post alios Claud. Seisella n. 17. Corn. cons. 184. in fin. volu. 3. Alexand. consil. 100. n. 1. vol. 1. & cons. 178. numer. 6. volumin. 6. Bertrand. cons. 232. volum. 3. & cons. 147. num. 2. volum. 1. Paulus de monte Pico in repetition. l. Titia cum testament. §. Titia cum nuberet. num. 162. ff. de leg. 2.* & est communis, vt Seisella, & Bertrand. affirmant. Neque vidua in
4 domo hæredum alimenta percipere necesse habet, sed extra domum ea sibi decerni obtinere potest, siue ex dispositione legis, siue ex dispositione hominis alimonia sit mulieri destinata. Nec habetur ratio, an commode vel incommode in domo hæredum vidua morari possit, nam omni casu extra domum volens obtinere potest victum sibi assignari, *Bartolus & Ias. post alios dict. l. diuortio. idem Iason in l. cum hi. §. vult igitur. nume. 17. ff. de transaction. Corn. cons. 292. n. 13. vol. 1. Bertrand. cons. 232. num. 2. volum. 3. Capic. decis. 24. nu. 8. Gram. decis. 101. nu. 57.* & hæc est ex fide Iasonis, *d. l. diuortio. n. 24.* & Capycii proxime relati. Nisi tamen alimenta mulieri relicta
5 sint in domo hæredum, tunc † enim habetur ratio, an commode & honeste possit habitare in domo ibique debitam recipere alimoniam. Nam si in domo commode & honeste morari potest extra domum alimenta petere debet. At si in domo commode & honeste vidua esse non valet, extra domum obtinet alimoniam concedentem, vt Iason, Capic. & Grammat. præallegati referunt, quibus assentit Boer. *dec. 195. num. 6. Paul. de Monte Pico. d. l. Titia. cum testamento. §. Titia cum nuberet. num. 159.*
6 Atque vidua † hæredibus culpam obiiciens, quare in domo commode & honeste illis cohabitare non valeat, culpã ipsam probare tenetur, alioquin succumberet, quemadmodum Iason, & Paulus Picus confirmant, & tenent quoque

Anch.

Anch.conf.254.Corn.conf.286.volum.3.Alex.consilio 100. vol.1. Præmissaque procedant in muliere dotata, at si mulier indotata fuit viro eius mortuo, hæredes non tenentur ad alimenta infra annum luctus *Alex.d.l.diuortio, numer.20.Iaf.n.26.Guglielmus Pontanus*
8 *numero 20.vbi communis.* Verum si interim mulier non ab hæredibus sui viri, sed aliunde alimenta consecuta sit, recuperare non potest alimenta præteriti temporis, quæ sibi ex dispositione legis infra annum luctus debentur, alimenta vero de præterito, quæ ex disputatione hominis sunt sibi destinata repetere potest, & tunc consequenter æstimationem habitationis, carnium, & medicinalium, sed frumenti, vini, olei, & vestium, repetit species ipsas, *Bart.tract.de alimentis n.32.& in l.libertis, §.manumiss.ff.de alimentis & cibariis legat.Alex Iaf. & Curt.in l.de alimentis, C.de transact.Alex.& Iason & alii d.l.diuortio Anchor.conf.383.numer.3.Corn.conf.184.*
9 *vol.3.Alex.conf.72.vol.5.& conf.27 vol.4.* Quid si vxor aufugit à marito, quia ob eius sæuitiã illi cohabitare non valeat, an alimenta sibi debeantur, vel dos mulieris ipsi restituenda sit, vide Boer. *d.decis.195. n.7.Alex.consilio 78.volumine 5.Aym.consilio 31.numero 4.volumine primo, Tiraq.de retract.consang.§.10.glos.1. numero 13.& 17.* Præterea si in restitutione dotis occurrerit quæstio super diuisione fructuum rei dotalis, vide quæ habentur supra recollecta *numero 8. & sequentibus.*

SVMMARIVM.

1 *Monitio hæredis voluntatem defuncti non implentis quando requiratur vt priuationem incurrat.*
2 *Hærede voluntatem defuncti non implente an executio legatorũ ad episcopum spectet vel ad substitutum hæredis.*
3 *Tempus hæredi assignatum ad adeundam hæreditatem sub pœna priuationis hæreditatis, non currit, nisi à die scientiæ.*
4 *Scientia qualis esse debeat vt noceat.*
5 *Testator rem hæredis alteri legare potest.*

QVÆSTIO CLIIII.

1 NEcessaria non fuit hæredis interpellatio, & ea etiam omissa priuationi hæredis locus apertus est ob nõ impletam testatoris voluntatem, *Soc.consilio 174.numero 12.volumine secundo, & pleno stylo Parisius consilio 19.numero 197.cum multis sequent. volumine secundo,* Filius vero non implens voluntatem defuncti in relictis ad pias causas, priuatur nedum hæreditate, sed etiam legitima iure naturæ sibi debita secundum opinionem, quam communem refert Barbat. *in c.hæredes col.7.& 8.de testam.* multo magis extraneus priuari debet, vt per Iason. id comprobantem *in auth.hoc amplius numero 5.vbi communiorem testatur, C.de fideicom.* Et an & quando requiratur monitio hæredis, ad effectum priuati-
2 onis, vide Paul.de Castro, *conf.291.2.vol.Barbat.conf. 32.per totum vbi plene vol.3.Aym.consilio 193.numero 4. vol.1.* Data hæredis priuatione exequutio testator non prouidit in casum contrauentionis, ad quem distributio facienda spectet, videretur dicendum fructuum dispensationem secundum mandatum testatoris de dispensanda illos in pauperes Christi, ad substitutum hæredis pertinere per Doctrinam Bartol. *in l.vxorem, §.hæres, ff.de leg.3.Bal.in auth.cui relictum num.10.C.de indicta vidui.tollen.& in leg.prima num.43.de iis quæ pœnæ nomine, & ibi plenius Paul.de Castro, numero 2.Aret.conf.67.num.3.Dilect.de arte testan.tit.3.cautel.4.nu.1.* Contrarium verius est non ad substitutum hæreditarium sed ad episcopum post contrauentionem hæredis, pertinere legata in pios vsus facta executioni mandare, & in pauperes distribuere, licet in legatis ad non pias causas ad substitutos deuolueretur huiusmodi dispositio, vt tradit Abb. *consilio 40.circa finem, volum. primo, Corn.in auth.hoc amplius col.secunda circa medium, C.de fideicommissario.* & quilibet de populo petere potest, vt legata pia effectum sortiantur, *c.hæred.* vbi copiose Barbat. post alios canonistas *de testam.*
3 Dum vero testator iussit hæreditatem infra mensem adiri post eius mortem sub pœna priuationis, intelligendum est post mortem & scientiam hæreditatis ad hæredes delatæ, quæ quidem scientia non nisi post apertas testamenti tabulas haberi potest. *glos.iuncto text.in leg.fin.§.sin autem à locis, in verbo consummationem, C.de iure deliberandi, & melius glossa in authentica, sed cum testator in verbo statutum, C.ad l.falcid.& probat tex.in dicta leg.finali §.similimodo, & §.sin autem dubius leg.prima, ff.quemadmodum test.aperiatur.l.de his, ff.de transact.* non enim ad effectum
4 priuandi hæredem, & in pœnam non paritionis voluntati testatoris, sufficit scientia aliunde habita, nisi sit certus per inspectionem testium, *Felinus in capitulo cum contingat numero sexto, vers.sexta conclu.de rescript.Bartolus in leg.prima, ff.de interrogat. actio Bartolus in l.cum in antiquioribus, C.de iure delib. Alexander consilio centesimo septuagesimo nono, numero primo.volumine secundo, Parisius consilio vigesimo tertio numero 241.volumine 1.* neque sufficit scientia in genere, sed in specie requiritur, *Bertrand.conf.209.n.3. volum.4.* & non sufficit scientia de re, vel de facto, nisi ea sit de omnibus eius qualitatibus, & circumstantiis, *Dec.consilio 222.numero 5.* Quod attinet ad
5 rem hæredis, de qua testator disposuit, absoluti iuris est testatorem posse rem propriam hæredis alteri legare, similiter rem per testatorem hæredi debitam, sicuti etiam ex contractu de re hæredis disponere potest, non distinguendo an testator sciuerit, vel ignorauerit rem legatam hæredis esse, cum omni casu ea debeatur post aditam hæreditatem, per quam defuncti factum approbasse censetur, *leg.si hæredis seruus, ff.de leg.primo,* vbi post Bartolum, Imolam & alios, tenent ibi Aretin. Alexander & Iason, *leg.vnum ex familia, § si rem suam, ff.de leg.secundo,* vbi Bartolus, Baldus & Paulus, & reliqui, *§.non solum.inst.de actio vbi not,* imo quamuis res propria hæredis excederet valorem eius quod ex testatore sortitus est, legatum implere tenetur, cũ sibi sit imputandum cur agnouerit testatoris voluntatem, *l.imperator Antoninus.§ si cẽtum, ff.de leg.secundo, Ruin.consilio septuagesimo nono, numero 6.circa*
6 *mediũ, vol.2.* Postremo diuisio à testatore inter hæredes in testamento facta, habet vim prælegati, in

eo

eo quod ſingulis hæredibus fuit io diuiſione aſſignatum, *l. cum pater, §. euictis, vbi Bart. Bald. & Imol. ff. de leg.* 1. & reſiduũ hæreditatis à teſtatore non diuiſum debet inter hæredes proportionibus hæreditariis diuidi, & licet in certis partibus in æqualibus ſibi in diuiſione aſſignati ſint hæredes instituti, nihilominus loco legatariorum, habentur oec alteratur inſtitutio vniuerſalis ſubſequens, quominus credita & debita, & alia non diuiſa ad hæredes pertineant pro portiooibus hæreditariis, & ſic diuiſio facienda eſt pro quota hæreditatis, non pro quantitate partis bonorum ſtabilium ſibi ſingulariter in diuiſione aſſignatorum etiam ſub nomine inſtitutionis, *l. ex facto proponebatur la. 2. ff. de hæred. inſt. iuncta gloſ. in verbo æquis portionib. & quod ibi teneut Bartolus, Baldus & reliqui, Pariſius conſ. 94. n. 53. volum. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Caſum rei quis probare teneatur, an dominus rei, an is qui rem detinebat.*
2 *Caſus quomodo probetur remiſſiue.*
3 *Arbor vi ventorum euulſa an ad emphyteutam vel proprietarium pertineat.*

QVÆSTIO CLV.

1 DVo ſuot quorum ſolutio petitur. Quoad primum dic quod creditor pignus debitoris retinens, conductor & cæteri ſimiles aliena detinentes, ex contractibus, qui gratia vtrinſque celebrant, ſi caſu rem amiſerint an teneantur probare caſum, & quod ſine culpa ſua ille acciderit, ao vero dominus rei perditæ, teneatur probare culpam præceſſiſſe caſum, adeo variaruot gloſſatores quod gloſ. *in l. ſi creditor, C. de pignorat. actio,* dixit, adhuc ſub iudice lis eſt, vera tamen & magis communiter approbata eſt opinio, quod creditor pigous penes ſe habens conductor & ſimiles, quibus cuſtodiæ incumbit onus indiſtincte probare tenentur caſum fortuitum quem allegant, eoque probato diſtingui ſolet, aut caſus contingens eſt talis, qui à communiter accidentibus euenire non ſolet abſque culpa, veluti furtum, incendium, fuga eorum qui cuſtodiri debent, & in huiuſmodi culpa præſumitur, ideo qui cuſtodire tenetur probare neceſſe habet non tantum caſum, ſed etiam quod abſque dolo vel culpa ſua id acciderit, aut fortuitus caſus talis eſt, qui regulariter ſine culpa ſolet euenire, vt incurſus latronum, vis hoſtium, ventorum, vel tempeſtatis, & tunc culpa non præſumitur, ſed actor culpam quam reo obiicit probare tenetur, *l. ſi quis fundum. §. imperator, ff. locati. iuncta gloſ. 161. in verbo probari, Bartolus in l. ſi quis ex argentariis. §. an & hæredes n. 4. ff. de edendo,* ſequuntur ibi Alex. & Iaſ. poſt alios ab eis relatos, *Sal. d. l. ſi creditor n. 2. notatur in §. fin. inſt. quib. mod. re contr. oblig. vbi Io. de Platea & Sylueſter. Aldob. in add. ad gloſ. Bal. conſ. 148. & conſ. ſeq. vbi plene per totum vol. 2. Corn. conſ. 318. n. 6. vol. 4. & conſ. 69. vol. 2.* probat Firmanus *in verbo caſus n. 43.* caſus vero quomodo probetur præter ſupra citatos ponit Alex. *conſ. 53. per totum vol. 2.* Nota tamen quod in foro conſcientiæ ſi vere res perdita eſt ſine culpa eius qui cuſtodire tenetur; idq; per legitimas probationes probare nequeat, ſtãdum eſt eius aſſertioni & in foro pœnitentiali ad reſtitutionem aliquam condemoari non valet, quemadmodum ſuiniſtæ omnes determinant *verbo cuſtos ſub diuerſis numeris,* quod vero attinet ad quæſitum de arbore euulſa, reſpondeo, quod arbor in fundo emphyteutico vi ventorum euulſa, ſi eius ligna ad vſum comburendi non ædificandi, tunc apta ad emphyteutam pertinent ſi illis indigeat, ſi ad vſum ædificii ſunt aptiora, & tunc quoque ad emphyteutam pertinent pro receptatione domus ruralis in fundo exiſtentis, in reſiduo à prædictis neceſſariis pro vſu emphyteutæ, vel domus refectione ad proprietarium ligna ſeu illorum pretium pertinent, *l. arboribus in prin. ff. de vſufruct. iuncta gloſ. ibi, & notat quoque gloſ. per illum tex. in l. diuortio, §. ſi fundum, ff. ſolut. matr. in verbo teneri in final. verbis, & ita per illam gloſ. declarant in d. §. ſi fundum Bal. circa finem, Paul. de Caſtr. n. 4. Imol. n. 10. Roma. n. 7. Aret. n. 16. Alex. n. 2. in fi.*

Et quamuis tex. *in d. l. arboribus* loquatur de vſufructuario, & tex. *in d. §. ſi fundum* diſponat de fundo dotali, idem tamen de fundo emphyteutico ſcribentes affirmaot, vt in ſpecie Bartol. & cæteri probant, *d. §. ſi fundum,* ſed eſt ootandum, quod ea pars lignorũ, quæ emphyteutæ neceſſaria non eſt pro ſuo vſu, & domus reparatiooe nõ ad proprietarium in præſenti pertinet, ſed ioterim ad vſum, & commodum emphyteutæ eſſe debet, & emphyteuſi ad dominum deuoluta, ligna quoque ipſa, vel earum pretium reſtituendum erit, quemadmodum ſentiunt Alberic. *d. §. ſi fundum col. 1. circa medium. & n. 18. in fine, & Bal. ibidem circa princ.* & facit ratio quod dominium vtile, eiuſq; commoditas apud emphyteutam eſſe debent, donec non ſit ad proprietarium reuerſa, *l. 1. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. l. fi. C. de iur. emph. c. fi. de precar.*

SVMMARIVM.

1 *Vtile dominiũ quod alienare poſſit irrequiſito domino.*
2 *Vtile dominium rei dotalis inæſtimata non tranſit in maritum ſed commoditas vtilis dominii.*
3 *Declaratur non procedere quoad portionem lucri dotalis.*
4 *Feuda ex conſuetudine alienabilia rediguntur ad inſtar patrimonialium.*
5 *Lucro ſtatuti quod locus ſit in emphyteuticis multorum comprobatur auctoritate.*
6 *Portionem ſtatuti vir lucratur in bonis dotalibus fideicommiſſario ſubiectis.*
7 *Filia ſpuria dotata mortua dos redit ad hæredes patris dotantis.*
8 *Reſoluto iure datoris quibus caſibus non reſoluitur ius acceptoris.*
9 *Dote conſtituta partim in bonis allodialibus, partim in bonis emphyteuticis quomodo lucrum dotale deducitur.*

QVÆ-

QVÆSTIO CLVI.

1 QVod maritus lucrũ cõsequatur facit, ꝗ vtile dominiũ rei emphyteu. penes emphyteutã existens alienabile est ex contractu, in quẽlibet extraneum, exceptis personis specialiter acquirere ea prohibitis, & potest vtique in extraneum transferri de consensu directi domini debito soluto laudemio, imo domino etiam inuito, post denunciationem ei factã, alienari queunt iuxta terminos *c. potuit. de locato. & l. fin. C. de iure emphyt.* vbi præmissa vberrime per scribẽtes comprobantur. Proinde si in alienatione voluntaria verum est, quod mulier potuisset emponemata sua in quemlibet distrahere, id ipsum verum erit, imo multo magis in alienatione necessaria, qualis est, quæ à
2 statuti dispositione prouenit. Neque † obstat, quod mulier non transfert vtile dominium in maritum ex constitutione dotis, sed solam commoditatem vtilis dominii, *Aufrer. ad Capell ThoIossan. decis. 179. versicul. si vero datur inæstimata. Ruinus cons. 176. num. 13. volum. 1. Tiraq. de retract. consanguin.*
3 *§. 1. gl. 7. n. 46.* Hoc etenim † vti verum admittitur, sed declaratur non procedere, quoad portionem statutariam, in ea namque portione vtile dominium transit in maritum, ex tacito mulieris pacto tempore contracti matrimonii præsumpto, ex eo quod dotem mulier constituendo pręsumendum est, eam se conformare voluisse cum iure municipali lucrum marito deferente. Regulariter enim contrahentes præsumuntur se conformare cum dispositione iuris municipalis, à quo contractus recipiunt intellectum, *Aret. cons. 125 numer. 6. Aymo cons. 186. num. 9. & 12. Alciat. tract. præsump. regu. 3. præsumpt. 32. numer. 13. 14. & 15.* vbi multis hoc ipsum confirmat exemplis. Quamobrem si per pactum id fieri potest, id ipsum per legem multo magis potest, *l. fin. & ibi not. C. de fideiuss. gl. rub. C. de decretis decur. lib. 10.*

Qui nempe transitus de vxore in virum tempore dotis datæ pactus esse præsumitur, sub cõditione, si mulier sine filiis obierit, qua conditione purificata factus est locus translationi vtilis dominii de vxore in virum, cum consensu Ecclesiæ, eo quod tunc requisita cum debita laudemii solutione, & salua eius prælatione, si malit marito pretiũ soluere, & emphyteusis portionem lucratam retinere, secundum prouisionem *d. l. fi. C. de iur. emphyt.*
4 Secundo, ad præmissorum confirmationem facit, quod feuda sua natura non sunt alienabilia in extraneos, attamen quando ex consuetudine vel ex generali pacto alienari possunt in quoscunq; extraneos, tunc redacta sunt ad instar bonorum patrimonialium, & quicquid de patrimonialib. disponitur, idem de bonis feudalibus deponi posse censetur, per allegata à Dec. *cons. 586. numer. 4. & 5.* Quem vna cum aliis refert Rolan. à Vall. *de luc. dotis. qu. 4. num.* at. ergo idem in emphyteuticis respondendum est, propter parificatam naturam allodialium atq; emphyteuticorum, quoad hoc, vt in extraneos per contractum alienari valeant. Quare si à pari procedunt, quoad facultatem alienandi, ergo à pari procedere debent, quoad lucrum dotale acquirendum in emphyteuticis, quemadmodum in allodialibus. Nam argumentum à parificatis de iure procedit, *gl in l. si socer à genero. in prin. ff. solut. matrim. l. si de eo. §. fin & ibi notatur ff. de acquir. poss.*

Tertio accedit, quod lucri dotalis finalis ratio est fauor matrimonii, vt homines ad ducendas vxores facilius inducantur, *Dec. cons. 67 Paris. cons. 62. vol. 1.* At si mulier nulla possideat bona præterquã emphyteutica, proculdubio vel innupta erit, vel cum difficultate reperiet maritum, quoniam viri scientes se priuatos spe lucri dotalis, abstinebunt ab eiusmodi nuptiis. Ignorantes vero dotem in emphyteuticis constitutum fraudabuntur lucro dotali, maritusque in captionem incidet, vt probatur ex allatis ab Aym. *dicto consilio 186. numero 7. 9. & 15.* & ita vtroque casu absurdum resultabit, quod euitari debet in qualibet materia, præcipue vero in statutorum interpretatione, vt habetur supr. Quarto, sententiam hanc audacter tenuerũt Euerad. *in centur. locorum legal. loco à feudo ad emphyteusim. n. 45. & plenius tractat. de lucro dotis. gloss. decima. num. 56.* neque in contrarium facere videntur Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. titul. de locat. § nunc aliqua. num. 133. post Rofred.* qui ad idem ibi allegatur, dicentes, quod de iure Lombardorum viro sine filiis defuncto, vxori superstiti quarta debetur in bonis defuncti mariti. At vero in bonis emphyteuticis quarta illi non debetur, ad quod respondeo, quod aliud est de iure Lombardo, aliud est de iure nostro, & est diuersitatis ratio, quod iure nostro vxore sine filiis defuncta, statutarium marito debetur fauore matrimonii, & vt homines prociuiores sint ad matrimonium contrahendum, spe lucri dotalis, quę ratio fauoris matrimonii nedum cessat in iure Lombardorum, sed illi prorsus aduersatur, quoniã marit⁹, qui grauatur ad quartam vxori debendã tacite returbatur à matrimonio contrahendo propter onus quartæ vxori soluendæ, eo sine filiis prædefuncto cunq; diuersa, vt ratio in Lombarda ab iure nostro diuersa debet esse iuris dispositio iuribus vulgarib. ergo ꝗ Ioan. Andr. & Rofre. non aduersatur, quippe qui in casu diuerso loquatur. Non obstat, quod lucrum dotis, quamuis sit alienatio legalis, intelligitur tamen sine præiudicio alterius, & sic decreti domini, *Rol. q. 54. n. 18.* Resp. ꝗ hic non fit præiudicium Ecclesiæ, quæ debet à lucrũ acquirente in directã dominã recognosci, & laudũ ipsi solui, vel etiã dic, quod præiudicium tertii veniens in consequentiam actus à lege permissi, non est considerabile. In acquirendis enim tertio præiudicari potest, vt post dominos de Rota, & alios ibi relatos tenet Aym. *dict. consil. 186. numer. 8.* ergo inuita Ecclesia lucro huiusmodi locus erit, dummodo vir illam recognoscat in directam dominam. Non obstat, ꝗ resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, *l. lex vectigal. ff. de pig.* quoniã fauore dotis in hoc casu non procedit, quod sic comprobatur in bonis in dotem datis à muliere onere fideicõmissi grauata, ea mortua sine filiis, atque resoluto eius iure, non resoluitur ius mariti acceptoris, sed maritus retinet

tinet portionem lucri dotalis in præiudicium eorum, quorum intereſt, nempe fideicommiſſariorum etiam ad ipſorum excluſionem, Odofr. Albe. & Ang. *in l.mulier. §.cum proponeretur. per illum text. ff.ad Trebell. Bald.conſ.327.vol.4. Ruin.conſ.200.vol.1. & plenius habetur ſupr. recollect.9.n.1. vbi communis.* ergo idem in dote de bonis emphyteuticum data reſpondendum eſt, cum eadem vtroque caſu ratio vigeat. Pro ſpeciali fauore dotis emphyteutica in dotem dari poſſunt, ſicuti bona fideicommiſſo ſubiacent, ſtatutum ſuas extendit vires, itidem in emphyteuticis ſe extendere valet. Secundo, alio confirmatur exemplo, filia ſpuria, quæ dotem à patre ſibi aſſignatam viro ſuo dedit, à mortua dotem tranſmittit ad patris hæredes, quia dos alimentorum loco ſuccedit, & cum vita illius perit. Nihilominus reſoluto iure per obitũ ſpuriæ dantis, non reſoluitur ius mariti recipiẽtis, quoad lucrum dotale, quia illud præcipuum habebat, ad quod comprobandum multa adducit Aym. *præallegato conſ.186.n.16. Roland.conſ.74.n.72.vol.1.* datoris permittitur, tam in perſona dantis, quam in perſona aliorum, ita quod ius ipſum extinguitur, vt in caſu quem ponit Io. Andr. loco præcitato, vbi inquit, quod mortuo ſine filiis emphyteuta, & ſic re ad dominum reuerſa non eſt locus pacto lucratiuo certæ partis, quia ius emphyteutæ in totum extinctum eſt. Aliud, ſi emphyteuta habet hæredem, ad quem tranſit emphyteuſis, tunc namque pacto lucratiuo locus eſt, quia in perſona emphyteutæ ius eius ſit reſolutum, non tamen in quarto & vltimo aliud facere videtur, videlicet quod dote data partim in bonis fideicommiſſi onere grauatis, partim in bonis propriis, tametſi vir lucrum ſtatutarium conſequi non poſſet in bonis fideicommiſſi onere grauatis, quod non admittit, illud tamen integrum habebit in bonis propriis, habito reſpectu ad totam quantitatem dotis in vtriſque bonis aſſignatam, vt conſuluit Decia. *conſ. 12.n.15.* ergo idem de dote partim in bonis propriis, partim in emphyteuticis conſignata. Quocirca eam ſententiam ſequor, quod detractio lucri dotalis fieri valeat, pro dimidia ex bonis propriis, quicquid in contrarium dixerit Bal. *in auth. res quæ. C.communia. C.de legat. & conſ.476. vol.4.* cuius ſententia ex præmiſſis confunditur.

SVMMARIA.

1 *In emphyteuſi maſculina agnati filia defuncti præferuntur.*

2 *Contra, quod filia defuncti ex gratia concedi poteſt.*

3 *Declaratur procedere in emphyteuſi noua, ſecus in antiqua.*

4 *Niſi Eccleſia pro ſe retinere velit.*

5 *Præmiſſa declarantur, niſi ex conſuetudine fœmina ſit habilis effecta.*

6 *Conſuetudo Eccleſiæ ex diœceſis eiuſdem comprobatur.*

7 *Arbor vi ventorum euulſa ad quem pertineat.*

QVÆSTIO CLVII.

IN emphyteuſi ad Eccleſiam deuoluta per lineam maſculorum finitam, agnati à primo capite deſcendentes, tametſi defuncto remotiores defuncti filiam excludũt, cum enim ab initio ex pacto inter Eccleſiam & conditorem, initio emphyteuſis effecta ſit maſculina, non poteſt ad fœminã tranſire, eo quod in eo non repræſentetur qualitas, quæ fuit cauſa primæ conceſſionis, alias ſi prælatus fœminam inueſtiret, Eccleſiæ conditionem deteriorem efficeret, & recedendo à conſueta forma fieret noua emphyteuſis, quod de iure fieri nõ poteſt. Etenim prælatus non poteſt de nouo concedere, niſi ſeruatis ſolemnitatibus à iure requiſitis in alienationibus rerum Eccleſiæ, *Bal. in auth. ſi quas ruinas. C.de ſacroſ. Eccleſ. & c ſimiliter. de l. Corradi in vſib. feud. Bart. in auth. qui rem. n.7. C.eod. vbi Paul. & Iaſ. Imol. in c. ex parte n.38. de feud. & conſ.38.n.2. Calderinus conſ.13. circa fin. Soc. ſen. conſ.252.n.17. Soc. iu. conſ. 9.n.7.vol.3. Curt. tract. de feud. 2.part. q.6.* vbi late regulam & fallentias ponens, & comm. vt ſupr. refe-
2 rens. In contrarium † facit, quod tradit Bal *in c. vnico*, quemadmodum feudum ad filiam pertineat, & ſequuntur ibi Præpoſ. Affl. Aluar. & alii, dum ex illo tex. notant, quod finita emphyteuſi, ſi Abbas vult refirmare filiæ & non hæredibus emphyteutæ, quod poteſt ſi vult, quamuis non compellatur,
3 & ſeq. Alex. *conſ.80.n.11.vol.1.* Declaratur † hoc verum eſſe in noua emphyteuſi, in qua tranſuerſales agnati emphyteutę ſine filiis defuncti ius non habent, & eſt liberum ad dominum reuerſa, ita vt cui velit gratiam facere poſſit, ſecus in antiqua, ex qua ius competit agnatis à primo ſtipite deſcendentibus, & in qua non habet dominus, relocare volẽs liberum arbitrium vni potius quam alteri concedere, vt eſt communis ſententia, quemadmodum referunt Aluar & Affl. *in d.c. vnico. & probat idem Aluar. in c.1.§. & quia. qui feu. dar. poſſ.* Non obſtat Cald. *conſ.11.tit. de ſen.* vbi inquit, quod licet forma ſubſtantialis inueſtituræ non poſſit mutari, poſſunt tamen accidentalia videlicet in his emphyteuticis quæ ſolita ſunt concedi, licet non eodem modo, nec in eam formam, concludens filiam defuncti agnatis præferri debere. Reſp. contrariam ſententiam tenuiſſe omnes ſupra relatos, & idem ipſe Cald. alterius fuit opinionis *conſ.13. eo. tit.* Rurſus reſpon. Calderini ſententiam *d.conſ.11.* procedere, vbi mutatio fieret in fauorem Eccleſiæ, at in damnum eccleſiæ forma inueſtituræ non poteſt immutari, ita declarat additio ad Alex. *d.conſ.11.volu.3.*
4 vbi pleriq; alii contra Calder. citantur. Atque † ſi Eccleſia neutri relocare velit, ſed pro ſe retinere, id non iniuria Rota Bonon. ita decidit, vt refert Benint. de Ceſena *deciſ.19. per tot.* inquiens ex mente Rotæ hanc communem ſententiam eſſe, candem probat Corſet. *in addit. ad Abb.* plenius Andr. Barb. *ibid. n.55.* & eſt de mente Rom. *conſ.22.n.5. Rui. conſ.152. per tot. vol.1.* & licet præcedenti conſ. aliud tenuiſſe videatur, magis tamen credendum eſt ei *in d.conſ.152.* vbi accurate loquitur, quã conſ. præcedenti, vbi incidẽter contrarium tenuit, & idem firmat Clar. *lib.4. ſenten. §. emphyteuſim. circa fi.* quam ſententiam æquiorem eſſe dicit, & eandem tenet Ant. Gabr. *lib.3. concluſ. tit. de iure emphyt. n.14.* & adduco text. in terminis *in c.2. extr. de feud.* vbi ſi videris

ris expedire concedas. Ergo si Ecclesiæ non expedit, relaxatio interdicitur, & hæc vtique de iure
5 procedunt. Sin autem Ecclesia † consuetudinem habet fœminas inuestiendi in huiusmodi casibus, tunc sua libertate Ecclesia poterit vti, si fœminas relocare malit, neq; masculo iniuria dicitur inferri, quando ex consuetudine fœmina ad succedendum habilis est effecta, tunc sane ea vti proximior remotiorem masculum excludit, per ea quæ supr. ad fauorem fœminarum fuerunt adducta, & facit *c. cum olim. de consuet. vbi not. Rom. cons. 218. n. 1. Paul. de Cast. cons. 191. n. 2. vol. 2. Paris. cons. 23. n. 60. vol. 1.* Liber-
6 que censualis † Ecclesiæ probat consuetudinem sic extare, atq; bina concessio sufficit ad eam firmandam, *Fel. in c. ad audientiam. n. 16. de præscript. Ias. in l. de quib. n. 43. ff. de legib. Balb. tract. de præscrip. 1. par. 5 part. prin. q. 1. n. 3. & q. fin. Roch. de Curt. tracta. de consuet. n. 290. cum plurib. sequentibus.*

S V M M A R I A.

1 *Frumenti prohibita extractione non intelligitur pro vsu suo.*
2 *Decennalis solutio inducit præsumptionem allegatæ causæ.*
3 *Ex tempore immemorabili oritur præsumptio iuris & de iure.*
4 *Tempus cuius initii memoria non extat, habet vim priuilegii.*

Qvæstio CLVIII.

1 CVm inualescente penuria, † quæ per plures annos retroactis temporibus populos huius prouinciæ angustiauit afflixitq;, bannimenta superiorum emanauerint, ne frumenta de loco ad locum amoueri possent, ob idq; impediretur extractio frumentorum de bonis propriis ciuium, quæ possidebantur in territoriis castrorum vicinorum: quæsitum fuit, an frumenta in terris propriis recollecta extrahere liceret ad vsum propriũ, dicebam, quod extractio frumenti recollecti in terris propriis ad victum sui ipsius, & familiæ suæ, est de iure permissa, nec per simplicẽ prohibitionem censetur interdicta, per not. per Bart. *in l. cæteræ. §. sed & si quis ad opus. ff. de lega. 1. quem ibi Imol. & alii sequuntur, & comprobat ibi Ias. n. 7 & seq & firmat quoq; Alex. in l. principalib. n. 2. & 3. vbi etiam Ias. limita. 4. ff. si cert. pet. Alciat. in l. in lege censoria. in verb. victus. ff. de verb. signif. Ripa tract. de peste. de remed. conseruand. vbert. n. 109. & habetur in decis. Perusin. 287. part. 1. & apud Anton. Thesau. dec. 152.* & est ratio, quia frumentũ debet deseruire vsui domini, nec interest prohibentis, an in vno potius quam in alio loco edatur, vt in terminis casum hunc decidit consilium
2 Pedemont. *in d. dec. 152. per tot.* Secundo † accedit, quoad interesse meum longæua compositio antecessorum meorum cum cõmunitate Sauignani inita de soluendo singulo anno libras quinque denariorum tempore extractionis fructuum, de qua licet hodie nullum appareat documentum, nihilominus exactorum singulis annis electorum constat per longissimum tempus de dicta quantitate pro compositione prædicta, quæ solutio etiam decennalis inducit probationẽ allegatæ causæ, propter quam solutio facta fuisse dicitur, ideoque in futurum disponit & obligat ex causa allegata, vt est tex. *in l. cum de in rem verso. iuncta gloss. ff. de vsur. & declarant ibi Bar. Bal. Ang. & Sal. & in l. si certis annis. C. de pact. vbi etiam Alex. Ias. Dec. atq; Rimin. Balb. in tract. de præscri. 3. part. princ. q. 10 n. 5. cum plurib. seq.*
3 Tertio, adeo potens est † & efficax probatio temporis immemorabilis, quod ex ea oritur præsumptio iuris, & de iure, ita quod probatio in contrarium non admittitur, nisi quod non sit decursum tempus immemorabile, *Ant. de Butr. in cap. peruenit. col. 3. vers. 3. casu. de cens. Fel in c. cum nobis, n. 6. vers. scias etiam. de præscript. Bal d. tract. de præscript. part. 3. 2. re-*
4 *quisito. 7. q. n 19.* Quarto, tempus † cuius initii memoria non extat allegans, fundatam habet intentionem, ita vt neq; titulum allegare neq; probare opus sit, nec bonam fidem tanquam præscriptionis essentialia, cum hæc omnia intercessisse præsumantur, imo tempus immemorabile vim priuilegii à principe emanati habeat, *c. super quibusdam. §. præterea. ff. de verb signif. l. 1. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æstiu. Bar. in d. l. cum de in rem verso n. 7. ff. de vsuris. ponunt scribentes in d. l. si certis annis. C. de pactis. Aym. de antiq. tempor. 4. part. in prin. n. 9. & 48. & alibi per discursum. & plene Balb. d. tract. de præscript. part. 3. q. 10. n. 10. cum plurib. sequentibus.*

S V M M A R I A.

1 *Ius accrescendi inter filios & nepotes vnius in emphyteusim conductores, quando locum habeat.*
2 *Ius accrescendi ex tacito pacto, quando lex supplet & interpretatur, locum habet.*
3 *Naturalis obligatio oritur ex tacito pacto.*
4 *Pactum nudum de iure canonico efficaciter obligat, licet secus sit de iure ciuili.*
5 *Ius accrescendi ius accessorium appellatur.*
6 *Consuetudo generalis Ecclesiarum seruatur, cessante speciali consuetudine.*
7 *Liber censualis Ecclesiæ probat consuetudinem.*

Qvæstio CLX.

1 ACtiones Ecclesiæ † etiam temporales in dubio sunt potius imitandæ, quam impugnandæ, nihilominus administratores illius possunt commoneri, si quando deuiaut à recto iuris tramite, hinc quæritur, an sub prætextu consuetudinis Ecclesia, non admittens ius accrescendi, iubet filios & nepotes ab vno emphyteusim acquirente descendentes, altero eorum sine filiis prædefuncto, superstitibus aliis, an inquam, in errore versentur Ecclesiæ administratores, prætendentes caducitatem, & superstites non admittentes, ad cuius quæstionis resolutionem facit, quod inter filios & nepotes vnius conductoris locus est iuri accrescendi. Ex tacito pacto, quod post mor-
2 tem † patris in personam filiorum & nepotum repetitum esse censetur, vt post alios tradit Alex. *in l. si mihi & Titio. n. 15. de verbo. oblig. idem Alex. cons. 21. n. 5. vol. 5. Bald. in c. 1. §. & quia vidimus. n. 4.* de iis qui feudum dare possunt, inquit, ius accrescendi est prouisio legis, factum hominis supplens, vel ipsum interpretans ex natura inuestituræ, & tacita pro-
3 uidentia contrahentium. Ergo tacito † pacto, &

tacita prouidentia contrahentium Ergo tacito
pacto, & tacita prouidentia contrahentium ori-
3 tur † naturalis obligatio, cui Ecclesiæ administra-
tores contrahentes peccatum mortale commit-
tunt, vt est tex. *in c. iuramenti. 22. q. 5.* vbi dicit, quod
peccat mortaliter contra simplex verbum veniẽs,
quia inter simplicem loquelam & iuramentũ non
facit Deus differentiam. Sic dicit Host. *de pact. vers.*
quis est effectus. sub n. 6. in prin. & per alia iura, de quibus
ibi subiungens. Tu ergo sacerdos non facies irrita,
quæ procedunt de labiis tuis, idemq; voluit sum-
4 ma Astensis, *lib. 5. de pactis. art. 5.* Et est ratio, † quod
ex pacto nudo & simplici aliquis efficaciter obli-
gatur de iure canonico, ideo qui venit cõtra sim-
plex verbum, mendacium incurrit, & mortaliter
peccat, allegat *c. prædicandum. 22. q. 1.* subdens, quod
seruandum est omne pactum, si sit tale, quod ser-
uari possit sine detrimento salutis æternæ, quodq;
ex pacto nudo oriatur nedum naturalis obligatio,
sed etiam ciuilis & efficax, de iure canonico, tenet
gl. *in d. c. iuramenti. q. 5.* idcirco qui contrauenit pa-
cto quamuis nudo, mortaliter peccat, imo etiam
ex tacito pacto, quod à lege ex aliquo pacto indu-
citur, quod alias pactum legis calore vestitum di-
citur, ex eo quoque oritur naturalis obligatio, se-
cundum Bar. *in l. 2. in prin. in fi. verb. iuncta ibi additio-*
ne. C. de pact. & magis aperte loquitur Bal. in suo tract. de
pact. dicens, naturalis obligatio pendet à facto, id
est, à consensu, cui pacto legali inest naturalis ob-
ligatio, ergo seruandum est pactum per ea quæ su-
5 pra. Secundo, † ad improbandum irrationabilem
consuetudinem, de qua supr. facit quod quando
plures ab vno stipite procedunt, omnes pro vno
reputantur, & habet locum ius accrescendi, id est,
ius accessorium, inquit Bald. *in d. l. si mihi & Titio. &*
in l. 1. §. in primo. n. 13. C. de cad. toll. Dec. cons. 263. n. 2. ex
quibus infertur, quod allegata consuetudo tan-
quam contra ius & non rationabilis seruanda non
est, tum quia est nutritiua peccati, tum etiam quia
6 contra ius est. Tertio, reprobata † consuetudine
speciali ad generalem patriæ consuetudinem, hoc
est, ad omnes alias Ecclesias, quæ proculdubio ius
accrescendi non denegant, recurrendum est. *Bar.*
in l. iusiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. Imol. in c. potuit.
in finalib. verb. de locato. Alex. cons. 1. n. 2. vol. 5. Corn. cons.
199. n. 54. vol. 2. Barb. inter cons. Alex. cons. 52 n 39. vol. 4.
Paris. cons. 21. n. 47. vol. 1. Albert. Brun. tract. quod stanti-
bus masculis. art. 8. q. 22. n. 2. subdens, quod commu-
nis est hæc opinio, & sane tenenda est consuetudo,
quæ est generalis cessante speciali. *§. cum olim. de*
consuet. Rom. cons. 218. n. 1. Euerar. in centuria lo. legal. lo-
co à contrario sensu, probaturq; generalis cõsuetudo
ex diœcesis Ecclesiarum ipsarum. Liber enim cen-
7 sualis Ecclesiæ probat consuetudinem sic extare,
Bal. in l. fi. n. 19. C. sine censu vel reliq. Fel. in c. ad audienti-
am. n. 16. de præscrip. binaq; confessio sufficit ad eam
firmandam. *Alex. cons. 5. n. 11. vol. 5. & d. cons. 9. n. 6. vol. 3.*
Bal. tract. de præscrip. 1. part. 5. part. princ. q. 1. n. 3. & q. fin.
Ias. in l. de quib. n. 48. ff. de legib. Rocch. de Curte tract. de
consuet. n. 29. cum pluribus seqq.

F I N I S.

REPER.

REPERTORIVM SEV INDEX EORVM, QVÆ IN HOC QVÆSTIONVM LIBRO CONTINENTVR.

A.

Clausula

D.

S 4 in Em-

F.

Hæres

Ius

INDEX.

Le-

Manda-

INDEX.

Plures

I N D E X.

attẽn

V.

INDEX.

FINIS.